

Registres du Conseil de Genève

Publiés par la Société d'histoire et
d'archéologie de Genève
Genève, 1900-1940

T. 6: Du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508

Numérisé par les
Archives d'Etat de Genève
en 2015

Registres
du
Conseil de G


PUBLIÉS PAR LA
SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCH
DE GENÈVE

TOME VI

Du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508 (Volume 15)



GENÈVE
LIBRAIRIE KÜNDIG
1916



Registres
du
Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA
SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE
DE GENÈVE

TOME VI

Du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508 (Volume 15)



GENÈVE
LIBRAIRIE KÜNDIG
1916

REGISTRES

DU

CONSEIL

DE

GENÈVE

VI

1501-1508

GENÈVE

1916



REGISTRES
DU
CONSEIL DE GENÈVE

TOME SIXIÈME

Registres
du
Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE
DE GENÈVE

TOME VI

Du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508 (Volume 15)



GENÈVE
LIBRAIRIE KUNDIG
1916

Publié par les soins
de
Emile RIVOIRE, Victor VAN BERCHEM
et
D^r Léon GAUTIER.

GENÈVE
IMPRIMERIE ALBERT KUNDIG

PRÉFACE

Au moment où s'achevait l'impression de ce volume, la mort a enlevé l'un des éditeurs, le Dr Léon Gautier (20 avril 1916), l'auteur de *La médecine à Genève jusqu'à la fin du XVIII^e siècle*. Depuis bien des années, il aimait à consacrer aux recherches d'histoire une partie des loisirs que lui laissait son activité professionnelle. Il avait entrepris de copier, pour l'impression, les manuscrits originaux des « Registres du Conseil », assumant ainsi la part la plus lourde de la tâche des éditeurs¹. Son esprit cultivé, servi par une remarquable mémoire, sa connaissance approfondie des archives genevoises, l'intérêt passionné qu'il portait à son travail, faisaient de lui un précieux collaborateur. Doulousement frappés par cette perte inattendue, les éditeurs des « Registres du Conseil » rendent témoignage, avec émotion, au bon compagnon de travail, à l'ami fidèle dont le souvenir leur restera cher.

Le tome VI des *Registres du Conseil de Genève* est la reproduction du quinzième volume de la série des « Registres du Conseil », conservée aux Archives de Genève. On trouvera plus loin la description sommaire de ce manuscrit, qui contient les procès-verbaux des conseils de la ville du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508.

¹ On doit au Dr Gautier la copie des volumes 14 à 18 ainsi que de la plus grande partie du tome 19 des Registres.

A l'exception de quelques courts fragments, il est de la main de Louis Montyon, notaire, qui succéda en 1501, comme secrétaire du Conseil, à Guillaume de la Crose, et conserva ses fonctions jusqu'en mars 1518. Louis Montyon appartenait à une ancienne famille de la bourgeoisie genevoise ; il était fils de Michel, lui-même secrétaire de la ville de 1454 à 1455 et auteur de la traduction française des Franchises d'Adhémar Fabri. Rallié au parti ducal, il devint à deux reprises premier syndic, en 1521 et pendant l'année historique de 1525 qui vit l'humiliation de Genève au Conseil des Hallebardes et le réveil de la liberté, dû aux efforts des exilés volontaires qui jetèrent, à Fribourg, les bases de l'alliance de leur ville avec les cantons suisses. Le testament de Louis Montyon porte la date du 24 septembre 1533¹.

Le présent volume débute par le récit de l'entrée solennelle, dans Genève, de Marguerite d'Autriche, devenue duchesse de Savoie par son mariage avec le duc Philibert le Beau et dont le nouveau secrétaire vante l'esprit, la bonté et la pureté des mœurs. Mais ce brillant tableau a pour revers les conflits de juridiction provoqués par le séjour de la cour de Savoie à Genève et par l'attitude du tout-puissant bâtard René, frère du duc, qui soutient ouvertement que celui-ci, et non l'évêque, est le souverain prince de la ville. C'est dans ces circonstances difficiles que le Conseil des Cinquante fut rétabli (6 février 1502) « pour traiter les affaires épineuses de la cité », résolue à maintenir les droits de son évêque pour sauver ses propres libertés. La disgrâce de René, la bienveillance de la duchesse Marguerite procurèrent quelque répit aux Genevois, mais bientôt, durant l'été de 1502, ils virent renaître dans leurs murs l'épidémie de peste qui devait exercer ses ravages pendant plusieurs années et qui occupe une grande place dans

¹ Arch. de Genève, *Testaments*, portefeuille 30.

les pages de ce registre. Le 17 novembre 1504, le Conseil général fut amené à attribuer à l'hôpital des pestiférés, et aux besoins des pauvres gens qui y affluaient, tous les revenus des confréries que n'absorbaient pas les obligations de celles-ci.

Bien que le traité de combourgeoisie conclu par l'évêque Jean-Louis avec Berne et Fribourg (1477) n'eût pas été renouvelé, les deux villes suisses n'avaient pas renoncé à faire prévaloir leur influence à Genève. En 1503, elles pressèrent fortement celle-ci d'arrêter et d'emprisonner les soldats mercenaires que Louis XII, malgré les défenses de la Diète et des cantons, faisait lever en Suisse pour sa campagne de Naples. Les Conseils genevois éprouvèrent quelque embarras à donner satisfaction à leurs impérieux voisins sans mécontenter le roi de France ou compromettre l'indépendance de la ville épiscopale. Cependant l'action des Suisses devait bientôt s'exercer d'une manière plus utile à la liberté des citoyens.

L'avènement du duc Charles III (10 septembre 1504) n'avait pas entraîné d'aggravation immédiate dans les rapports de Genève avec la Savoie. Au printemps de 1506, le duc ayant rassemblé en Chablais une armée contre les Valaisans, la ville lui fournit des vivres et un secours d'environ cent vingt hommes, sous la conduite du syndic Hugues de Burdignin. Elle finit même, après une vive résistance, par envoyer à l'armée ducal, à Évian, six pièces d'artillerie ; elle espérait gagner ainsi la faveur du jeune duc. Mais sa bonne volonté ne mit pas fin aux abus de pouvoir des fonctionnaires ducaux ; en 1507, la souveraineté épiscopale, que l'évêque Philippe de Savoie ne défendait guère, eut à subir de nouveaux attentats. Aussi n'est-ce pas sans raison qu'en cette même année, tandis que le Conseil prépare une réception princière au duc qui lui annonce sa prochaine venue, on voit sortir des presses de Jean Belot la première édition des Franchises

traduites jadis en français par Michel Montyon (27 juillet 1507). Plus les droits des citoyens étaient menacés par l'agression de la Savoie, plus il importait d'en répandre la connaissance, ainsi que l'affirme l'auteur de la préface en vers qui précède le texte des Franchises :

Chascun doncques les aye en main tenir
 Pour les savoir et se garder d'offendre,
 Et qu'on ne seuffre au contraire venir
 Nul tant soit grant qui ne vouldra mesprendre.

Peu de jours après, entra en scène un adversaire redoutable des libertés de la ville, en la personne du nouveau vicaire épiscopal, le protonotaire apostolique Jean de Savoie, qui, à peine installé dans ses fonctions, fit arrêter et enfermer à l'Evêché, contrairement aux Franchises, le syndic Pierre Lévrier (août 1507). Les citoyens ne seraient peut-être pas parvenus à faire relâcher leur magistrat si leurs remontrances n'avaient été appuyées, auprès de l'évêque, par les démarches énergiques du gouvernement fribourgeois : dès le 16 mars 1507, en effet, Pierre Lévrier avait eu la prudence de se faire recevoir bourgeois de Fribourg. Il préparait ainsi la voie aux patriotes genevois et leur montrait où ils trouveraient aide et conseil dans la lutte qui s'engageait et dont l'enjeu était la liberté de Genève.

Ce sont les préludes de cette lutte que met en lumière le volume que nous offrons aujourd'hui aux amis de l'histoire nationale.

Genève, août 1916.

Emile RIVOIRE. Victor VAN BERCHEM.

MANUSCRIT

Registres du Conseil. VOLUME 15. — Ce volume comprend un feuillet de garde et 248 feuillets numérotés, qui mesurent environ 300 millimètres de hauteur sur 220 de largeur. Il est, sauf indication contraire, de la main du secrétaire Louis Montyon. Sur le feuillet de garde, à côté du titre, celui-ci a inscrit quelques notes qui ont trait à des faits mentionnés dans le registre et que nous avons renoncé à imprimer. Le registre du 7 décembre 1501 au 7 janvier 1508 occupe les feuillets 1 à 247; le feuillet 248 contient des notes ou des transcriptions d'actes de la main du secrétaire.

Un cahier de 7 feuillets non numérotés a été ajouté plus tard à ce volume; le premier contient des notes en français, extraites du registre, et les six autres, un index alphabétique écrit au XVII^e siècle.

Ce registre est écrit sur papier; il a reçu, au XIX^e siècle, une reliure en parchemin plein.

Nous avons remplacé le sceau du XV^e siècle qui figurait jusqu'ici sur le titre par celui qui fut en usage dès les premières années du XVI^e.

ABRÉVIATIONS

- R. C. = *Registres du Conseil de Genève.*
 M. D. G. = *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire et d'archéologie de Genève.*
 E. A. = *Amtliche Sammlung der ältern Eidgenössischen Abschiede.*
 P. H. = (Archives d'État de Genève), série des *Pièces historiques.*
-

VOL. XV.

Liber consilii communis civitatis Gebenn. per Ludovycum Montyonis, ipsius consilii secretarium, de gestis in eodem consilio, inchoatus de anno Domini millesimo quingentesimo primo et die septima mensis decembris, existentibus sindicis n. et honorabilibus Claudio Gavid, Petro Levrerii, Percivallo Peyrolerii et Johanne Janini, electis de anno m^o quingentesimo secundo et die sexta februarii.

Mors sola fatetur quantula sunt hominum corpuscula.

Quidquid agas, sapienter agas et respice finem¹.

(I) ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO PRIMO

Martis septima decembris. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Orsieres, P. Peyrolerii, G. Roget, A. Pecolat, A. Lyonardi, Jo. Bueti, G. Prepositi, Vaudo.

Qua die, ob honorem futuri adventus illustrissime domine duchisse Sabaudie, non fuit tentum consilium, suprascriptis n. sindicis et consulibus consencientibus, ut hystoriè decencius per onus habentes fiant.

Mercuri octava decembris. — Quatuor sindici; — G. Gavid, G. Roget, P. Orsieres, Jo. Paquet, G. Prepositi, (Paquet,) Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo.

¹ Le secrétaire du conseil a écrit en outre sur ce feuillet de garde, un certain nombre de brèves annotations relatives à la période embrassée par ce volume XV des Registres; elles seront reproduites à la fin du présent tome. Au verso, il a ajouté la liste, incomplète, des années comprises dans le même volume.

Facto sermone de magistro Aymone de Bosco, pocterio, fuit conclusum, actento quod multos pro civitate dietim non desinit sumere labores, quod eidem detur unum par caligarum livria civitatis more vigillum, et illud solvat thesaurarius.

Suprascripta die fuit festum Conceptionis beate Marie Virginis. Qua die, illustrissima domina Margareta duchissa Sabaudie inter terciam et quartam horas post meridiem hanc civitatem cum maximo triumpho intravit, de cujus sagacitate et pulchritudine morumque venustate fama undique spargitur.

Veneris decima decembris. — Quatuor syndici; — G. Gavid, P. Orsieres, M. Lingocti, P. Levrierii, A. Lyonardi, P. Peyrolerii, R. Nycolay, Jo. Malliardi, Jo. Nergat, Ja. Paquet, Jo. Bueti, H. de Boulo, G. de Vaudo, A. Pecolat.

(Testimoniales.) — Facto sermone de Soquerii et fratribus Bessonet, qui fustam pro hystoriis factis ob adventum illu. domine duchisse, n. syndici se submictunt stare ordinacioni magistrorum Jacobi Quibleti, Michaelis Chavanoz, Jacobi Bueti et Glaudii Rolandi, carpentatorum, necnon honorabilium Jo. Nergaz et Anthonii Pecolat, qui, eorum mediantibus juramentis, totam fustam habeant visitare, et visitata, ordinare quantum pro devastacione, perdicione et ducione fuste pre-nominatis fusteriis solvere debeant; protestando quod per eosdem non stat nec stabit quominus eisdem non velint omnimodam facere rationem juxta per electos ordinanda; et, hiis actentis, si fusta a modo in antea deperdatur et devastetur in carreriis publicis existens, non culpa n. sindicorum, sed prenominatorum Soquerii et Bessonet; quo casu adveniente, solvere penitus contradicunt. Et de hiis testimoniales.

Martis xiiii^a decembris. — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Orsieres, M. Lingocti, P. Peyrolerii, A. Pecolat, Jo. Paquet, H. de Boulo, G. de Vaudo, A. Lyonardi, G. de Borjali, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, G. Roget, Tallichet, Jo. Janini, Jo. Bueti, G. Prepositi.

De magistro Gracinopolitanensi facto sermone, fuit conclusum quod remictatur ad Martis proximam ut burgensis efficiatur.

(2) *(Commissio.)* — Committitur visitacio rotulorum pictorum et Johannis de Lyone, Jo. Janini et A. Pecolat.

Visitentur antitecta destructa in hac civitate propter adventum illu. domine duchisse, et visitata refficiantur.

De insultu facto herina die per nonnullos nobiles, r. d. Jo. Orioli vicarii episcopatus Gebenn. servitores, fuit conclusum, nemine discrepente, quod n. syndici cum consulibus consilii accedere debeant ad r. d. Johannem Orioli, cui debite fiant demonstraciones, nec presumat per suos servitores insultum facere qui justicie protector est.

De gentibus ferriere et pauperrima Peyrassetta loquantur n. syndici illu. d. Bastardo seu magistro hospicii ducalis celsitudinis.

(De Yvonet.) — De Yvonet, pro factura doni dati illu. d. duchisse, detur eidem lviii ff. aut loquantur eidem n. syndici.

(De fusteriis.) — Post plura verba de Jo. Soquerii et fratribus Bessonet, fusteriis, habita, magistri Jacobus Quibleti, Jacobus Bueti et Gladius, carpentatores, electi parte n. sindicorum et fusteriorum, promictunt, eorum mediantibus juramentis, totam fustam existentem in carreriis publicis per eosdem fusterios libratam visitare, junctis sex jam electis, et visitata, ipsi fusterii totam bonam et integram, quantum unumquemque concernit, recipere; et, de alia fusta, stare ordinacioni supranominatorum electorum. Et eisdem impartitur licencia vendendi si bonum videatur. Et ex nunc in terram prosternant fustam in lubeyis existentem ne carrerie publice maneant occupate.

Pavisserius visitare habeat foramina facta in carreriis publicis et visa compleat; cui quod costabit, pena et labore ipsius inclusa, juxta ipsius pavisserii conscienciam solvatur.

Veneris xvija decembris. — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, A. Pecolat, Jo. Janini, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, Tallichet.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quod solvat Parvo Johanni, pictori, et Guilliermo de Bellocastro, pro resta picturarum per eosdem factarum pro adventu illu. d. duchisse, videlicet sex florenos parvi ponderis.

Detur unus scutus xxiiij^{or} vigillibus novissime creatis.

Inherendo ordinacioni jam facte super insultu facto noctibus preteritis per nonnullos nobiles existentes in servicio illu. d. episcopi et principis civitatis, qui, die hodierna, de hiis per eosdem perpetratis non

contenti, suis in eorum maliciis persistentes, unum ex vigilibus in cimisterio usque ad sanguinis effusionem verberaverunt; hoc ideo fuit absolute conclusum, ne graviora succedant, quod nobiles syndici accedant ad r. d. Jo. Orioli, ut de eisdem ministrare dignetur justiciam, cum ea perpetrata sint correctione digna. Quod si justiciam ministrare recuset, accedant ad r. d. episcopum Lausanensem, seu illu. dominum Bastardum, ne talia gravi sine pena pertranseant et aliis cedat in exemplum.

De bosseto vini Petri Hospitis, solvat gabellam, sed si vendat ulterius solvere non debeat, cum vice unica solvere sufficiat.

(*Serviens.*) — Johannes filius quondam Jaquemeti Briandi admittitur in servientem vicedompnatus; qui juravit in forma.

Magister Gilletus suum faciat rotulum, et facto provideatur prout videbitur expediens.

(3) Secuntur nomina vigillum per nobiles syndicos et consilium ordinarium novissime creatorum, ut civitas ab omnibus thueatur advertis, forensesque et incole tuta cum securitate maneant et quiescant, et ut horum adjutorio scandalis facilius obvietur, cum huc gentes ex diversis nacionibus ob presertim adventum illu. d. Margarite duchisse Sabaudie undique affluant.

Et primo, Johannes Alliodi, chappellerius,
 Johannes de Putheo, chappellerius,
 Ludovycus Boverii, cultellerius,
 Jacobus de Putheo, chappellerius,
 Michael Dorsier,
 Petrus Dubye, excofferius,
 Petrus Bonetaz,
 Petrus Choudellet, barbitonsor,
 Guilliermus de Paris, chappellerius,
 Nycodus Bernardi,
 Johannes Mantillier, faciens coperturas,
 Johannes Jallosii, fornerius,
 Humbertus Trenchant, excofferius,
 Johannes Perrini, chappellerius,
 Petrus Rosetaz, faciens aquam vite,
 Petrus Chivallerii alias Ballon, chappellerius,

Stephanus Branchuti alias Thonoz, carpentator,
 Glaudius Brisve, carpentator,
 Nycodus Mathias, nauta,
 Petrus Montagnier, clericus,
 Glaudius Bollefre, barbitonsor,
 Petrus Tornerii, pocterius,
 Johannes de Sancto Paulo, chappellerius,
 Johannes de Avynione.

Martis vigesima prima decembris. — Sindici quatuor; — ¹s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Roget, Orsieres, M. Lingocti, Prepositi, Bueti, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, Fran. Tallichet, Janini, Paquet, de Borjalli, Ro. Nycolay, P. Peyrolerii.

De Yvonet facto sermone, fiat mandatum ut supra extitit ordinatum.

Removeatur fusta existens in carreriis publicis juvamine omnium vigillum.

Cancellari mandatur instrumentum obligacionis sex electorum pro ystoriis factis ob adventum illu. d. duchisse.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat magistro Petro Fabri (Fabri), serralliono, pro causis in rotulo descriptis, videlicet xj florenos et grossos tres.

(*Burgensis.*) — Nobilis Thomas Blondelli, de Maclens mandamenti Greysiaci, Gebenn. dyocesis, magisterque monetarum Gracinopolitansensis, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viginti quinque florenis. Qui juravit in forma.

(4) 1502, a nativitate Christi.

Martis xxviii^a decembris. — Sindici : P. Versonnay, Jo. Fernex et H. de Nanto; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, G. Gavid, G. Prepositi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, Tallichet, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Vaudo, P. Peyrolerii, M. Lingocti, Jo. Janini.

¹ Nous mettons ici la liste des conseillers présents, transcrite après le procès-verbal de la séance.

De Petro de Cordie petente platheam Fusterie, veniat et expediatur eidem, dummodo illam mundare teneatur.

Johannes de Eynaux, relacione de Muro, prioris, dat bona sua donnis [domui?] hospitalis Pauperum verecundorum.

(*Palatii.*) — Exposita paupertate per r. d. priorem Palatii in dicto conventu impresenciarum propdolor vigente, fuit conclusum, inherendo majori oppinioni, quod, Dei amore pietatisque inthuitu, proque etiam constructione organorum, detur eisdem fratribus videlicet viginti quinque florenos super gabella anni proxime futuri imponenda exigendi, ut pro nobis erga Deum, qui hominum corda cernit ab alto, suas dignentur fondere preces. — (*Mandatum levatum.*)¹

(*Vigilibus.*) — Mandatur thesaurario quod solvat cuilibet vigillum xxx solidos pro vestibus, ut moris est.

Intrentur thesaurario iiijc lxxxij ff. iiij g. vj d. pro causis in rotulo descriptis pro domo facto.

Intrentur thesaurario cxxij ff. j g. iiij d. pro causis in rotulo etc. || ocquetonis || pro calligis vigillum.

De licteris juridicionis, accedant s. d. Vincencius Levrerii et unus ex sindicis ad d. presidentem, pro materia discussianda.

De gabella salis, loquantur n. sindici Petro Foyssie ut res ipsa suum sorciatur effectum.

Vigesima quarta decembris fuit vigilia nativitatis Domini, ob cujus honorem non fuit tentum consilium.

(*Leamon.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Francisco de Leamon, conforrerio civitatis, decem florenos pro mense novembris et hujus decembris. — (*Mandatum levatum.*)

Mandatur thesaurario quod solvat cuilibet vigillum vj ff. pro festi termino nativitatis Christi fluxi. — (*Levatum.*)

Jovis penultima decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, s. d. Fran. Vincencii, s. d. Glaudius Grossi, G. Gavid, G. Rogeti, P. Peyrolerii, P. Orsieres, M. Lingocti, G. Prepositi, A. Pecolat, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, Ja. Paquet, A. Lyonardi.

(*De homine detento in castro Insule.*) — Quia die suprascripta ad nobi-

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

lium sindicorum pervenit aures quemdam hominem ex servitoribus r. d. protonotharii Sabaudie morti, prop dolor, fuisse traditum per quemdam suum socium, qui, suis causantibus delictis, fuit captus et deinde ad castrum Insule ductus, in quo impresenciarum firmis carceribus mancipatur. Cujus capcionis pretextu, ducalis celsitudinis officarii in eundem juridicionem exercere nituntur et processus contra eundem formare, asserentes ipsum esse curialem et in eundem juridicionem habere, nec nobiles sindicis remictere volunt, quod ab omni jure et equitate censetur prorsus alienum, nam delitum in civitate et infra limites juridicionis r. d. Gebenn. episcopi et principis fuisse perpetratum manifestum est, et soli principi episcopo Gebenn. (5) malefactorum pugnicio et delictorum in civitate et infra limites perpetratorum cognicio pleno jure spectat et pertinet, spectareque et pertinere dignoscitur. Unde dicti n. sindici juridicionem dicti reverendi episcopi prothegere ut tenentur satagentes, cumque matura consilii deliberacione procedere volentes, consiliarios suprascriptos ad consilium hora prima post meridiem evocari fecerunt pro hujusmodi materia discussianda. Et ipsis in consilio existentibus, unusquisque suam super hujusmodi negocio declaravit voluntatem. Et pluribus hinc inde factis aductis rationibus et replicis factis, presertim inter dominos doctores inibi existentes, absolute fuit conclusum, nemineque discrepante, quod nobiles sindici ad r. d. Johannem Orioly, sedis episcopalis Gebenn. [administratorem], accedere debeant et premissa explicare et notificare, ne imposterum horum occasione possint annotari; et velit ipse administrator, qui justicie caput est, hanc materiam in se amplecti, ne juridicio dicti r. d. episcopi et principis ledatur, sed illesa remaneat et justicie locus sit, ut ceteris cedat in exemplum.

Veneris ultima decembris. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Orsieres, G. Roget, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Per. Peyrolerii, Fran. de Leamon, G. de Vaudo.

Detur unus florenus vigilibus pro cena inter eosdem facta ob adventum illu. d. duchisse Sabaudie.

(*Vigilibus.*) — Solvatur unus florenus vigilibus pro enseniis hujus anni, ut moris est.

(*Commissio.*) — Committitur visitacio rotulorum magistri Hugonis,

pictoris, parte civitatis Guilielmo Curti, et parte dicti Boulardi Jacobo Nepotis, junctis Janini et Pecolat, qui, visis rotulis et calculatis, eorum juramentis referre debeant ut unicuique quod suum est tribuatur.

(*Diligencia facta per n. syndicos.*) — Facto sermone de homine in castro Insule detento, quem officarii celsitudinis ducalis remictere recusant pro justicia de eodem ministranda, fuit conclusum ut alias quod nobiles syndici loquantur r. d. administratori. Qui conclusionem ad effectum producere volentes, sumpto prandio, ad r. d. Johannem Orioli suos direxerunt gressus, quem in domo sue habitacionis et in aula bassa alloquuti sunt de hujusmodi materia. Et eundem observaverunt ut sue voluntatis esset, pro justicie debito juridicionisque d. r. episcopi conservacione, ad illu. d. bastardum Sabaudie accedere et erga eundem instare quod malefactor detentus eisdem remictatur, actento maxime quod delitum fuit infra limites juridicionis perpetratum. Qui d. administrator n. sindicis respondit quod nichil fiet in enervacionem juridicionis r. d. episcopi cujus protector est, sed, pro nunc, suis urgentibus necessitatibus, ad illu. d. Bastardum accedere non posse, sed loco sui r. d. Amblardum Goyeti destinabit; quod et fecit. Qui r. d. Amblardus, necnon s. u. juris doctores Fran. Vincencii et Glaudius Grossi, de ipsius d. Jo. Orioli precepto, cum n. sindicis, pluribus associatis, ad domum illu. d. ducis Sabaudie suum arripuerunt iter, ipsum illu. Bastardum reperire putantes. In qua per longum temporis permanserunt et, ipsius illu. Bastardi absentia obstante, nichil de homine incarcerato fuit pro tunc loquutum nec conclusum.

(*Burgensis.*) — Jacobus, filius Petri Bochini, drapperius, de Burgundia, dyocesis Luguriensis, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus decem octo florenis. Qui juravit in forma.

MUTACIO ANNI

de anno Domini millesimo quingentesimo primo in annum quingentesimum secundum.

Martis quarta januarii. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, s. d. Vincencius, s. d. Millieti, s. d. G. Grossi, Gavid, P. Levre-rii, A. Pecolat, Jo. Janini, Ro. Nycolay, P. Orsieres, M. Lingocti,

G. de Vaudo, H. de Boulo, Fran. de Leamon, Ja. Paquet, G. Prepositi, Per. Peyrolerii, G. Roget, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, Jo. Bueti.

Solvat thesaurarius s. u. juris doctoribus, videlicet Jo. Grossi et Millieti, unicuique ipsorum unum grossum.

(6) (*Diligencia facta per n. syndicos pro juridicione r. d. episcopi et principis Gebenn.*) — Et, licet jam pluribus diebus fuerit factus sermo de homine incarcerato, et per n. syndicos necnon s. u. juris doctores superscriptos, n. sindicorum et civitatis contemplacione, r. d. Johanni Orioli, sedis episcopalis Gebenn. administratori, loquutum fuit, cujus interest jura r. d. Gebenn. episcopi et principis, impresenciarum in pupillari etate constituti, jura ipsius prothegere et illa augere, ut juridicio in aliquo non ledatur quam n. syndici peritorum consilio manutenere totis pro viribus nituntur. Pro cujus juridicionis preservacione, iterum et denuo, de illo solo homine in castro Insule detento fuit tentum consilium, rebus omnibus aliis post terga rejectis. Et fuit conclusum ut alias quod dicti syndici cum prenominatis doctoribus accedere deberent ad dictum dominum administratorem. Quod et fecerunt in ipsius consilii exitu, exortantes eundem ut ad illustrem d. Bastardum suos velit dirigere gressus, nec sinat per ducalis celsitudinis officarios, in enervacionem juridicionis dicti r. d. episcopi, de dicto homine justiciam ministrari, sed hunc n. sindicis, prout juri et equitati consonum est, cum quanta poterit instancia remicti petat. A quo tunc responsum habuerunt velle ad eundem illu. Bastardum accedere pro remissione detenti obtinenda, hora per n. syndicos statuenda.

(*De Thoma Castallie.*) — Successive, inter terciam et quartam horas post meridiem, consindicus Petrus Braseti, et cum eodem s. d. Grossi et Millieti, iterum iverunt ad dictum d. Jo. Orioly, ut sue voluntatis esset ire ad illu. d. Bastardum, et operam in materia de qua supra habetur mencio dare, sic quod finis rei imponatur. Qui respondit pro tunc ad illu. Bastardum ire non posse. Et responsione per ipsum audita, recesserunt dicti consindicus et doctores, et deinde ad domum illu. d. Sabaudie ducis et in qua suam cum toto ejus statu facit mancionem accesserunt; et in qua prenominati doctores cum quatuor sindicis per longum temporis spacium prenominatum illu. Bastardum expectaverunt pro hujusmodi materia discussiunda. Sed, quia jam hora erat tarda et hora fere octava infra noctem, omnes supranominati ad lares proprias

et quo voluerunt reddierunt, nulla per illu. Bastardum responsione habita.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Humberto Bernardi videlicet vij ff. parvi ponderis et unum grossum monete, pro causis in rotulo exaratis.

Veneris septima januarii. — Sindici : P. Versonnex, Jo. Fernex et H. de Nanto; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Ja. Paquet, A. Lyonardi, A. Pecolat, Jo. Janini, G. de Vaudo, Ro. Nycolay, Fran. de Leamon.

Mandatur thesaurario quod solvat Ro. Nycolay, videlicet xlij ff. vj g., ut in rotulo. — (*Mandatum levatum.*)

Lyonardi et pavissiores se submictunt stare ordinacioni consilii, seu Paqueti.

(*Commissio.*) — Commictitur visitacio rotulorum Bessonet magistris Claudio et Claudio, carpentatoribus, A. Pecolat et Janini, junctis sex electis.

Nona januarii. — Sindici : P. Versonnex, Jo. Fernex et H. de Nanto; — s. d. Franciscus de Veyriaco, G. Gavid, Perci. Peyrolerii, P. Orsieres, M. Lingocti, Jo. Malliardi, A. Pecolat, A. Lyonardi, G. de Vaudo, H. de Boulo, Fran. de Leamon, Ro. Nycolay.

Die Dominica nona januarii, nobiles sindici consulares suos superscriptos ad consilium inter nonam et decimam horas de mane evocari fecerunt. In quorum consiliariorum presencia, fuit exposita, organo n. Petri de Versonnex, consindici, diligencia per eosdem syndicos facta et instancia erga illu. d. bastardum Sabaudie pro manutencione jurisdictionis r. d. Gebenn. episcopi et principis; et quomodo, (7) die Veneris proxime lapsa, de homine incarcerato pro quo jam tantos sumpsere labores, inter sextam et septimam horas post meridiem, in domo illu. domini Sabaudie ducis, in quadam camera ipsius domus, fuit consilium celebratum, in quo interfuerunt : illu. d. bastardus Sabaudie, preses ducalis celsitudinis, magister hospicii nostri domini, Marcossey, magnus scuttifer ipsius, cammerarius Vullieres, prepositus marescallorum, procurator fiscalis ipsius illu. ducis, necnon s. u. juris doctor d. Fran. Vincencii, n. consindici P. Versonnex, Jo. Fernex et Henricus de Nanto, cum

pluribus aliis. Et, ipsis in eodem consilio existentibus, dictus d. Franciscus Vincencii illu. d. Bastardum alloquutus est, loquendi licencia prius per ipsum petita et obtenta, in hunc qui sequitur modum : « Illustris domine et vos magnifici domini de consilio, non est vobis causa ignota ob quam n. sindici et ego, de precepto r. d. Jo. Orioli, sedis episcopalis Gebenn. administratoris, hic venimus. Scitis procul dubio quod, hiis diebus non longe effluxis, quidam homo malefactor fuit captus qui firmis carceribus impresenciarum in castro Insule detinetur, cujus captiois pretextu, procurator fiscalis et prepositores marescallorum in eundem jurisdictionem exercere et processus contra eundem formare nituntur, et jurisdictionem r. d. Gebenn. episcopi et principis et justicie cursum impedire, quod ab omni equitate censetur prorsus alienum. » Et duas primo adduxit rationes : prima namque fuit quod detentus furtum commisit in domo r. d. prothonotarii Sabaudie, canonici Gebenn., et infra claustrum et in personam ipsius canonici; alia fuit quia homicidium voluntarium in civitate et infra limites fuisse per eundem perpetratum manifestum est. Et, hiis duabus rationibus actentis, supplicavit illu. d. Bastardo, prout equitati congruit, ut sue voluntatis esset per n. syndicos, r. d. episcopi officarios, de detento justiciam ministrari, nec sinat quicquam in enervacionem jurisdictionis ipsius fieri. Et hiis dictis, procurator Burdinus ducalis celsitudinis respondit quod sindici nullam in eundem detentum habent jurisdictionem : tum primo quia fuit captus per magistrum hospicii ducalis celsitudinis; tum 2^o quia illu. d. dux Sabaudie est supremus dominus, et supremus dominus in cujus potestate detentus consistit non tenetur inferiori remittere; tum tercio, quia fiunt cride parte r. d. Gebenn. episcopi, vicedompni et proborum hominum civitatis; tum quarto, quia dicunt in sentenciis per eosdem prolatis : « Nos sindici, causarum criminalium etc. »; tum et quinto, quia dato et non concesso quod haberent jurisdictionem, illam funditus perdiderunt cum quidam malefactor in tortura perusitata existens in sindicorum manibus expiravit, sic quod homicidium voluntarium commiserunt; cum eciam quia princeps in suos familiares habet jurisdictionem exercere ubique locorum. Quibus rationibus, presertim tribus, per d. Fran. Vincencii fuit responsum : primo, licet fuerit captus per magistrum hospicii, tamen ipse est servitor dicti r. d. episcopi, et sciens jurisdictionem dicto re. episcopo et principi pertinere, sua prudencia

usus est et eundem consindico Henrico de Nanto pro justicia de eodem ministranda remisit, quem ad castrum Insule deinde transduxit et commentariensi carcerum tute custodiendum remisit. Dicens ulterius quod r. Gebenn. episcopus in civitate et limites omnimodam habet jurisdictionem, sed nichillominus de isto casu pro tunc non est disceptandum. Respondit ulterius quod ducalis celsitudo in suos servitores et familiares in hac civitate Gebenn., actentis per eum superius dictis, jurisdictionem non habere exercere. Cui tunc domino doctores inibi existentes, pro hujusmodi materia discussi, tales quales reserare voluerunt rationes ob quas, per jura tam civilia quam canonica, nixi sunt probare nullam super homine incarcerato per syndicos habere jurisdictionem, primo ratione originis quia Pedemontanus, ratione domicillii, eciam ratione homicidii per syndicos perpetrati, eciam ex privilegio principis, inherendo jam per procuratorem fiscalem dictis et allegatis. Unde, hiis actentis, illu. d. Sabaudie ducem in hunc hominem jurisdictionem habere dicunt et de eo justiciam ministrari debere. Quo tunc, prenominati s. d. Franciscus et syndici duos exhibuerunt processus per quos clare constat alias per syndicos de servitoribus et familiaribus ducalis celsitudinis, suis causantibus delictis, fuisse justiciam ministratam, illu. principe in hac civitate cum toto ejus statu existente, vidente seu videre valente et non contradicente, et per lenta temporis curricula in possessione pugniendi delinquentes infra civitatem et franchisesias fuisse et esse, quod hominum memoria non extat in contrarium. Et pluribus hinc inde inter doctores rationibus adductis, et replicis factis juris in corpore introclusis, videns illu. Bastardus et preses hos doctores per ipsum d. Franciscum esse tantis argumentis superatos, responderunt syndicis territorium in hac civitate habere asserentes, et, propter hanc solam rationem, omnibus aliis post terga rejectis, jurisdictionem habere. Quo non obstante, dicunt se facturos velle licteras per quas constabit quod, per hujusmodi actum jurisdictionis, non intendunt juribus et jurisdictioni dicti r. d. episcopi derogare. Et ex adversis replicabatur territorium fuisse concessum quoad causas civiles duntaxat et non quoad criminales¹. Et, post plura verba de premissis et territorio habita, fuit conclusum quod id territorium in crastinam illius diei syndici monstrare debeant et fidem

¹ En marge : *Concessio territorii quoad causas civiles.*

facere. Et, ad quam diem, que fuit decima hujus, fuere remissi et nulla alia pro tunc extitit facta conclusio.

(8) *Martis xj januarii.* — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Per. Peyrolerii, P. Orsieres, M. Lingocti, G. Rogeti, Jo. Janini, A. Lyonardi, G. de Vaudo, H. de Boulo, Fran. de Leamon, Jo. Malliardi, Ja. Paquet, A. Pecolat, R. Nycolay.

Cassantur vigilles novi pro jucundo adventu illu. d. duchisse creati. De malvatico, visitentur libri et inde fiat cognicio.

Facto sermone de licteris medici pro leprosorum visitacione, fuit conclusum quod n. syndici loquantur domino administratori.

(*Jurisdictio.* — *De Thoma Castallie.*) — Destinatus n. Petrus de Versonnex, consindicus, consilii parte ad sublime consilium ducalis celsitudinis pro thuicione et preservacione jurisdictionis r. d. principis et episcopi Gebenn., ad causam capcionis Thome Castallie, de Frouchax, Thaurinensis dyocesis, in castro Insule impresenciarum detenti, de quo in plurimis conclusionibus superius exaratis extitit factus sermo. Qui reversus, consindicis et consiliariis in eodem existentibus, retulit fuisse ordinatum per sublime consilium quod dictus Thomas remicteretur preposito marescalorum pro exequucione fienda. Cui ordinationi consentire noluit n. Petrus consindicus. Et, relacione per eundem audita et facta, fuit conclusum, nemine discrepante, quod n. syndici, consilio finito, suos dirigere debeant gressus ad r. d. Jo. Orioly, gubernatorem persone dicti r. d. episcopi, et premissa notificare, petendo licteras testimoniales, ne imposterum reprehendi possint, et cui ordinationi consentire nolunt syndici nec consilium, sed tantos adhibeat ipse Johannes Orioly labores quod iudicio suo in esse remaneat.

Lictere testimoniales.

(*De Thoma Castallie.*) — Anno Domini millesimo quingentesimo secundo, indicione quinta, et die undecima mensis januarii, nobiles Petrus Versonnex, Petrus Braseti, Johannes de Fernex et Henricus de Nanto, syndici moderni civitatis Gebenn., ad r. d. Johannem Orioly, episcopum Nycie, administratoremque et gubernatorem persone r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, et sedis episcopalis Gebenn. vica-

rium, inter decimam et undecimam horas de mane [accesserunt], quem in domo sue solite habitacionis in quadam camera bassa reperierunt. Cui, organo n. Petri de Versonnex, consindici, proposuerunt quod, licet a quindecim diebus proxime et continue fluxis citra, pro preservacione juridicionis r. d. Gebenn. episcopi et principis, tam erga eundem dominum Jo. Orioly, vicarium predictum, quam erga illu. bastardum Sabaudie, multiplices die ac nocte fecerunt instancias ut de Thoma Castellie, de Frouchax, Thaurinensis dyocesis, in castro Insule detento, suis causantibus delictis in civitate et franchesiis per ipsum perpetratis, justicia ministraretur, nec juridicio lederetur, quam prothegere pro viribus satagunt ut tenentur. — (*Mermetus Vuarin, iudex excessuum.*) — Fueruntque, dicti d. r. vicarii et civitatis parte, ad ipsum illu. Bastardum destinati venerandi ac spectabiles juris utriusque doctores Dominicus de Vyriaco, Mermetus Vuarin iudex excessuum, Petrus Millieti, Glaudius Grossi, Franciscus Vincencii et Philibertus de Bona, pro hujusmodi materia discussiunda juridicionisque conservacione. Hiis tamen non obstantibus, die hodierna, dum consilium sublime ducalis celsitudinis celebraretur, ordinatum fuit quod dictus Thomas preposito marescallorum pro justicia de eodem *ultra tamen pontem Areris* et super dominio et territorio illu. Sabaudie ducis ministranda remicteretur et fore remictendum, actento quod dictus Thomas tempore perpetrati delicti erat servitor continuus et familiaris r. d. prothonotarii Sabaudie in cujus personam furtum commisit, qui est de proprio sanguine illu. d. Sabaudie ducis. Et, ordinacione lata, ipse illu. Bastardus dicto n. Petro Versonnex dixit an de hujusmodi ordinacione esset contentus? Qui respondit se non fore contentum nec illi consentire velle, sed r. d. vicario et civitatis consilio notificare. Et, quia ordinacio per ducale consilium lata in enervacionem juridicionis r. d. episcopi et principis Gebenn. cadere et redundare censetur, nec illi consentire volunt n. sindici nec civitatis consilium, illamque ratam habere nolentes, — hoc ideo, dicto d. vicario, cujus interest juridicionem thueri et prothegere juraque ecclesie deffendere et illa augere, premissa omnia notificarunt, ne imposterum annotari possint et de negligencia reprehendi, eundem d. vicarium denuo exortantes ut sue voluntati placeat illi ordinacioni, ne graviora succedant, obviare, sic quod juridicio illesa remaneat et in aliquo non leda-

tur. De quibus premissis prenominati n. sindici a me, notario et civitatis secretario, pecierunt licteras testimoniales quas ex meo officio concessi, datas Gebenn, in domo dicti d. vicarii, anno et die premissis, presentibus ibidem s. utriusque juris doctoribus Glaudio Grossi et Francisco Vincencii, testibus vocatis et rogatis, etc.

Montyon.

(*Ultra pontem Areris fit exequutio istius Thome, citra consensum civium.*)

(9) *Veneris xiii^a januarii.* — Sindici : || P. Versonnex, || Braseti, Jo. Fernex, Nanto; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Millieti, Fran. Vincencii, G. Grossi, Gavid, Orsieres, Per. Peyrolerii, Jo. Malliardi, M. Lingocti, Fran. de Leamon, Ja. Paquet, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, A. Lyonardi, H. de Boulo.

(*Relacio.*) — Refferunt Glaudius Janteti et Petrus Jaquerii, conductorii, visitasse indumenta servagiorum et unumquodque valere videlicet sex grossos monete.

(*Alia altercacio.*) — Exposita per consindicum Petrum Braseti capcione duorum hominum malefactorum in castro Insule detentorum, in quorum personas ducalis celsitudinis officarii juridicionem exercere moliantur, fuit conclusum quod n. sindici ad r. d. Johannem Orioli accedere debeant et premissa notificare, notificato prius dominis de capitulo. Et placeat Johanni Orioly et canonicis super hiis validam facere provisionem et fieri facere per illu. Sabaudie ducem, sic quod jam facta in enervacionem juridicionis revocentur et fiendis obvietur. Quod et fecerunt n. sindici ut supra conclusum extitit : r. d. Johannem Orioly et canonicos de hujusmodi materia alloquuti sunt; quibus, post plura verba inter eos habita, dictus Johannes respondit accedere velle ad illu. d. ducem Sabaudie pro juridicionis preservacione quam viriliter intendit thueri, ne ipse et n. sindici imposterum de negligencia reprehendi possint.

Sabbati xv^a januarii. — Sindici : P. Braseti, Jo. Fernex et Nanto; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Per. Peyrolerii, H. de Boulo, G. de Vaudo, A. Pecolat, P. Orsieres, A. Lyonardi, M. Lingocti, Jo. Bueti, Jo. Malliardi, Fran. de Leamon, Perrinus de Mara, Johannes Nergaz, de Malodumo, Jo. Amiaulx, Johannes Panissodi, S. Arnaudi, H. Bou-

lardi, Ny. Gentilis, Jo. Donzelli, P. Navis, L. Bucterii, G. Velluti, C. Chicandi, Fran. Vyoleti, A. Barberii, m. Petrus patisserius, Pensabin, Navilli, G. Balleti, Episcopus condurerius.

(*Coram illu. d. Margarita. — Inventarium falso factum. — Bastardi aberratio et initium erroris. — Conclusio : scribere r. d. episcopo Lausannensi, administratori.*) — Supranominatis omnibus in consilio Domus communis existentibus, n. Petrus Braseti, consindicus, exposuit [quomodo] herina die, reverendus d. Johannes Orioly, vicarius generalis sedis episcopalis Gebenn., gubernator et administrator persone r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, pluribus dominis de capitulo et sindicis associatus, ad illu. Sabaudie ducem accessit; quem primo, in conspectu illu. d. Margarite, ipsius illu. conthoralis, necnon illu. d. bastardi Sabaudie et plurium de ipsius consilio astancium, alloquutus est, dicendo ad ipsius noticiam devenisse duos malefactores fuisse captos et impresenciarum in castro Insule detentos, in quorum personas ipsius ducalis celsitudinis officarii exercere juridicionem nituntur, quod ab omni equitate censetur alienum, cum reverendissimus Gebenn. episcopus et princeps omnimodam in civitate et franchesiis habeat juridicionem, eciam in hiis quos contingit capi per suos officarios in civitate et limitibus ipsius, licet delicta fuerint extra fines sue juridicionis perpetrata et commissa; demonstrando eisdem quomodo quidam Burdinus, fiscalis procurator, jam ad actus juridicionis processit, inventarium de bonis mobilibus tum in castro Insule detento pertinentibus conficiendo. Et, licet jam de Thoma Castallie per ipsius ducalis celsitudinis officarios justicia fuerit ministrata, talis qualis visa fuit nunquam, nedum in enervationem juridicionis dicti r. d. episcopi, sed eciam libertatum et franchesarum ejusdem civitatis, — asserentes ipsum Thomam fuisse captum per magistrum hospicii, et principem in suos subdictos justiciam ministrari debere, — hiis tamen non obstantibus, non debuit juridicio dicti r. episcopi et principis ledi, cum sindici, ipsius r. d. episcopi officarii, eciam ex subdictis illu. Sabaudie ducum justiciam ministraverunt, documentis constantibus illu. d. Bastardo, presidi et pluribus aliis de consilio exhibitis hiis diebus non longe effluxis. Et hoc antiquissima consuetudo inconcusse observata in hac civitate cujus incii hominum memoria non extat in contrarium testatur. Cui illustris Bastardus respondit : illu. Sabaudie ducem esse supremum principem

civitatis et que fecit facere debuisse. Nam castrum Insule illu. domino Sabaudie insolidum spectat et pertinet, spectareque et pertinere dignoscitur. Ad que premissa, n. consindici, multa sagacitate vigente, crebras, ymo indissolubiles, in contrarium adduxerunt rationes (10) ob quas clare ostenderunt quod ducalis celsitudo nullam in civitate et franchiis habere[t] juridicionem, demonstrando eciam quomodo ipsius ducalis celsitudinis predecessores, illu. prothoparentes sui inclitissime domus Sabaudie, quamplurima civibus et civitati fecerunt bona, eandem civitatem in suis libertatibus et franchiis, suorum morem sectando antiquorum parentum, protexerunt et deffenderunt; et, hiis omnibus actentis, supplicaverunt tam ipse r. d. Jo. Orioly quam sindici illu. d. duci ut sue voluntatis esset, jam facta in detrimentum juridicionis, libertatum et franchesarum revocare et a ceptis desistere, morem quorum supra sectando. Super quibus fuit conclusum quod ducalis celsitudo seu sublime consilium ipsius, r. d. episcopus et sindici jura sua in manibus deputandorum exhibeant visitanda. — Et, hiis propositis et dictis, absolute fuit conclusum quod n. sindici, in ipsius consilii exitu, accedant ad eundem d. Jo. Orioly, et primo scrutetur scire voluntatem illu. d. ducis, et deinde rescribat r. d. episcopo Lausannensi, administratori, ut, omnibus negociis relictis, veniat pro juridicione manutenda, ut principium tam laudabile ceptum fini correspondeat, quia cujus finis bonus est, ipsum quoque bonum est.

Martis xviiij januarii. — Sindici : P. Braset, Johannes de Ferney, H. de Nanto; — s. d. Anthonius de Bona, s. d. Fran. Vincencii, s. d. P. Millieti, s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, M. Lingocti, G. Rogeti, P. Orsieres, P. Levrierii, P. Peyrolerii, A. Pecolat, Ja. Paquet, Jo. Nergaz, H. de Boulo, G. de Vaudo, F. de Leamon, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, Jo. Malliardi, Jo. Janini.

(*Grossi et Millieti.*) — Quia s. u. juris doctor d. Fran. Vincencii multos jam pro civitate sumpsit labores et qui dietim laboribus parcere non recusat, ideo dentur eidem tres scuti auri, et d. P. Millieti unus scutus auri detur, et equidem G. Grossi, qui pro civitate non tantos adhibuerunt labores.

Compellantur macellarii ad vendendum carnes ad pondus, juxta per ipsos promissa et jurata.

(*De incarceratis in castro Insule.*) — De duobus incarceratis in castro Insule facto sermone, fuit conclusum quod supranominati doctores accedere debeant ad sublime consilium ducalis celsitudinis, et inibi pro juridicione manutenenda disputare, sic quod n. sindicis de eisdem ministretur justicia.

(*De bonis presbiteri mortui.*) — De quodam presbitero mortuo, loquantur n. sindici r. d. Jo. Orioly ut bona ipsius restituantur Paqueti, procuratori Animarum Purgatorii, pro salute omnium animarum, quoniam pium est pro deffunctis exorare.

Veneris xxja januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Perci. Peyrolerii, Jo. Janini, Ro. Nycolay, P. Orsieres, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, Fran. de Leamon.

Visis licteris missivis a serenissimo rege Romanorum emanatis, fuit conclusum quod monstrentur r. d. Jo. Orioly et consilio episcopali ut visis provideant.

(*De gabella malvatici.*) — Conqueruntur n. et honorabiles Michael Lingocti, Jacobus de Rippa, Guilliermus Joly, Dominicus Salaz, Bernardinus Vuarambert, Dyonisius Dadaz, Girardus de Rippa et Johannes Scarron, apothecarii seu malvaticum vendentes, de exactoribus gabelle vini qui coram fisco r. d. episcopi et principis Gebenn. evocari fecerunt, petentes gabellam malvatici sibi solvi prout hii qui vinum vendunt; dicentes ad solucionem gabelle malvatici non teneri, et, ut veritas de premissis elucescat, per A. Pecolat super hiis referri, et deinde se in pace dimicti. Qui Anthonius retulit visitasse et legisse libros olim exactorum gabellarum; in quibus reperire non potuit pro malvatico fuisse gabellam solutam, nisi de xxiiij quarteronis malvatici. Et, relatione per dictum Pecolat audita, actento etiam tenore instrumenti admodiacionis, fuit conclusum et ordinatum quod predicti apothecarii, nec alii malvaticum vendentes, non sint astricti nec teneantur gabellam solvere, nec liceat exactoribus ab eisdem gabellam exigere neque recuperare; presente Jolyti, exactore dicte gabelle vini, de hiis licteras testimoniales petente, et dicente fuisse dictum in consilio generali quod malvaticum vendentes solvere deberent gabellam.

(II) (*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Johannis Cortinaz,

de Sergier, admittitur in burgensem, contemplacione nobilis Petri de Versonnex, consindici.

(*Mandatum.*) — Visa supplicacione magistri Jacobi Quibleti, mandatur thesaurario quod solvat eidem quinque florenos pro suis stipendiis.

Martis xxv^a januarii. — Sindici quatuor; — d. vicedompnus, Gat, s. d. Fran. de Veyriaco, Perci. Peyrolerii, G. Rogeti, A. Pecolat, Jo. Janini, P. Orsieres, A. Lyonardi, G. Vaudo, Jo. Malliardi, P. Levrierii, Paquet, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, Jo. Nergaz, M. Lingocti, Fran. de Leamon.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Petri Beguini, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem pro et mediantibus viij ff.

Facto sermone de filiis Mabosson et Cadodi qui, ut fertur, unum ex servitoribus domini de Roman usque ad sanguinis effusionem verberaverunt, fuit conclusum quod cridentur voce cride per carraphos civitatis, representaturi in castro Insule coram n. sindicis, ut justicie sit locus.

(*Pavissierius.*) — Pavissierius teneatur facere theysiam pavimenti a porta Sancte Catherine usque ad turrim domini Vyriaci precio xv grossorum, ita quod teneatur sumptuare omnia neccessaria, prout mercatum fuit cum eodem factum per n. syndicos, ut asserunt, pro adventu illu. d. Margarite duchisse Sabaudie.

Veneris vigesima octava januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Levrierii, Prepositi, Bueti, Pecolat, Roget, s. d. Fran. Vincencii, s. d. de Bona, Boulo, Vaudo, Orsieres, Leamon.

(*P. Levrierii procurator fiscalis et sindici.* — *De juridicione.* — *S. d. Mercurinus commissarius rotuli.* — *Nichil de detentis fuit conclusum.*) — Quia s. d. Franciscus Vincencii et Philibertus de Bona, necnon n. Petrus Versonnex, Jo. de Fernex et H. de Nanto, consindici civitatis, associati egregio d. procuratore Levrierii, die supradicta, pro juridicionis r. d. episcopi preservacione, accesserunt ad sublime consilium ducalis celsitudinis, in quo, inter dominos de consilio et suprascriptos doctores, plurima de juridicione fuere habita verba, etiam per r. d. Amblardum Goyeti tunc

presentem. Inter que d. Mercurinus, vigore commissionis sibi facte, suam fecit relacionem super juribus, instrumentis et transactionibus juridicionem concernentibus eidem traditis per e. d. procuratorem fiscalem P. Levrierii. Et, relacione per ipsum Mercurinum facta et audita, nichil de duobus in castro Insule detentis fuit conclusum, obstante illu. d. Bastardi absentia, coram quo fiat relacio, ne deinceps de juridicione oriatur controversia. — Et sic, eodem die nullum fuit tentum consilium.

Martis prima februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, P. Orsieres, M. Lingocti, G. Prepositi, A. Pecolat, G. Gavid, Jo. Grossi, Jo. Bueti, Boulo, Vaudo, Levrierii, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Jo. Janini, Fran. de Leamon.

De aqua Arve, evocentur thenementarii possessiōnum et compellantur juxta vires et tenorem albergamentorum.

De magistro Gandodi, fuit conclusum quod eidem nichil ulterius detur, sed sit contentus, si vult, de duobus scutis sibi exbursatis.

(12) (*Mandatum levatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Michaeli Lingocti contenta in rotulo: cxxxix ff. j. g. iij d.

(*Thesaurario.*) — Dentur thesaurario, pro pena et laboribus per ipsum supportatis hoc anno ob adventum illu. d. duchisse Sabaudie, videlicet xij ff.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario contenta in suo rotulo, et juret ut moris est: cxvij ff. j. g. vj d.

(*Levrierii.*) — De facto egregii Petri Levrierii, asserentis plurimas res perdidisse, ipso in servicio civitatis existente, de quibus petit satisfieri; fuit conclusum quod nobiles syndici alloquantur eundem graciose, et interim videatur quictancia.

Evocentur plures numero ad Veneris pro sindicis creandis (fienda).

Solvat thesaurarius Aymoni Evrardi, castellano Nyviduni, pro processu cujusdam malefactoris per ipsum copiato, videlicet ij grossos.

Jovis tercia februarii. — Quatuor syndici; — Jo. Janini, A. Pecolat.

(*Mandatum levatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Johanni Soquerii, pro causis in rotulo descriptis, videlicet lxxxij ff. vj g.

(*Mandatum levatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Guiliermo Bessonet, pro causis in rotulo descriptis, cxx ff.

(*Mandatum levatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat relicte Baudesardi, pro causis in rotulis descriptis, cxxxij ff. j. g. iij d.

Veneris quarta februarii. — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Orsieres, P. Levrierii, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, Jo. Grossi, Boulo, Vaudo, G. Rogeti, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, Fran. de Leamon, G. Prepositi, Jo. Janini, m. Hugo pictor, Navilli, C. Chicandi, G. Bessonet, G. Cadodi, Perroctini, Mahuet, hospes Crucis Albe, Mantillion, Navis, Falquet, filius Soquerii, Johannes de Pactes, m. Jacobus Quibleti, m. Jacobus de Nemoribus, m. Jacobus filius Quibleti, Grassi, de Malodumo.

Electio sindicorum creandorum in consilio generali Dominico proxime futuro fuit facta per suprascriptos, et vocibus per unumquemque emissis, syndici: inferius Gavid et Peyrolerii, superius Janini, qui xxiiij habuit voces. Et quia Lyonardi et Vaudo in vocibus fuere equales, ideo ad diem Dominicam in consilio generali fiat conclusio.

(*Leamon.*) — Solvat thesaurarius Francisco de Leamon, pro suis stipendiis ad causam sui forrerie officii, v. ff. pro mense novissime lapso¹.

Dominico die sexta februarii millesimi quingentesimi secundi, fuerunt creati syndici in consilio generali, ad sonum grosse campane ut moris est.

(13) Presentibus: P. Versonnex, P. Braset, Jo. Fernex, H. de Nanto, sindicis anni nuper lapsi; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, G. Roget, Ro. Nycolay, A. Pecolat, Jo. Bueti, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Ja. Paqueti, H. de Boulo, G. de Vaudo, G. Prepositi, Jo. Grossi, P. Navis, A. Beatrisii, A. de Fonte, P. Bardini, Ste. Bonijohannis, de Quarro, Jo. Pensabini, m. Ja. Guilliocti, Jo. Magnini, Jo. conreator, B. Philippi, Bar. Puthodi, G. Vuychari, Ja. Nepotis, P. Sapientis, P. Cordier, Ste. Arnodi, A. Furjodi, Jo. Frochet, Migardi, m. Hugo pictor, Jo. Martini, Ny. Mahuet, Jo. de Mollario, Anzo, P. Roset, Jo. Perroctini, Ja. de Verussis, A. Chastronis, A. Mercerii, P. Panissodi, Jo. Donzelli, Fran. Chivilliard, Jo. Soquerii, Ja. Belli, Folliouz, G. Vincencii, P. de Malodumo, Cadodi, Ja. Roz, H. Glau-

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

don, P. Buthini, A. Dentan, Jo. Chappuysii, Jo. Champaney, Baudichon, L. Jaques, Ja. Servion, P. Pastoris, P. Falquet, Jo. Bocardi, Jo. Guilliocti, P. Manget, Jo. Marlioz, Jo. Velluti, Jo. de Ulmo, Jo. Montagnerii, P. de Tatres, Jo. Jacobi, Grassi, A. de Cresto, hospes Crucis Albe, Ny. Gentilis, (G. Vincencii), Pantillion, G. Parvi, Ja. Cochet, A. Villieti.

(*Sindici nunc creati.*) — Fuerunt creati syndici et procuratores hujus civitatis Gebenn., emissis vocibus ut moris est, nobiles et egregii Gladius Gavid, Petrus Levrerii, Percivallus Peyrolerii et Johannes Janini. Qui Gavid et Janini solitum in manibus n. P. Versonnex prestiterunt juramentum. Et equidem Perci. Peyrolerii, in aula consilii sumpto prandio.

(*Potestas impartita consilio ordinario et L seu LX eligendis.*) — Quia in omnibus bene agere et in nullo penitus errare divinitatis potius est quam humanitatis, utque respublica decencius et honestius regatur et gubernetur, exposuerunt nobiles Petrus Versonnex, Petrus Braseti, Johannes de Fernex et Henricus de Nanto, syndici civitatis, organo tamen n. Petri de Versonnex, fore laude dignum si omnibus videatur acceptum quod consilium ordinarium habeat eligere quinquaginta aut lx probos homines fide dignos, virtutibus et rerum experientia illustratos, videlicet unum aut duos, tres aut quatuor de qualibet desineria civitatis, pro negociis ipsius arduis impresenciarum et in tempore occurrentibus tractandis, qui prius super sacro canone jurabunt consilii ordinarii secreta secreta tenere et sua fidelia consilia secundum occurrencias et casus exigencias prestare, ut, peritorum consilio, et civitas et inhabitantes ab omnibus thueantur adversis, quoniam nichil dignius nichilque magnificencius ad bene beateque vivendum quam reipublice bono vacare, nostrorum majorum vestigia insequendo. Quiquidem quinquaginta seu lx, juncto consilio ordinario, de quibuscunque negociis civitatis et reipublice tractare, disponere, ordinare et terminare possint et debeant, prout eisdem eque et rationabiliter fiendum videbitur. Et, tociens quociens per consilium ordinarium ad consilium fuerint evocati, omnibus rebus et negociis propriis post terga rejectis, venire debeant. Quibus consilium generale id faciendi plenam et omnimodam conferre habeat potestatem, unde super hiis unusquisque suam debeat reserare voluntatem. Quo audito, omnes supranominati,

nemineque discrepante, n. sindicorum annuerunt votis, dicentes premissa fore fienda, et absolute consenciant quod quinquaginta seu lx eligantur pro honore et reipublice utilitate. Quibus, unacum consilio ordinario, quecumque negocia civitati pertinencia tractandi, ordinandi, discussiendi, arbitrandi et fine debito terminandi, ac alia circa hec neccessaria cum dependenciis universis faciendi licenciam, auctoritatem et omnimodam facultatem et potestatem dant, donant, largiuntur et concedunt, negociaque et res per eosdem quinquaginta seu lx et consilium ordinarium geste et gesta tante sint efficacie et virtutis, tantamque roboris firmitatem obtineant quantam si forent per consilium generale geste, ordinate et facte, ordinataque gesta et facta. Sic quod omnia, Deo duce, prospero claudantur fine. Quia cujus finis bonus est, ipsum quoque bonum est.

(*Juramenta.*) — Egregius Petrus Levrerii, consindicus, die vij hujus februarii, solitum prestitit juramentum. — Jo. Turci et L. Montyonis solita eodem die prestiterunt juramenta:

(14) *Martis viij februarii.* — Syndici : G. Gavid, Perci. Peyrolerii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, P. Braseti, Jo. Fernex, H. de Nanto, P. Orsieres, G. Prepositi, G. Rogeti, A. Pecolat, Jo. Bueti, G. de Borjali, G. de Vaudo, P. de Maludumo, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, (A.) [Ja.] Paquet, Ro. Nycolay, Jo. Grossi, A. Lyonardi, H. de Boulo; M. Lingocti absens, Jo. de Pesmes absens.

Consiliarii suprascripti :

(*A. Pecolat; Ro. Nycolay.*) — Committitur visitacio piscium R. Nycolay et A. Pecolat, presentibus et acceptantibus.

Expeditur cc carroni magistro hospicii Cordon, quos solvat thesaurario.

Facto sermone de Michaele Lyonardi, portitore Domus consilii, fuit conclusum quod ipse suo in esse maneat, et confirmando ratificant gesta per olim syndicos facta.

(*Receptor.*) — Receptor generalis, nobilis Johannes Turci.

(*Secretarius.*) — Et Ludovycus Montyonis secretarius.

(*Portitor.*) — Michael Lyonardi, vigil, portitor consilii, solitum prestitit juramentum, sub stipendiis assuetis.

Jovis x^a februarii. — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, G. Rogeti, P. Braseti, Ro. Nycolay, G. de Vaudo, A. Lyonardi, A. Pecolat, Ja. Paquet, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, P. de Maludumo, H. de Boulo.

Desinerii et electi ¹.

In carreria Macelli : Girardus de Vaudo; — N. Lestelli, Jo. Velluti.
In carreria Sancti Christophori : Fontaneys; — S. Byollesii, Jo. de Lyon.

In carreria de Boulo : Guiliermus de Boulo; — S. Bachodi, Byollesii monetarius.

In carreria Puthei Sancti Leodegarii : Ny. Gantini; — Porrallis, Fusserii.

In carreria Turris Bodelli : Jo. Blanchardi; — L. Pertemps, Christinus Tombeti.

In carreria Perroni : Johannes de Paris; — Jo. Balli, Ny. du Villard.

In carreria Porte Castri : A. pocterus; — H. Pichon, H. Grueti.

In carreria Sancti Anthonii : S. Arnaudi; — Jo. Frochet, Grassie.

In carreria Civitatis : S. Bonijohannis; — Jo. de Fontana, Anzo pelliarius.

In carreria Pelliparie : F. Morens; — C. Chicandi, G. Thaurens.

In carreria Magdalenes : P. Laurencii; — Navilli, Matheus Chaudiot.

In carreria Domus ville : P. Macheret; — Jo. Ballieti, Morelli.

(15) In carreria Bolongerie : Ludovycus Dubie; — P. Poterelli, G. Velluti.

In Burgoforis a porta Castri usque ad domum d. Theobaldi de Saconex : Franciscus serrallionus; — Ja. apothecarius, Jo. Sept.

In carreria H. Bolardi : Ny. Mahuet; — H. Bolardi, A. Coppeti.

In Fusteria : Guiliermus Desieres; — G. Rolandi, G. Soquerii.

In carreria Ripparie a domo Amedei Gule usque ad domum Dominici Salaz : Guiliermus Curt; — H. Ferra, A. Gule.

In Longamala usque ad portam ville : Mantillion; — Cergat, hospes † Albe.

¹ Le premier des noms de chaque dizaine est celui du dizenier, les deux autres ceux des membres du conseil des Cinquante.

In carreria Pontis Rodani usque ad Fusteriam : Franciscus Desieres; — Nemore, Lulini.

In carreria Pontis Rodani : Arnollet; — Colinus Colini, Satignie.

In carreria Ripparie superius usque ad domum Paqueti : Ro. Nycolay; — Jo. de Mara, Jo. Donzelli.

In Sancto Gervasio : Andreas Gervex et P. Magnini.

In carreria Peysonerie : Ja. Nepotis; — Ly. Boitet, P. Byollesii hospes.

In carreria Peysonerie superius et inferius : Millanoys; — P. de Mara, Ny. Gentillis.

In carreria Ripparie a parte Lacus : Anzo Hugonis; — P. de Fernex, L. Lestelley.

In carreria Ripparie a domo Martini Bellocti usque ad ecclesiam Domine Nostre : de Verrussis; — P. Johannes Bruni, L. Neyrodi.

Inherendo conclusioni novissime facte in consilio generali in claustro Sancti Petri Gebenn. tento et celebrato, die Dominico sexta hujus februarii, nobiles syndici supranominatos omnes ad consilium evocari fecerunt. Qui, antequam ad aliqualem verborum prolacionem per dictos n. syndicos factam, super sacro canone juraverunt id quod dictum erit in consilio secreta tenere et nemini pandere. Et, post dicta per ipsos et quemlibet ipsorum prestita juramenta, exposuerunt: primo, quomodo, hiis diebus non longe effluxis, ducalis celsitudinis officarii juridicionem r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis usurpare voluerunt, falcem in messem alienam imponere volentes, civitatemque suis libertatibus et franchesiis privare velle nixi sunt et impresenciarum nituntur in personas duorum in castro Insule, suis causantibus criminibus detentorum, juridicionem exercere, quod in non modicum juridicionis dicti r. episcopi prejudicium redundare videtur. Pro cujus juridicionis preservacione, libertatumque et franchesiarum thucionem, nobiles olim syndici et consulares, ut omnibus fere notum est, graves ymo fere intollerabiles die noctuque sumpsere labores; quibus mediantibus, obviaverunt peritorum consilio quod hucusque juridicio, libertates et franchises suo in esse et illese remanserunt. Et, quia consiliariorum stipendia adeo sunt exigua quod quodocunque, obstante consiliariorum ausencia, res ardue remanent imperfecte et indiscusse, melius profecto et laudabilius civitatis negocia tractarentur si sua in aliquo augerentur stipendia, ut unicuique singulis diebus Veneris ebdomade unus grossus monete daretur, prout

eisdem datur et distribuitur diebus Martis septimane; eciam omnibus desineriis et electis suprascriptis, dum et quando ad consilium pro negociis civitatis evocabuntur, unus grossus solvatur per civitatis receptorem seu thesaurarium, quod, rationibus predictis actentis, parum est. — 2° vero exposuerunt: an bonum sit et utile gabellam vini et salis admodiare et ad firmam tradere aut civitatis parte exigere per deputandos quos nunc eligere debeant. — Et 3°, computorum auditores. Unde de hiis tribus unusquisque sui cordis archana velit reserare. Quibus omnes supranominati, nemineque discrepante, dixerunt esse equitati consonum quod grossus unus, modo et forma superius declaratis, solvatur et distribuatur, et in hoc expresse consenciant. Secundo, majorem opinionem consilii insequendo, fuit conclusum quod gabella vini et salis exigatur sumptibus civitatis per Pecolat et Roletum Nycolay. — (*Auditores computorum*). — Tercio, fuit conclusum quod egregio P. Braseti, Jo. Janini, H. Fontaneys et Johannes Bernardi videant recepta et librata per thesaurarium facta, et ex nunc computorum auditores deputentur, de quorum probitatibus et industriis plene confidunt, cum nedum in hiis sed longe majoribus sint experti, vacare hoc ideo velint, ut omnia recto tramite regantur.

Veneris xja februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, P. Versonnex, P. Braset, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Grossi, (A.) [Ja.] Paquet, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, H. de Boulo, G. de Vaudo, G. Prepositi, Jo. Bueti, P. de Maludumo.

De nanto de Gergonant, procedatur via juris contra illum qui edificavit.

(16) (*Pertemps.*) — Solvat Pertemps gabellam, recusacione per ipsum facta non obstante.

Visitetur locus Arve ne graviora succedant.

(*De conductu Molaris.*) — Facto sermone de conductu Molaris, fuit conclusum, ne res imperfecta remaneat, quod id quod superest et residuum fiat sumptibus civitatis, inherendo conclusioni jam facte.

(*A. Pecolat; Ro. Nycolay.*) — Exigatur gabella vini et salis parte civitatis per Anthonium Pecolat et Roletum Nycolay, sub stipendiis ad Martis proximam per ipsos declarandis. Qui nunc vini et salis gabelle exactores deputantur.

Martis decima va februarii. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Roget, Jo. Fernex, P. Orsieres, Jo. Grossi, Ro. Nycolay, A. Pecolat, A. Lyonardi, Jo. Bueti, Ja. Paquet, Jo. Nergaz, G. de Vaudo, H. de Nanto, Jo. Malliardi, H. de Boulo, G. Prepositi, P. de Maludumo.

(*Commissio facta egregio P. Levrerii, procuratori fiscali et consindico.*) — Qua die fuit tentum consilium in domo Fratrum Minorum Rippe. Et, viso rotulo per Johannem Magnini exhibito, committitur egregio P. Levrerii, procuratori fiscali, quod super hiis que scribuntur in eodem provideat.

De revendentibus cepas, de quibus conqueritur n. Petrus de Fernex, removeantur de loco solito et in plathea Molaris reponantur aut ante domum ipsius vendant et revendant.

(*Servetur franchisesia.*) — De lapidibus Areris, servetur franchisesia, nec quisquam in enervacionem franchie presumat capere.

(*Aleca.*) — Comburantur aleca putrida et nullius valoris, ut ceteris cedat in exemplum.

Detur unus grossus Jacobo de Muro in consilio existente, pro hac vice duntaxat.

(*A. Pecolat; Ro. Nycolay.*) — De gabella exigenda facto sermone, fuit conclusum quod Roletus Nycolay et Anthonius Pecolat vini et salis gabellam exigere et recuperare debeant. Pro quorum stipendiis, unicuique detur quaterviginti floreni auri parvi ponderis. Quiquidem Anthonius Pecolat et Roletus Nycolay promiserunt et juraverunt super sacro canone dictam gabellam vini et salis bene, legaliter et probe exigere et recuperare, nec quemquam pretextu exactionis opprimere, deque exactis et recuperatis bonum computum et legitimam rationem reddere in manibus n. sindicorum, seu thesaurarii et receptoris emolumentorum civitatis qui nunc est et qui pro tempore fuerit, condicione tamen adjuncta quod, si pestis et mortalitas, quod Deus advertat, vigerent hoc anno durante, supersedere debeant in exactione gabelle et superseatur quousque tempus convaluerit, quoniam corpus cunctis terreriis preferitur diviciis.

De Areneriis, videantur albergamenta et visis provideatur, et evocentur thenementarii possessionum ad Veneris, et fiat torna sumptibus civitatis, et unusquisque econtra suam possessionem edificium tale

facere teneatur ob aque impetuositatem quod particulares non paciantur jacturam. — (*Ad Veneris.*)

(*De predicatore.*) — De predicatore, ut melius Deo et reipublice serviat et servire possit eciam et studio vacare, detur eidem centum fassine nemoris cum quatuor libris candelarum.

De differencia existente inter Roletum Nycolay et magistrum Hugonem Boulardi, ipse partes promictunt et jurant stare ordinacioni consilii, et ex nunc renunciant liti et cause. Et appunctuentur summarie ad Veneris proximam. — (*Ad Veneris.*)

(*Commissio facta thesaurario.*) — De decem florenis debitis per Vincencium Caudi confratrie Heucaristie Christi, commictitur thesaurario quod loquatur n. Guacte que emit domum dicti Caudi super qua ypothecati sunt.

De domibus ubi sunt ludi publici, expellantur et via juris contra lusores procedatur.

Visitetur turnia per n. syndicos.

(17) *Veneris xvij februarii.* — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, Ja. Paquet, Jo. Malliardi, P. Versonnex, P. Orsieres, H. de Nanto, A. Pecolat, H. de Boulo, G. de Vaudo, P. de Maludumo, Jo. Bueti, G. Prepositi, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Jo. Fernex.

Visitetur Arva per H. de Nanto et Jo. Turci, thesaurarium civitatis, juncto magistro Quibleti, operario.

(*De Bessonet.*) — De Bessonet, fiat mandatum de somma in rotulo per A. Pecolat signato descripta, si vult, vij^{xx} ff.

De carreria Peyssonerie et scannis noviter factis, videantur scripta, et visa provideatur.

(*Domine Sancte Clare.*) — Quia in omni negocio divinum invocandum est auxilium, ideo ut ferventius d. Sancte Clare apud Deum pias dignentur fondere preces, largitur centum fassine nemoris et centum alleca.

(*Ro. Nycolay et Boulardi.*) — Quia in differencia existente inter Ro. Nycolay et H. Boulardi, ipse partes promiserunt stare ordinacioni consilii, ideo pronunciaverunt quod ipse Hugo, actenta confessione per ipsum facta, qui fatetur posiciones dicti Roleti in causa coram d. offi-

ciali pendente fore veras, teneatur petere veniam dicto Roletto et solvere expensas occasione injurie per ipsum Boulardi in personam dicti Roleti illate. Quod et fecit dictus Boulardi. Et, hiis mediantibus, sit verus amor etc. Et una pars alteri et econtra remictit injuriam, etc. Presentibus quibus supra.

(*Testimoniales.*) — Egregius Lambert conqueritur de Richardet juniore, qui eundem hodierna die morti tradere voluit, et ea notificat n. sindicis et consilio, et testimoniales, que decernuntur. Et sumantur informaciones per egregium procuratorem fiscalem super premissis.

Disputetur materia licterarum civitatis presentibus P. Levrierii et Peyrolerii, quibus datur commissio disputari faciendi, et habeant refferre ad Martis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Quibleti de somma in rotulo descripta, xij ff. vj g. j d.

Martis xxij februarii. — Sindici : P. Levrierii, Perci. Peyrolerii, Jo. Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonex, H. de Nanto, G. Roget, P. Orsieres, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, G. de Borjali, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, A. Pecolat, Jo. Grossi, G. Prepositi.

(*Quibleti.*) — Facto sermone de magistro Quibleti, carpentatore, fuit conclusum quod pro singula jornada qua vacare contingerit pro negociis civitatis, presertim reedificando turnam de qua supra extitit facta mencio, detur eidem tres solidos et equidem unicuique suorum servitorum.

Refficiatur rotulus magistri Jacobi, carpentatoris, et juret contenta in eodem fore vera si vult, morem et ratum majorum nostrorum in consilio existencium insequendo.

Thenementarii possessionum de feudo civitatis movencium se reperire habeant hora prima post meridiem cum de Nanto et Jo. Turci, pro reparacionibus in loco Arve neccessariis fiendis. Et dictis de Nanto et Turci impartitur licencia fieri faciendi neccessaria.

(*D. Lausanensis.*) — Dentur due amphore, una ypocrati et alia malvatici, r. d. Lausanensi pro reipublice bono.

Veneris xxv februarii. — Quatuor syndici; — s. d. Franciscus, P.

Versonnex, Jo. Fernex, P. Orsieres, G. Roget, Grossi, Ro. Nycolay, H. de Nanto, Pecolacti, de Malodumo, (A. Pecolat), Ja. Paquet, Jo. Malliardi, Jo. Bueti, Boulo, Vaudo, de Borjali, A. Lyonardi.

(18) Visitetur locus carronerie et visitato provideatur; equidem pons prope ecclesiam Sancti Gervasii per n. syndicos.

Visitetur terrale factum per Frochet. Si cadat in prejudicium reipublice, refficiat.

Audita relacione per Jacobum Quibleti et M. Rolandi et Stephanum, borserium, facta de Areneriis et aqua Arve, fuit conclusum ut omnes thenementarii possessionum in rotulo nominati se reperire debeant hora 2^a post meridiem in aula Domus consilii. Quo tunc pro reparacionibus fiendis totalis fiat conclusio.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Hugonini Machon, de Poulie, patisserius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro et mediantibus videlicet viij ff.

(*Thenementarii possessionum Areris.*) — Existentibus, hora secunda post meridiem, n. sindicis Gavid et Janini, consindicis, in aula Domus consilii, supervenerunt Amedeus Mag[n]az, Amedeus Danelli, Johannes Borsalis, m. Stephanus borserius, Jo. Grossi, Johannes Navetaz, Jana relicta Francisci Patri, Glaudius Troc, Cugniet et Glaudius Chardon, thenementarii possessionum flumini Areris coadherencium et prope existencium. Qui, interrogati prius per dictos syndicos si facere velint tur[n]as et fichias validas econtra suas possessiones, juxta tenorem albergamentorum, responderunt easdem turnas facere velle et edificia valida, tenorem suorum instrumentorum insequendo, sic quod horum deffectu aqua Areris nemini detrimentum inferre poterit, rejectis Cugnet et Chardon qui dicunt ad premissa non teneri. Contra quos procedatur via juris.

(*Paqueti.*) — Honorabilis Jacobus Paqueti fuit laudatus de quadam pecia terre per ipsum empte a Johanneta Briandi et Johanne ejus filio, pro et mediantibus xv g.

(*Paquet.*) — Fuit supradicto Paquet factum laudimium de quadam pecia terre, constante instrumento per quondam de Crosa recepto, quod gratis datum est, inherentes ordinacioni facte die ultima octobris. m^o quatercentesimo nonagesimo septimo¹.

¹ R. G., t. V, p. 413.

(*Ravaz. — Testimoniales. †.*) — Sabacti xxvj^a februarii, inter septimanam et octavam horas noctis, magnificus miles dominus Ludovycus de Talliandis, armorum ducalis capitaneus et dominus Sancti Ylarii, denunciavit criminaliter contra Petrum Ravaz, in franchesiis conventus Fratrum Minorum impresenciarum existentem, suis causantibus criminibus per eundem, ut fertur, perpetratis. N. syndici supranominati hujus inclite civitatis, ut securius ipse Petrus custodiatur, in camera qua est incarcerari fecerunt. Sed antequam, r. fratrem Nycolaum, sacre pagine doctorem dictique conventus gardianum, alloquuti sunt, dicentes quod, per ea que faciunt, non intendunt derogare franchesiis ecclesie, nec quicquam in enervacionem facere; et si debeat gaudere immunitate, gaudebit, sinautem pro justicie debito extrahetur. Et de hiis testimoniales; presentibus n. P. Versonnex, Pecolat, Paquet et pluribus aliis.

Lune ultima februarii. — Sindici quatuor; — s. Glaudius Grossi, s. R. Conodi, s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Bueti, H. de Boulo, G. de Vaudo, Jo. Turci, P. de Maludumo, H. de Nanto.

(*De Petro Ravaz. — Declaracio quod gaudeat immunitate franchisesie conventus Rippe.*) — Existentibus supranominatis in consilio Fratrum Minorum Rippe die suprascripta tento et celebrato, fuit factus sermo de Petro Ravaz in franchesiis suis causantibus criminibus per eundem commissis et perpetratis et in eodem conventu existente et detento ad instanciam et prosequucionem magnifici militis domini Ludovyci de Talliandis, armorum ducalis capitanei et domini Sancti Ylarii, qui contra eundem criminaliter denunciavit. Et, post plura verba inter prenominatos s. doctores, n. syndicos et consulares habita, visa prius et perlecta denunciacione contra ipsum Petrum per prenomiatum strenuum militem facta, qua non obstante, fuit dictum et conclusum quod eidem fiat responsio quod, alio non apparente, nulla subest justa causa ob quam dictus Petrus immunitate et franchisesie ecclesie gaudere non debeat, consilium jurisperitorum insequendo. Unde, si dicti militis opinio in contrariam declinet sentenciam, consulat peritos et casus decisionem n. sindicis afferat ut unicuique justicia ministretur, caucionemque de juri stando super dampnis, injuria et interesse dicti Petri, in casum in quem injuste detineretur et suam contra eundem non

posset justificare intencionem, ydoneam prestare cautionem teneatur juxta franchiesiarum civitatis tenorem, et expensas occasione ipsius detencionis factas et fiendas solvere. Fuitque dictum et conclusum quod ea que fecerunt n. sindici ad causam detencionis ipsius tramacte recto fuere gesta, riteque et recte, pro jurisdictione r. d. Gebenn. episcopi et principis manutenenda, libertatum et franchiesiarum civitatis inclite preservacione et thuicione, zeloque justicie cui locus deesse nunquam debet. Et, paulo post premissa, omnibus adhuc in consilio existentibus, supervenit prenominatus miles, cui n. sindici, organo n. Gladii Gavit, premissa explicaverunt. Qui, auditis per nobiles syndicos dictis et propositis, respondit quod incendiarius voluntarius immunitate non debet gaudere, sed hunc casum discuti faciet et discusso n. sindicis tradet visitandum; et ydoneam cautionem, modo per eosdem syndicos petito, ut brevius poterit prestabit. Et nichil aliud pro tunc fuit conclusum.

Martis prima marcii. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Orsieres, G. Roget, H. de Nanto, Ro. Nycolay, Boulo, Vaudo, A. Lyonardi, G. de Borjali, A. Pecolat, Jo. Nergaz, de Malodumo, A. [Ja.] Paquet, Jo. Bueti, Jo. Grossi.

(19) (*Admodiatio.*) — Fuit admodiata plathea ante portam Sancti Anthonii Johanni Frochet, excofferio, per unum annum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, precio octo solidorum solvendorum secundum bonos usus, cum clausulis opportunis, etc.

(*Admodiatio.*) — Fuit admodiata honesto Petro Perrodi, civi Gebenn., gollia(m) seu terrale Aque Viridis, per spacium unius anni hodie incohandi et simili die finiendi etc., precio sex solidorum solvendorum secundum bonos usus, etc., cum clausulis opportunis.

(*Burgensis.*) — Franciscus Cartellerii, filius quondam Anthonii Cartellerii, de Burgo in Breyssia, fuit creatus burgensis pro et mediantibus xij ff. vj g.

(*Solvat.*) — Solvat Songeys gabellam, actento quod Byollesii expresse negat onus pro eodem assumpsisse.

Facto sermone de Petro Ravaz in franchiesiis existente, fuit conclusum quod expectetur responsio n. Gavid et Peyrolerii, destinatum ad illu. d. Bastardum, et audita, maturo cum consilio deliberetur, ne graviora succedant.

(*De Pillison.*) — Intercedere habeat P. Berthellerii erga illu. d. bastardum Sabaudie, aut quis alius, ut Pillisonus in pace dimictatur nec per prepositum marescallorum inquietetur, et dignetur materiam hanc amplecti.

Veneris quarta marcii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini.

De Aqua Viridis visitetur locus et visitato provideatur, et interim proclametur ne quisquam presumat res inhonestas et mali odoris prohibere sub pena lx solidorum.

(*Peyrolerii.* — *Recedit Bastardus infamis a curia ducis.*) — Quia illustris d. Bastardus est recessurus, fortuna concedente sinistra, fuit conclusum, post plura verba inibi habita, quod n. Percivallus Peyrolerii, consindicus, ad eundem accedere debeat, ipsum regraciando de bonis civitati impensis, et de suo recessu condolent sindici et civitas omnis, et quamdiu viverit semper erunt sui humilimi servitores, prout retroactis temporibus experientia dedit fidem.

(*Testimoniales.*) — Johannes Franquet asserit admodiasse domum quandam sitam in carreria Sancti Leodegarii spacium trium annorum. Sed, quia illam amplius tenere non vult, exhibet pecunias salarii domus quas eidem presentavit et illas recipere recusavit; de quibus petit licteras testimoniales. Et, hiis actentis, fuit ordinatum dictum Franquet non esse compellendum ad eandem domum tenendam neque locandam, civitatis tamen franchesia servata, absente Poujalis.

(*Soquerii.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jo. Socquerii, fusterio, videlicet viginti florenos in deductionem fuste per ipsum pro reparacione scole librate.

(*De detento Rava.*) — De Petro Ravaz detento facto sermone, fuit conclusum quod expectetur usque ad Lune, contemplacione illu. d. nostri Sabaudie ducis, et protestetur contra strenuum militem Ludovycum de Talliandis, qui eundem capi fecit, de dampnis, interesse et expensis, etc. Et petantur testimoniales.

(*Testimoniales.* — *Rava custoditur in conventu Rippe a preposito marescallorum et a certis archeriis ducis, contra franchiesias civitatis.*) — Actenta denunciacione criminali per strenuum militem dominum Sancti Ylarii Ludovycum de Talliandis contra Petrum Ravaz facta, n. sindici, ipso strenuo milite instante, ad conventum Fratrum Minorum, Sabbacti

xxvj february inter septimam et octavam horas de nocte, ivverunt et dictum Petrum in quadam camera reperierunt, necnon prepositum marescalorum ducalis celsitudinis, procuratorem fiscalem et nonnullos archeros qui eundem custodiebant. Supranominati, videntes nobiles syndicos cameram ipsam intrare, ab eadem recesserunt, n. sindicis, dicto Petro et quibusdam aliis in eadem camera relictis. De quibus dantur testimoniales.

Consilarii : s. d. Fran. de Veyriaco, Roget, Grossi, Pecolat, Bueti, Orsieres, Nanto, Boulo, Vaudo, de Malodumo, Paquet, (Grossi,) Prepositi, de Borjali, Fernex, Lyonardi.

Dentur predicatori iij^{or} libre candelarum et solvat thesaurarius.

(*Predicatori.*) — Solvat thesaurarius convivium seu prandium factum fratri predicatori per nobiles syndicos modernos ut, Deo duce et dicti fratris juvamine, civitatis libertates remaneant illese.

(20) *Martis viij marcii.* — Quatuor syndici : — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, Jo. Fernex, G. Roget, H. de Nanto, A. Pecolat, Jo. Bueti, H. de Boulo, G. de Vaudo, A. Lyonardi, G. Prepositi, de Malodumo, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, de Borjali, Jo. Grossi, Jo. Malliardi.

(*De P. Ravaz.*) — De Petro Ravaz, de quo fuit jam pluries factus sermo, fuit conclusum quod nobiles syndici loquantur illu. domino nostro Sabaudie duci.

(*Porta domus Mandallaz.*) — Cancelletur porta facta in domo n. Mandalaz, illu. domini Bastardi contemplacione, et ad pristinum statum reducatur.

(*De Daguini.*) — Querimonia audita per Daguini facta, fuit conclusum quod admodiatio suo in esse remaneat nec quicquam detrahatur. Sed fiat eidem responsio quod, si exactoribus gabelle serviat, pro pena et laboribus per ipsum suscipiendis, condigna eidem fiet satisfacio.

(*Ordinacio.*) — Ordinaverunt n. P. Versonnex et P. Levrerii, consindicus, super differentia existente inter Petrum Mercerii, macellarium, hinc, et alios macellarios in admodiacione specificce nominatos inde, videlicet quod dictus Mercerii teneatur dare et solvere aliis macellariis firmariis octo florenos auri parvi ponderis, pro scanno quod tenet in plathea Longuemale. Et ydoneam de satisfaciendo eisdem ipse Mercerii prestare teneatur caucionem, hinc ad Dominicam Ramisparmarum. Et, hiis mediantibus, sit bona pax perpetuo duratura, etc.

(*Visitacio picturarum.*) — Egregii Johannes Janini et A. Pecolat, necnon Jacobus Sapiensis et Guiliermus Curti visitare debeant omnia per magistrum Hugonem Boulardi facta pro civitate, et visa refferre juxta consciencias prout unusquisque ipsorum juravit, ut unicuique quod suum est tribuatur.

Veneris xja marcii. — Quatuor syndici; — s. d. Franciscus de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Orsieres, P. Versonnex, G. Prepositi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, Jo. Grossi, G. Roget, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Vaudo, Boulo, G. de Borjali, Jo. Bueti.

(*De Michaele Lyonardi.*) — Facto sermone de Michaele Lyonardi, fuit conclusum quod diebus Martis ebdomade habeat unum grossum et non diebus Veneris.

De macellariis, ne res in suspenso remaneat et civitas detrimentum paciatur, evocentur ad Lune.

Visitetur terrale factum super communia Palacii.

(*De Petro Ravaz.*) — De Petro Ravaz, visis licteris missivis directivis, una illu. d. bastardo Sabaudie et alia strenuo militi Ludovyco de Taliandis, fuit conclusum quod n. syndici accedere debeant ad sublime consilium ducalis celsitudinis cum licteris missivis, ut videant, responsione audita, quid inde sint facturi.

(*De Charvet. Sindici protestantur de ruyna domus sue.*) — Protestati sunt n. syndici contra Stephanum Charvet, conjunctorio nomine sue uxoris videlicet Thomassie, de dampnis, injuria et interesse casu quo domus que fuit Anthonii Fabri in ruynam caderet. Et eidem Charvet injunxit egregius Levrerii, consindicus et procurator fiscalis, sub penis xxv librarum Gebenn., ut ipsam domum reedificare habeat infra octo dies a data presencium incohandos.

(*De Ludovico et Glaudio leprosis.*) — Fertur publice Ludovicum, marescallum, in Burgoforis commorantem, et Gladium, moram trahentem in Prato r. d. Episcopi, esse lepra infectos. Ideo fuit conclusum quod hii duo visitentur.

Dentur gattelleti dominabus Sancte Clare et patisserii a ceptis desistant.

(21) *Die xij mensis marcii.* — Syndici : Gavid, Peyrolerii, Janini, in

domo Fratrum Minorum; — Fernex, Jo.[Ja.] Paquet, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, P. de Maludumo, A. Pecolat.

(*De Petro Rava alloquantur syndici ducem.*) — Inherendo conclusioni novissime in consilio ordinario facte, nobiles syndici illustrissimum dominum nostrum Sabaudie ducem alloquuti sunt de Petro Ravaz in franchisesiis existente. Quibus, post plura verba, extitit facta responsio: quod illum tute custodire habeant, et imbrevis contra eundem habebunt sufficientes informaciones, et quod Ludovycus de Talliandis solvet expensas occasione detencionis factas. Et, responsione per illu. d. ducem Sabaudie n. syndicis facta et audita, fuit conclusum quod, contemplacione dicti illu. d. Sabaudie ducis ipse Petrus Ravaz custodiatur, votis suis obtemperare volentes.

S. d. Franciscus de Veyriaco, G. Prepositi, A. Lyonardi, Jo. Bueti, G. de Vaudo, Ja. Paquet, de Maludumo.

(*De Petro Ravaz.*) — Eadem die et in quorum supra presencia, nobiles consindici supranominati, in aula consilii Domus civitatis existentes, exposuerunt, organo n. Glaudii Gavid, consindici, quomodo procurator Burdinus fiscalis ducalis celsitudinis narravit interfuisse in sublimi cum d. celsitudine residente consilio. In quo, visis prius duabus licteris missivis de quibus supra extitit facta mentio, extitit conclusum Petrum Ravaz a franchisesiis ecclesie Fratrum Minorum extrahi debere et eundem ad castrum Insule conduci. Quo audito, volentes n. syndici, prout et tenentur, juridicionem re. d. nostri Gebenn. episcopi et principis conservare, ad reverendum d. Johannem Orioli, sedis episcopalis Gebenn. vicarium, accesserunt. Cui premissa de verbo ad verbum explicaverunt in ecclesia Sancti Petri Gebenn. et in choro ejusdem, prout ipsi n. syndici refferunt. Eundemque exoraverunt ut sue voluntatis esset procuratorem suum fiscalem seu patrimoniale ad ecclesiam Fratrum Minorum destinare, in qua dictus Ravaz impresenciarum mancipatus detinetur, ut, si vi, violenter et de facto ducalis celsitudinis officarii a franchisesiis ipsum Ravaz extrahant et extrahere nitantur, pro juridicione manutenenda libertatumque et franchisesiarum preservacione, licteras testimoniales accipere debeat, cum non per eosdem stat nec stetit quominus juridicio illesa remaneat. Et, hiis dictis, vocibus prius per unumquemque emissis, majorem oppinionem sectando, fuit conclusum quod, actenta

vehementi diligencia per n. syndicos tam erga illustrissimum d. ducem quam erga predictum r. d. Orioly facta super hiis, ipse r. vicarius seu magnificum episcopale consilium habeant providere, cum omnibus notum sit civitatis potencia[m] tam excelsi principis potencie prevalere non posse.

(*Omissio lictere testimonialis necessaria.*) — Et, quia lictera testimonialis quam dictus Burdinus n. syndicis dare asseruit pocius posset obesse quam prodesse, ideo absolute fuit conclusum quod obmictatur, nec se reperire debeant n. syndici in castro Insule cum preposito marescallorum et procuratore fiscali ducalis celsitudinis, si contingat per eosdem processum criminalem contra eundem Ravaz formare, ne graviora succedant quibus obviare phas est.

Martis xv^a marcii. — Syndici: Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, Jo. Fernex, H. de Nanto, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Boulo, Vaudo, A. Lyonardi, G. Prepositi, Ja. Paquet, Jo. Malliardi, de Borjali, de Maludumo, G. Roget.

(*Pillison.*) — Visa supplicacione parte Pillison exhibita, fuit conclusum, actento quod supplicata veritate carent, quod n. syndici nec consilium se habeant intromictere, nec solitacionem pro eodem facere, sed loquatur Bueti, si velit, non civitatis parte sed suo nomine. Inherendo majori oppinioni, fuit conclusum quod nichil detur Gringaud, olim vigilli.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum forrerio civitatis a die vij^a augusti anni proxime fluxi usque in diem vij hujus martii anni presentis. — (*Levatum.*)

(*Vigilibus qui custodierunt P. Ravaz in conventu Rippe.*) — Detur sex vigilibus, pro pena et labore quos habuerunt in custodiendo Petrum Ravaz in franchisesiis ecclesie Fratrum Minorum existentem, cuilibet unus grossus pro quolibet die quo excubias fecerunt¹.

Veneris xvij marcii. — Syndici: Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, P. Orsieres, H. de Nanto, Jo. [Ja.] Paqueti, Ro. Nycolay, (Jo. Paquet,) de Borjalli, Jo. Bueti,

¹ Mandat du 18 mars, Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

G. Rogeti, A. Lyonardi, A. Pecolat, de Maludumo, G. de Vaudo, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz.

(22) (*Vitree pontis Rodani.*) — Fiant duo verrerie in cappella hospitalis Sancti Jacobi pontis Rodani, et easdem solvat thesaurarius.

(*De porta Trium Regum.*) — De porta existente in domo Trium Regum, de qua loquutum fuit n. P. de Versonex, fuit conclusum quod visitetur, et visitata refferant.

(*Hospitale.*) — Viso memoriali dato super indulgenciis hospitalis hujus inclite civitatis, fuit conclusum quod nichil fiat, sed hospitale maneat in suo esse, cum ampliores hospitale habeat indulgencias.

(*Burgensis.*) — Martinus filius Petri Bactu, de Mora, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Benedicti Proti, de Burgo in Breyssia, parrochie Sancti Gervasii, excofferius, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Peytremendus filius quondam Guilliemi Benaz, de Thononio, condurerius, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Johanni Coytouz, pro causis in rotulo descriptis, videlicet vj ff. iij gr. ¹ — (*Levatum.*)

Martis xxij^a marcii. — Sindici quatuor; — consilarii: s. d. Fran. Vincencii, P. Versonnex, Jo. Fernex, Jo. Bueti, P. Orsieres, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, H. de Boulo, Girardus de Vaudo, G. Roget castellanus civitatis, P. de Maludumo, G. de Borjali, G. Prepositi, A. Lyonardi, Ja. Paquet.

(*Carroneria.*) — De quarronerio, servetur admodiatio, supplicacione per ipsum facta non obstante.

De macellariis, loquantur n. sindici r. d. Jo. Orioly.

Detur r. fratri predicatori ordinis Fratrum Minorum, videlicet xxx testoni.

(*Custodes de Ravaz.*) — Visa supplicacione per Petrum Tornerii exhibita, fuit conclusum quod detur unicuique sociorum qui excubias fecerunt in custodiendo Petrum Ravaz, videlicet unus grossus.

¹ Compte et mandat, Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

Veneris Sancta, non fuit consilium celebratum ob misterium Christi passionis.

Martis xxix^a marcii. — Sindici: Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Orsieres, Jo. Malliardi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, P. de Maludumo, Boulo, Vaudo, Jo. Nergaz, G. Roget, H. de Nanto, Jo. Grossi.

Visitetur edificium noviter factum per Pensabini, ne cadat in prejudicium reipublice.

De Naty et Francisco Villaris facto sermone, fuit conclusum quod contra eosdem sumantur informaciones, et sumptis pugnantur, ut ceteris cedat in exemplum.

(*Arrestum quod sindici et consilarii veniant hora 7^a.*) — A modo in ante, consuetudinem laude dignam servando, n. sindici et consilarii se reperiant in consilio hora septima de mane, et venientes post octavam sua pro illa die perdant stipendia.

Audita querimonia facta per quemdam Alemanum ad causam gabelle salis, fuit conclusum post varias oppiniones, majori inherendo, quod cum eodem graciose et amabiliter si possibile sit concordetur, et pro nunc, graviora ne succedant, suum sal ut asseruit per gabelle exactores liberetur et transeat. Et, ne sub umbra magnificorum Bernensium et Friburgensium civitas detrimentum paciatur, exactoresque gabelle defraudentur, certificare habeat n. syndicos et consilium de quantitate salis quod vehi faciet apud Bernum et Friburgum. Et videatur modus et forma quibus olim exactores usi sunt, ut omnia maturo cum consilio fiant. Concordandi vero cum eodem n. consindico Peyrolerii, Pecolat et Maludumo impartitur licencia. — (*Fiat responsio.*)

(23) De gabellatoribus vini, ad Veneris.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat P. Chappuysii, convigilli, contenta in rotulo: xiiij ff. ix g. xj d. ¹

Veneris prima aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Bueti, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, H. de Nanto, Jo.

¹ Compte et mandat, Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

Nergaz, Jo. Malliardi, H. de Boulo, G. de Vaudo, de Borjali, P. de Maludumo.

Edificium factum per Pensabini, audita relazione per n. Gavid et Janini, consindicos, facta, tollatur.

De uxore petente sibi communicari processum, fuit conclusum non esse communicandum nec communicari debere.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Guermoz, de Dogvene, nauta, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Michaudi, de Ornay de Villario Taconis, laborator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*De introgio salis Berne.*) — Destinetur Bernum A. Pecolat cum instructionibus et licteris credencie, ad causam introgii salis marini, ne graviora succedant, cum de eo quidam Bernensis jam pluries conquestus est.

Provideatur super capitulis datis per magistrum scole. — Ad Martis.

(*De archeris.*) — Quia quedam inter archerios confratrie Sancti Sebastiani et burgi Sancti Gervasii orta est diferencia, pro qua sedanda promiserunt stare ordinacioni consilii, ideo ordinaverunt n. sindici et consilium licitum esse illis de Sancto Gervasio cum aliis ad sue voluntatis libitum ludere, condicione tamen adjecta quod in omnibus et per omnia teneantur statuta archeriorum dicte confratrie laude profecto digna servare, et unusquisque arcum sagitis et pharetra munitum habere debeat. Et in civitate unus rex duntaxat franchus permaneat. Et, hiis mediantibus, sit bona pax, etc. Et ordinacioni acquieverunt archerii confratrie Sancti Sebastiani, et equidem Sancti Gervasii.

Martis quinta aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Versonnex, G. Roget, P. Orsieres, Jo. Grossi, Boulo, Vaudo, A. Pecolat, P. Maludumo, (Jo. Grossi,) R. Nycolay, Jo. Bueti, G. Prepositi; Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, H. de Nanto.

De supplicacione data per leprosos quibus compaciendum est, loquantur n. sindici r. d. officiali, ut causa quam habent contra de Poldo summarie terminetur, et unicuique quod suum est tribuatur.

De gabellatoribus gabellam solvere recusantibus, fuit conclusum

quod compellantur more debitorum fiscalium, eciam agatur contra fidejussores et principales insolidum.

(*Leprosi.*) — Visitentur leprosi duo per magistros Janinum Bornandi et Anthonium, barbitonsores; et visitatis a consorcio sanorum expellantur, eorum relacione prius audita.

Super petitione facta parte Pillisonis, nichil provideatur prout jam extitit conclusum.

Tollatur edificium factum per Pensabini in prejudicium reipublice.

(*A. Pecolat.*) — Fuit lecta lictera credencie cum instructionibus per A. Pecolat destinandum Bernum, Friburgum et Soloren., quas dicunt bene stare.

(*De scola.*) — Perlectis cappitulis per magistrum scole hujus civitatis datis, fuit conclusum quod n. sindici Levrerii et Janini super ipsis habeant providere, ut scolastici in bonis moribus, virtutibus atque scienciis facilius instruantur.

Solvat thesaurarius n. Petro Versonnay contenta in rotulo per ipsum exhibito, ut suadet ratio, et causetur rotulus pro expensis egregii procuratoris fiscalis et aliorum officiariorum.

Retro Fusteriam deposita nemora visitentur.

Vigilibus impartitur licencia accipiendi purcos et capras in civitate existentes sub stipendiis assuetis.

(24) *Veneris octava aprilis.* — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Roget, P. Cornaz, A. Pecolat, Jo. Grossi, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo.

Vigilles deputentur messilliaris, videlicet quatuor ex ipsis serviant una ebdomada et alii alia alternative, et jurent in forma, etc.

Tento consilio, tollatur edificium factum per Pensabini prout conclusum extitit.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario decem floreni dati illustri domino Gregorio comiti de Egremont et domino de Rosemberg, Dei amore pietatisque inthuitu, actento tenore supplicacionis et licterarum ab illu. d. duchissa Sabaudie emanantium nobis exhibitarum¹.

¹ Quia nobis constat nonnullos christianos Christi pro fide certantes in

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jacobo Quibleti contenta in rotulo, xxviiij ff. j g. vj d.

Visa supplicacione per Clementis exhibita contra Falquet, apothecarium, fuit conclusum quod visitetur locus.

Fiant cride de capris, purcis, de carnibus muthonis pro libra vij d. et bovis tres forti, de quoquinis, etc.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Monandi, de Lucingio, borserius, parrochie Sancte Crucis, viij ff.

Martis xij aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, P. Orsieres, G. Roget, Ja. Paquet, H. de Nanto, Ro. Nycolay, A. Lyonardi, Jo. Nerguaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Prepositi, Jo. Malliardi.

(*P. Cornaz.*) — Stetur conclusioni facte super petitione facta per Petrum Cornaz, que videatur.

Solvat thesaurarius Glaudio Vuarnerii, clerico, pro processu per ipsum copiato contra Glaudium Vyoneti, in castro Insule detentum, videlicet quinque solidos.

(*Jovis.*) — De gabellatoribus et macellariis, ad Jovis in consilio episcopali totalis fiat conclusio.

(*Testimoniales.*) — Egregius Johannes Janini, consindicus, conauditor computorum n. Johannis Turci, receptoris emolumentorum civitatis, per consilium deputatus, petit sibi per dictum Johannem Turci exhiberi computa sua. Alias, nomine tocius communitatis, protestatur contra eundem Turci et de hiis testimoniales, dicente et replicante dicto receptore sua computa in manibus egregii Braseti consistere. Decernuntur testimoniales.

(*Messiliarii.*) — Inherendo conclusioni novissime facte, Michael Lyonardi, G. Bocardi, Jo. Clerici, Nycodus Thennerii, Aymo Planchans et Stephanus Pannaz juraverunt super sacro canone messiliarie officium bene et legaliter exercere, et neminem pretextu officii opprimere etc., sub stipendiis assuetis.

manibus nequissimorum Turcorum, christiane fidei inimicorum, fore impressenciarum detentos, pro quorum relaxacione eidem donavimus..... Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

(*De Anthonio Fabri fustigato.*) — Anthonius Fabri condempnatus fuit esse fustigandum vergis per civitatem et bampniendum per triennium, sub penam utilacionis unius membri. S. d. Franciscus tulit sententiam ¹.

Veneris xv^a aprilis. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, P. Orsieres, Jo.[Ja.] Paquet, H. de Nanto, Boulo, Vaudo, P. Braset, Jo. Nergaz, G. de Borjali, G. Roget, R. Nycolay, Jo. Malliardi, A. Lyonardi, G. Prepositi.

De Naty et suis purcis facto sermone, fuit conclusum quod solvat penam comprehensam in cridis cum expensis.

(*Patisserii.*) — De patisseries, pro nunc eisdem pietatis intuhitu indulgetur cum comminatione quod, si cridis contravenire presumant, privabuntur per unum annum integrum.

(*Martis.*) — Martis auditores computorum n. Johannis Turci se reperire debeant in aula consilii pro visitacione computorum fienda, ut finis rei imponatur ².

De clavibus per thesaurarium relictis, fuit [conclusum], ob ipsius absenciam, quod expectetur ejus adventus.

(25) Nomina macellariorum sequuntur.

(*De macellariis.*) — Et primo, Franciscus Bernardi, Petrus Pastoris, Petrus Chex, Johannes Promon alias Cuactaz, Ludovycus de Beycio, Mauricius Vuy, Petrus Gardeti, Johannes de Gerdilli junior, Glaudius de Ponte, Petrus Roseti, Hudricus Volandi, Amedeus Danellet, Jullianus Rycouz, Jacobus Sermodi, Amedeus Thome, Petrus Jacobi, Petrus Mercerii, Johannes de Gerdilly de Veygie, Glaudius Bollet, Mauricius Tyerri, Petrus Regis, Glaudius Regis, Stephanus Oddeti, Johannes Copponnay, Amblardus Comitit, Ludovycus Durandi, Guilliernus Naty, Roletus de Gerdilli, Johannes de Gerdilli, Johannes de Beycio, Franciscus Villaris, Jacobus Comitit, Belleceffz, qui omnes supranominati promiserunt carnes muthonis et bovis pretio in cridis descripto toto anno vendere, excu-

¹ Voir Archives de Genève, *Procès criminels*, II^e série, n^o 91.

² Ces comptes, du 7 février 1501 au 6 février 1502, sont conservés aux Archives de Genève, *Comptes de la Communauté*, n^o 13. A la fin du volume se trouve le compte, en français, de « ce que j'ay livré pour la venue de ma Dame Marguerite d'Autruche (*sic*), duchesse de Savoye ».

satione quacunq̄ue cessante. Alias privabuntur ad formam cridarum factarum nona mēsis hujus aprilis. Hac tamen condicione adjecta quod, si ipsi macellarii vendant et venales publice exponant carnes bovinales seu vacarum que sint alte pinguedinis, eo tunc n. sindici seu alter ipsorum easdem taxare teneantur et pretium ponere, et posito, cuiquam non liceat precii nec taxe limites excedere, sub penis in cridis etc.

Martis xix^a aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Roget, P. Orsieres, Jo. Fernex, Jo. Grossi, Ja. Paquet, H. de Nanto, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Vaudo, Boulo, Ro. Nycolay, Prepositi, Jo. Malliardi.

Petrus Long, patisserius, faciat panem justi ponderis, alias privabitur ad formam cridarum.

(Claves fiant 4.) — Fiant quatuor claves in archivis et secreto civitatis, quarum due custodiantur per duos ex dominis sindicis, alie per thesaurarium et secretarium.

De macellario vocato Jolyvalet, fuit conclusum quod privetur, tenorem cridarum insequendo.

(De Bosco.) — De supplicacione facta ad causam gabelle salis per n. Petrum de Versonnex exhibita ad Urbem destinanda, pro qua dictus nobilis plurimos sumpsit labores, facto sermone, fuit conclusum, majori oppinioni inherendo, quod dictus Petrus rescribat r. d. Nycolao de Bosco, ut, civitatis contemplacione, sollicitare veli(cit) hanc materiam; nec sinat pro xxxv seu quinquaginta ducatis quin res ipsa suum sorciatur effectum; et, si plures desunt, discretioni sue stetur; pro cujus pena et sollicitacione, habitis in bona forma licteris gabelle prius, eidem detur decem ducatos.

Veneris vigesima secunda aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, G. Rogeti, Jo. Fernex, Jo. [Ja.] Paquet, A. Pecolat, de Borjali, de Maludumo, P. Versonnex, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, Jo. Grossi.

Quia fuerunt date due amphore d. gubernatori de Challes malvatici, ideo intrentur thesaurario decem grossi.

Infra triduum fornerius stabulum super bono communi constructum tollere habeat.

In differencia existente inter Amedeum de Campis et (et) Petrum Roz, visis instrumentis hincinde productis, fuit conclusum quod terminetur locus per Johannem Magnini et Amedeum Chivilliardi, et faciant juxta tenorem transactionis. Quibus impartitur licencia.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Jacobi Rodaz, de Thono, parrochie Sancti Gervasii, mugnerius, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Nycasez de Finnez, de Eynaux in Burgundia, tissoctus, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff.

Jolyti cum duobus sociis per ipsum reperiendis visitare habeant macellarios, ut serventur cride. Qui Joly juravit suum officium bene et legaliter exercere.

De clavibus quas petunt nonnulli ex subdictis ducalis celsitudinis pro apperiendo archam veniarum, non se intronictere habeant n. sindici nec consilium.

Sabbati xxiiij^a aprilis. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, Jo. Grossi, A. Pecolat, P. Orsieres, Jo. Malliardi, Jo. [Ja.] Paquet, G. Roget, H. de Nanto, de Maludumo, Vaudo, (A. Pecolat).

(26) Quia laudabile est ubique locorum amicos habere et hec civitas, pro juridicionis r. d. nostri Gebenn. episcopi manutencione, impresenciarum in multis versatur periclis, in quorum supra presencia sermo fuit factus de r. d. decano Dole cum illustrissima d. duchissa moram trahente; et fuit conclusum post varias oppiniones quod n. sindici alloquantur eundem et perscrutentur velle suum. Et deinde refferant ut, relacione audita, maturo cum consilio omnia fiant.

(Mercurinus.) — Detur s. d. Mercurino penes quem civitatis jura consistunt, ut civitati recto tramite serviat, duo scuti auri quos solvat thesaurarius.

Dentur tres solidi Johanni Magnini, limitatori civitatis, pro rotulo per ipsum facto.

Solvat thesaurarius e. P. Levrierii tres solidos per ipsum datos servienti qui assignavit Glaudium Bertheti et de Lompnac, testificaturos veritatem pro jurisdictione manutencione.

Lune xxv^a aprilis. — Sindici: Gavid, Levrierii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Fernex, H. de Nanto, A. Lyonardi, A. [Ja.] Paquet, A. Pecolat, Jo. Malliardi, H. [G.] de Vaudo.

(*De clavibus.*) — Quia ducalis celsitudinis officarii instancias faciunt erga n. syndicos ut interesse debeant dum et quando pecunie in archa veniarum existentes numerabuntur, fuit conclusum, si ulterius sollicitentur et a ceptis desistere nequeant, quod fiat eisdem responsio quod de se nichil facere possunt et tantam duntaxat habent [potestatem] quantam eisdem acatribuitur per consilium, cui premissa dicent notificare velle.

(*Pecolat apportat responsum a Berna et Friburgo.*) — Die suprascripta Veneris xxij^a aprilis, rediit A. Pecolat a Bernio, Friburgo, Solorren. Qui actulit tres licteras missivas, quibus visis et perlectis, harum per tenores dignoscitur quod si n. Theodoricus, in ipsis nominatus, sal ad alias partes vehi et conduci velit, solvat introgium.

De Pensabini ad Martis.

De Anzo Hugonis, equidem ad Martis.

De nepote Floreti, equidem.

Martis xxvij^a aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Orsieres, G. Grossi, Ro. Nycolay, A. Pecolat, Ja. Paquet, H. de Nanto, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo, de Borjali.

Visitetur per n. syndicos locus de quo Buctie conqueritur.

(*Pavisserius.*) — Pavisserio pro theysia pavimenti magni conductus plathee Molaris, et omnia sumptuare neccessaria teneatur, solvatur triginta solidi et sex pro faciendo pavementum de super.

Cridetur furnus civitatis ut moris est.

Admictatur nepos Floreti in burgensem pro et mediantibus xx ff. parvi ponderis.

Pugniantur macellarii prout pluries conclusum extitit.

(*P. Ravaz moritur.*) — Solvat thesaurarius tres solidos datos secretario qui signavit licteras ob mortem P. Ravaz¹.

¹ Déclaration de Philibert, duc de Savoie, en faveur de son frère Philippe, évêque de Genève, portant que l'exécution de Ravaz, faite dans le chemin près la fontaine des Eaux-Vives, ne doit pas porter atteinte à la juridiction de l'évêque, Archives de Genève, P. H., n° 819.

Petrus de Furno et Johannes Hudrici prestiterunt juramentum quale prestitit Jolyti etc.

Veneris penultima aprilis. — Sindici: Gavid, Peyrolerii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, H. de Nanto, G. Roget, Ja. Paquet, P. Orsieres, Jo. Malliardi, G. de Vaudo, H. de Boulo, A. Pecolat, Jo. Grossi, R. Nycolay, A. Lyonardi.

Mandatur thesaurario quod solvat Jacobo Machardi, pavisserio, pro causis in rotulo, xvij ff. v g. vj d.¹

(27) Quoad macellarios, servetur editum.

(*Sancti Crispini.*) — De vino confratrie Sancti Crispini existente in conventu Palacii, non exigatur gabella; sed duntaxat de vino per eandem confratriam emendo.

Martis tertia maii. — Sindici: Gavid, Janini, Peyrolerii; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, P. Versonnex, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, G. Prepositi, G. Roget, Jo. Grossi, Boulo, Vaudo, Paquet, A. Lyonardi, H. de Nanto, de Borjali, R. Nycolay, A. Pecolat.

(*Burgensis.*) — Providus vir Anthonius Rosseti, filius quondam Johannis de Vaudo alias Rosseti, de Thoyriaco in terra Gay, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus x ff.

(*Admodiatio.*) — Plathea Longemale fuit admodiata Amedeo Danelli, macellario, per unum annum integrum die prima maii hujus mensis incept(or)um et simili die finiendum, pretio viginti solidorum solvendorum secundum bonos usus etc.

(*Admodiatio furni.*) — Anno domini millesimo quingentesimo secundo, indicione quinta et die tertia mensis maii, in consilio presentibus quibus supra, supranominati consindici tradunt ad firmam et in admodiacionem Petro Maniglerii, presenti etc., furnum ville tanquam plus offerenti, et per carraphos, ut moris est, fuit proclamatus cum pertinentiis universis, per tres annos proximos, die festi Penthecostes quod erit quindecima hujus maii incohandos et simili die finiendos dictis tribus annis prius revolutis (finiendos), sub firma cujuslibet anni viginti florenorum parvi ponderis et ij^c facinarum; sub pactis quod

¹ Arch. de Genève, Comptes, mandats et quittances, portef. II.

ipse Petrus Maniglerii fustam stabuli per ipsum constructi civitati remaneat et nichil de eadem accipere possit; quod stabulum, licet sit super republica edificatum de mandato r. d. Johannis Orioli, ut predicti n. consindici refferunt, suo in esse remaneat. Et, quos viginti florenos et ij^c fassinus dictus Maniglerii solvere promittit terminis solitis etc., cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis ultro per dictos consindicos et Maniglerii prestatis in majori forma. Actum in aula consilii, presentibus Michaele Lyonardi et thesaurario et quibus supra testibus etc.

(*Recessus ducis Philiberti.*) — Quia illu. d. Philibertus, dux Sabaudie, hodie est recessurus, ideo n. sindici ad eundem accedere debeant, civitatis parte excusaciones facturi et loquuturi in honorem et utilitatem civitatis, ut cum eodem quiete vivere valeamus.

Eadem die. — (*Recessus illu. d. ducis Sabaudie.*) — Existentibus in consilio, sumpto prandio, nobilibus Glaudio Gavid, Peyrolerii et Janini, consindicis, necnon Pétro Braseti, G. Rogeti, Anthonio Lyonardi, Ja. Paqueti, de Maludumo, Jo. Nergaz, Prepositi et Vaudo, fuit factus sermo an nobiles sindici accedere debeant ad illu. ducem, an remanere debeant. Et, quia sex ex una parte, vocibus emissis, dixerunt esse bonum ire, et sex ex alia ad illu. d. ducem accedere non debere, ideo nulla extitit facta conclusio, quia in vocibus et votis fuere equales. Et, die tertia maii superscripta, recessit, sumpto prandio, hora prima post meridiem, quem conducat qui omnia novit.

Vinum excretum in vineis Johannis Janini non solvat introgium.

Veneris vja maii. — Sindici : Gavid, Levrerii et Janini, in Palacio; — P. Orsieres, Jo. Fernex, G. Roget, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, A. Pecolat, H. de Nanto, A. Lyonardi, Jo. Malliardi, Vaudo, Boulo, Prepositi, Grossi, de Borjali, Jo. Nergaz, de Maludumo.

(*Citatio ducalis procuratoris contra syndicos.*) — Visa et perlecta citatione contra syndicos olim et consiliarios civitatis ab illu. d. duce emanata, ad causam cujusdam hominis in tortura in castro Insule deffuncti¹,

¹ Iste homo mortuus in tortura nominabatur Cotton, de Nantua, culpatus latrocinio. (*Note en marge du registre.*)

fuit conclusum quod n. sindici citationem et contenta in eadem notificare debeant reverendo d. Jo. Orioly, requirentes eundem ut hanc materiam amplecti velit, et in episcopali consilio hec materia discussiatur; quod, sumpto prandio, ita factum est. Et fuere electi, matura dicti consilii deliberacione prehabita, pro eundo ad illu. d. ducem, magister hospicii re. d. Gebenn. episcopi et principis vocatus Longefaint et egregius P. Levrerii, facturi debitas remonstraciones pro juridicione manutenenda.

(28) *Die Veneris vja maii*, inter quintam et sextam horas post meridiem, fuit consilium tentum in quo interfuerunt : G. Gavid, P. Levrerii, consindici; — consiliiarii : P. Orsieres, G. Roget, R. Nycolay, H. de Nanto, G. Prepositi, H. de Boulo, Versonnex, Jo. Malliardi, A. Pecolat, Jo. Grossi.

Et, in quorum suprascriptorum presencia, fuit per n. Glaudium Gavid, consindicum, exposita conclusio in consilio episcopali hodie facta, de et super citatione contra olim syndicos et plures particulares emanata. Super qua iterum fuit conclusum quod consindicus Levrerii loquatur d. advocato qui civitati, relatu nonnullorum, se obtulit servire velle. Item, quod n. Petrus de Orseriis procuret erga dominum abbatem ut suo rescribat in favorem civitatis fratri, videlicet d. presidenti Divone.

(*Donum centum florenorum.*) — Et, quia favor et auxilium dicti domini presidentis Divone nobis in hac materia plurimum potest prodesse, et favore et auxilio indigemus, quia magnifici consilii caput est, ideo fuit conclusum quod eidem civitatis parte dentur viginti scuti auri per consindicum Petrum Levrerii, si eundem pronum ad civitati et reipublice serviendum inveniat. Et, ob eandem causam et oris expensarum per eundem Petrum ministrandarum prenominato magistro hospicii, sibi et duobus servitoribus, olim gabelle exactores exbursare debeant centum florenos parvi ponderis, et civitatis sumptibus materia prosequatur, ne juridicio in aliquo ledatur.

Sabbacti septima maii. — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — P. Versonnex, P. Orsieres, R. Nycolay, P. de Maludumo, H. de Nanto, G. de Vaudo.

(*Jana Quarquevillier fustigatur.*) — Jana filia quondam Petri Quar-

quevillier, de Sessie, fuit perpetuo bampnita et per carraphos fustigata; et per consindicum Levrerii lecta sententia¹.

(*Confessio.*) — Die ix^a maii, egregius Petrus Levrerii, in mis sub-signati et testium subscriptorum presencia, confitetur habuisse et recepisse a Petro de Furno et Jolyti, olim gabelle vini exactoribus, videlicet centum florenos parvi ponderis, de quibus quietat etc., cum pacto etc. et clausulis opportunis. Datum Gebenn., in domo dicti Levrerii, presentibus ibidem Johanne Magnini et Johanne du Recht, testibus vocatis et rogatis.

Montyon.

Martis decima maii. — Sindici : Gavid, Janini; — P. Versonnex, A. Pecolat, Jo. Grossi, A. [Ja.] Paquet, H. de Nanto, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, P. de Maludumo, G. de Borjali, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Mamertus filius Petri Martignie, de Villa Magna, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus octo florenis, borserius, viij ff.

Detur r. d. Orioly unum quarteronum malvatici.

(*Levrerii delegatur Chamberiacum.*) — Item, unus potus ambassiatoribus videlicet d. Longefain et P. Levrerii, qui die hodierna suum arriperunt apud Chamberiacum iter.

Item, unus quarteronus cuidam Bernensi cujus frater decessit in Corrateria, cum duodecim quarteronis vini tam albi quam rubei de Arboex, pro civitatis honore.

(*Celebrentur misse et fiant processiones pro conservacione jurisdictionis Gebenn.*) — Celebrentur misse et fiant processiones per triduum in quatuor conventibus, videlicet Domine Nostre de Graciis, Rippe, Palacii et in conventu dominarum Sancte Clare, ut Deus, qui cuncta cernit ab alto et supplicantium preces exaudire recusavit nunquam, jurisdictionem r. d. Gebenn. episcopi et principis, civitatisque libertates et immunitates, et in eadem inhabitantes preservare dignetur; et, ut ferventius Deo serviant, unicuique conventui dentur pro singulo die sex solidi.

(*Transactio de domo P. Versonay.*) — Transactio facta de domo n. Petri de Versonnex servetur et impedimenta tollantur.

¹ Voir Archives de Genève, *Procès criminels*, II^e série, n^o 89.

Mondentur plathee communes.

Custodiatur quartus nemorum usque ad adventum P. Levrerii.

Egregii Lyonardi et Janini effecti sunt amici.

(*Admodiatio.*) — Plathea Molaris fuit admodiata Claudio Philippi per spacium unius anni incohata prima maii, sub firma octo florenorum parvi ponderis solvendorum terminis solitis; promictentes etc., cum et sub renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus quibus supra.

(*Promissio.*) — Johannes Nycodi, die nona hujus maii, in Domo communi detentus ad instanciam procuratoris fiscalis, promisit suis creditoribus, ad quorum instanciam procurator est monitus, satisfacere hinc ad festum Sancti Johannis proxime futurum. Et, casu deficiat, vult et consentit quod bona sua eisdem expediantur et vendantur, etiam juris solemnitate non servata, et omni forciori modo quo fieri poterit et intelligi peritorum consilio, cum promissionibus, renunciacionibus, submissionibus et clausulis opportunis. Actum in Domo communi, presentibus Michaelae Lyonardi et Johanne du Recht, testibus etc.

(29) *Veneris decima tertia maii.* — Sindici : Gavid, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, A. Pecolat, R. Nycolay, H. de Nanto, Jo. Grossi, Ja. Paquet, Jo. Nergat, Jo. Malliardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo, G. de Borjali, A. Lyonardi, Jo. Bueti.

(*Burgensis.*) — Magister Johannes de Rubeomonte, de Charloys in Burgundia, filius quondam Johannis Rogemont, apothecarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro viij ff.

Admodietur terrale in quo luditur ludo baliste et plus offerenti expediatur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Petro¹, patisserio, de somma xv ff. parvi ponderis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Hugoni Boulardi, de somma lxxvij ff. xj g.

De detento, ministretur justicia.

Dentur designationes instrumentorum Buctet.

Martis xvij maii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran.

¹ Pierre Vuidouz, Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, G. Roget, Jo. Bueti, Jo. Grossi, Ja. Paquet, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, P. Braset, Boulo, Vaudo, de Maludumo, H. de Nanto, A. Pecolat, Prepositi.

(*Tubicena.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jo. Daguini, tubicene, pro suis stipendiis, videlicet sex florenos parvi ponderis¹. — (*Levatum.*)

(*Levrerii, delegatus Chamberiacum, mittit licteras letas.*) — Fuit perlecta lictera missiva n. sindicis et consulibus per consindicum Levrerii transmissa super citacione contra eosdem obtenta ad instanciam procuratoris fiscalis ducalis celsitudinis, de qua omnes congaudent et de novis Deo refferant laudes.

Veneris xxa maii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran., Jo. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Grossi, G. Roget, A. Pecolat, Paquet, H. de Nanto, Jo. Nergaz, P. Orsieres, Boulo, Vaudo, de Borjali, P. Braset, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, P. Versonnex.

Sumantur informaciones per egregium Levrerii contra Johannem Bouloz, et sumptis via juris procedatur.

(*Delegatio : s. Goyeti, de Bona, Levrerii.*) — Destinentur Chamberiacum s. u. juris doctores Amblardus Goyeti et Philibertus de Bona, necnon consindicus Levrerii, pro juridicione r. d. Gebenn. episcopi et principis manutenenda, pro qua illustrissimo d. duci et ejus sublimi consilio facturi sunt demonstraciones tales quibus mediantibus iudicio et libertates civitatis remanebunt illese.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guillermo Feretrier de xxj grossis, causis in rotulo².

(*Ut supra.*) — Fiat mandatum Jacobo Quiblet³, pavisserio, de somma in rotulo descripta, videlicet lx ff. parvi ponderis.

Promittit egregius Levrerii restituere librum sibi concessum in quo plura jura ad opus civitatis faciencia et plures juris allegaciones consistunt.

Rediit egregius Levrerii a Chamberiaco, qui retulit, post verba plura

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

² *Ibidem.*

³ *Lisez* Guillioti, *ibidem.*

jornatam fuisse contra particulares citatos prolongatam usque ad ultimam hujus.

Lune xxiiia maii. — Sindici quatuor; — G. Roget, Paquet, Nanto, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Lyonardi.

Exposita responsione per r. d. Amblardum consindico Levrerii facta pro eundo ad illu. Sabaudie ducem, fuit conclusum, actento quod impresenciarum cara sunt omnia, quod eidem Levrerii thesaurarius tradere debeat centum florenos et olim gabelle vini exactores centum; et ipse Levrerii cum eodem ire debeat, repulso domino Philiberto de Bona electo, ut expense evitentur, si tamen r. d. Johannes Orioly fuerit voluntatis.

(30) *Martis xxiiij maii.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Roget, Bueti, Jo. Grossi, G. Prepositi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, P. Orsieres, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Borjali, de Maludumo, castellanus civitatis.

Compellantur olim vini gabelle exactores, via juris, ipsam gabellam per ipsos admodiatam solvere recusantes.

(*F. de Veyriaco.*) — Solvat thesaurarius s. d. F. de Veyriaco, pro ordinatione et sententia per consindicum Janini hodie latis contra Hugon. Vyonnnet, videlicet duodecim solidos.

Confratria hospitalis Palacii accedere debeat die festi Heucaristie Christi post confratriam Omnium Animarum.

Dentur tres solidi vigilibus, pro pena quam habuerunt erga dictum Vyonnnet.

(*Levrerii.*) — Transsumpta seu vidimus ad opus civitatis faciencia usque ad numerum viginti unum consindico Levrerii fuere tradita.

Veneris xxviia maii. — Sindici : Levrerii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, H. de Nanto, Jo. Grossi, A. Pecolat, Ja. Paquet, P. Orsieres, Boulo, Vaudo, P. Versonnex, A. Lyonardi, P. Braset, P. de Maludumo, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, Jo. Bueti.

Die suprascripta, fuit consilium celebratum in aula fratrum Palacii, et loquutum de modo reperiendi pecunias dandas ambaxiatoribus desti-

mandis ad illu. d. Sabaudie ducem, et fuit conclusum compelli debere vini gabelle olim exactores et eorum fidejussores.

(*Jo. Donzelli.*) — Die xxvj^a maii fuit festum Heucaristie Christi, qua die honorabilis Johannes Donzelli, burgensis Gebenn., fuit electus prior et procurator Heucaristie Christi et hospitalis Pauperum verecundorum; qui juravit in forma, per spacium trium annorum hodie incohendorum et simili die etc., cum clausulis opportunis.

Solvat thesaurarius Michaeli Lyonardi, videlicet sex grossos pro foliis repositis ante Domum civitatis suprascripta die, et vigilibus pro pulsatione grosse campane vj g.

Martis ultima maii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Braset, P. Orsieres, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, Jo. Nergat, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Lyonardi, de Borjali, G. Roget.

(*Ambaxiatores.*) — Die penultima maii, ambaxiatores ad illu. d. Sabaudie ducem accesserunt. Quibus fuit datus quarteronus unus malvatici. Intretur thesaurario, ut equitati congruit.

Celebrentur misse per spacium novem dierum, videlicet in conventibus Palatii, Rippe, Domine Nostre de Graciis, Sancte Clare, et fine cujuslibet dicatur *Salve Regina*, ut iuridicio et civitatis libertates remaneant illese Altissimo concedente, quoniam non est qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Coquardi, parrochie Aysie, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Nycodi Dyni, de Villa in Michallia, marescallus, parrochie Sancti Victoris, creatus burgensis dicte civitatis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Reymondi Chouchet, de Boygio, cellierius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

Hugoninus Vyonet, bampnitus, exhibuit licteras indulgentie; petit observari, et, visis et perlectis, parati obedire, et testimoniales, presentibus quibus supra.

(31) *Veneris tercia juginii.* — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, P. Orsieres, Jo. Fernex, Ja. Paquet, A. Pecolat, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, G. Roget, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Jo. Grossi, A. Lyonardi, P. Braset, de Maludumo.

(*Burgensis.*) — Providus vir Jacobus filius Jacobi Servelli, de Thoyriaco in terra Gay, fuit creatus burgensis pro et mediantibus decem florenis parvi ponderis, parrochie Magdalenes, x ff.

(*Burgensis.*) — Providus vir Jacobus filius quondam Petri Billiardi, clericus, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Christophorus filius quondam Glaudii Peyvroz, alias Coudrey, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Golliet, excofferius, de Vyu in Salacio, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Mandatum.*) — Dentur balisteriis sex floreni super uno burgense percipiendi, quos solvat thesaurarius.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Pecolat de somma xxviiij ff. et sex grossorum, pro expensis factis tam eundo quam redeundo apud Bernenses, Friburgenses et Solorenses, incluso locagio equorum videlicet sui equi et guide per ipsum capte quam eciam suo servitore, pena et labore per ipsum susceptis¹.

(*Promissio.*) — Cum, hiis non longe effluxis diebus, exorta fuisset differentia inter n. syndicos et consulares civitatis Gebenn. hinc, et Theodolum Dietrix de Alville, Alemanum, inde, ad causam et pretextu salis marini per civitatem et infra limites transeuntis et transitum facientis, cujus introgium solvere recusabat ipse Allemanus, ob quod, apud dominos Bernenses, Friburgenses et Solorenses, Anthonius Pecolati civitatis parte fuit destinatus; quorum dominorum responsio suis in licteris missivis exaratur. Fuitque a paucis diebus citra, certa salis marini quantitas dicto Theodolo pertinens arrestata donec de dicto introgio solucione facta. Hinc propterea fuit quod, die suprascripta, in mis subsignati et subscriptorum presencia, personaliter constitutus Henricus Heubert, Alemanus, burgensis Gebenn., qui promittit, ejus mediante juramento

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

et sub obligacio[ne] bonorum suorum, bonum computum et legitimam rationem n. sindicis seu ab eisdem deputatis de sale per civitatem trans-eunte et dicto Theodolo pertinente et quod vehi continget penes dominia prenominatorum dominorum; de sale vero alio ad alias partes trans-eunte, introgium realiter et cum effectu solvere, cum et sub promissionibus, renunciacionibus et clausulis ad hec opportunis que hic pro expressis habeantur. Actum Gebenn., in aula consilii, presentibus Michaelae Lyonardi et Jo. Martini, testibus, etc.

(Hugon. de Nanto.) — Audita relacione per n. syndicos facta, fuit conclusum quod magister Hugoninus de Nanto teneatur facere scanum suum de longitudine sue sponde et illam exedere, et latitudine aliorum suorum vicinorum, et pavimentum facere.

Martis septima jugnii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Bueti, P. Braset, H. de Nanto, Jo. Grossi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. [Ja.] Paquet, P. de Maludumo, H. de Boulo, Jo. Fernex, de Borjali, P. Versonnex, A. Lyonardi, G. Prepositi, G. de Vaudo, P. Orsieres, Jo. Nergaz, G. Roget, M. Lingocti.

(Hospitalerius.) — Johannes Genican, habitator Gebenn., admittitur in hospitalarium hospitalis civitatis Gebenn. situm in carreria Civitatis, dum benefecerit; qui juravit in forma.

(De conventibus.) — Dentur quatuor conventibus, videlicet Rippe, Palacii, Domine Nostre de Graciis et Sancte Clare, pro missis in eisdem celebratis, unicuique iiiij^{or} floreni vj g.

De uno *expoyseu* fieri petito per n. Petrum de Versonnex retro domum Trium Regum, fuit conclusum quod visitetur locus et loquatur Neyrodi.

Expellantur visitatores carniū et committitur de novo A. Pecolat et Ro. Nycolay, qui tale onus recusant, dicentes vacare non posse.

Detur clavis macelli Girardo Velluti.

(Burgensis.) — Johannes Columbi, filius quondam Columbi Colombi, de Clusa loci Dei, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(32) Decima jugnii, Martis. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran., Jo. Fernex, Jo. [G.] Roget, Jo. Bueti, Jo. Grossi, A. Pecolat,

Jo. [Ja.] Paquet, Ro. Nycolay, P. Orsieres, de Maludumo, A. Lyonardi, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, Prepositi.

(Burgensis.) — Michael filius quondam Georgii Dorsini, de Chamouni, salerius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Michael filius quondam Francisci Guilliardi, de Jonvie, salerius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro et median-tibus viij ff.

(Levrerii. — Processio generalis in vestibus albis.) — Visa et perlecta lictera missiva per consindicum Levrerii transmissa, fuit absolute conclusum fieri debere processiones generales. Et, quia *ex ore infancium perfecisti laudem*¹, interesse debeant innocentes vestibus albis puritatem designantibus inducti, ut rerum omnium conditor supplicantium preces sua pietate exaudire dignetur, et senos homines, consciencia post tergo rejecta, lucem in tenebras et juridicionem r. Gebenn. episcopi et principis in ruynam vertere satagentes inspirare. Et, ut ad preces populi inclinet aures, continuentur misse novem dierum spacio.

De pane levato, restituatur pauperibus pro nunc.

Puthodi fidem faciat ad Martis de lictera sua borgesie.

(De vino.) — De vino acceptoso, majori oppinioni inherendo, fuit conclusum quod vendentes solvant gabellam.

Martis xiii^{ja} jugnii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. de Veyriaco, G. Roget, Jo. Fernex, H. de Nanto, Boulo, Vaudo, A. Pecolat, Ja. Paquet, P. Orsieres, R. Nycolay, Jo. Nergaz, Jo. Bueti, P. Braset, Jo. Grossi.

(Boulardi.) — Fuit impartita licencia A. Pecolat concordandi cum magistro Hugon. Boulardi prout eque et racionabiliter fiendum videbitur.

De peste vigente, ut fertur, in Allemaniis, consindicus Peyrolerii et thesaurarius provideant et loquantur hospitibus.

De Chautens et olim gabelle vini exactores Pecolat et Millanoys, solvat dictus Chautens eisdem tres florenos, actenta submissione per eosdem facta.

Veneris xvij^{ja} jugnii. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, Jo. Fernex, Ja. Paquet, Jo. Grossi, Ro. Nycolay, H. de Nanto,

¹ Psaumes, VIII, 3.

Nergaz, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Bueti, Boulo, Vaudo, M. Lingocti, Braset.

(*Levrerii. — Supercessio cause ad causam deffuncti in tortura. — Dux pollicetur supercedere donec episcopus erit etatis legitime.*) — Reversus consindicus P. Levrerii a Chamberiaco, cum licteris dominicalibus per quas mandatur quod supersedeatur in causa coram sublimi cum ducali celsitudine residente consilio nota inter procuratorem fiscalem ipsius ducalis celsitudinis hinc, et olim syndicos et plures particulares civitatis Gebenn. inde, ad causam cujusdam hominis in castro Insule in tortura existentis deffuncti, usque ad primum adventum illu. Sabaudi ducis, et ulterius donec aliud habuerint in mandatis, cum inhibitionibus opportunis etc. De jurisdictione vero, exposuit ipse consindicus quod illu. dux Sabaudie, precibus presertim illu. d. Margarite, ejus consortis, est contentus expectare quousque r. Gebenn. episcopus et princeps sit etatis legitime. Quo tunc disceptabitur cui iudicio spectare debeat.

(*Solvantur.*) — Quia pro jurisdictione manutenenda rei que publice bono, in quatuor conventibus, videlicet Domine Nostre de Graciis, Sancte Clare, Rippe et Palacii, fuere per spacium septem dierum misse celebrate, ideo pro quolibet die unicuique conventui detur sex solidi.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Johannis Arnaudi, de Longarea, senturerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus, videlicet viij ff.

Martis xxja jugnii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, P. Orsieres, M. Lingocti, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Ja. Paquet, P. Braset, H. de Nanto, P. Cornaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Prepositi, Mulathonis.

(33) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum Yverbaudi de tribus florenis et quinque solidis, pro causis in rotulo descriptis.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Guillierno de Nanto, regi archeriorum, videlicet sex florenos parvi ponderis, ut moris est¹.

De differentia existente inter macellarios magni macelli et Glaudium Naty, equidem macellarium, dictus Naty promittit stare ordinationi consilii; et macellarii presentes ordinationi P. Rosset, Johannis Velluti,

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

Ludovyci de Beycio, Mauricii Vuy et Johannis de Bit, juncto consilio ordinario, quibus dant omnimodam protestatem, et promittunt ratificari facere per absentes, cum clausulis opportunis etc.

Die xixa jugnii. — (*Notificacio facta r. d. Lausanensi. — Episcopus Lausanensis de Montefalcone administrator episcopatus Gebenn. — Amblardus Goyeti officialis. — Inhibitiones obtente de supercedendo. — Quis debeat esse civitatis supremus? — Illi de Annessiaco volunt facere officialem unum apud se.*) — Nobiles consindici Petrus Levrerii et Johannes Janini ad reverendissimum dominum episcopum Lausanensem, administratorem ecclesie et episcopatus Gebenn., accesserunt; quem in domo Fratrum Predicatorum et in quadam camera reperierunt; cui exposuerunt quomodo, hiis diebus non longe effluxis, ad instanciam procuratoris fiscalis illu. Sabaudie ducis, olim syndici et plures particulares fuere sub penis coram sublimi consilio personaliter citati, ad causam cujusdam hominis in castro Insule detenti, qui in gehenna seu tortura existens expiravit. Cujus citacionis pretexto, que in enervacionem jurisdictionis r. episcopi et principis Gebenn. fuerat decreta, ad illu. Sabaudie ducem fuere destinati magister hospicii ipsius r. episcopi et P. Levrerii procurator(is) fiscalis, qui de hujusmodi citacione illu. Sabaudie ducem alloquuti sunt. Sed, quia ducalis celsitudo jura r. episcopi videre voluit, ideo jurnatam illius citacionis usque ad penultimam maii novissime lapsi prolongavit intercessione et supplicacione prenominatorum magistri hospicii et Levrerii, quo tunc, parte ipsius r. episcopi se reperire debeant, suis fulciti juribus. Nec aliud tunc fuit actum. Et reversi a Chamberiaco prenominati ambaxiatores, premissa consilio episcopali et civitatis fuerunt notificata. Quibus auditis, matura nedum consilii episcopalis verum etiam civitatis deliberacione prehabita, fuerunt electi pro eundo ad ipsum illu. dominum, videlicet r. d. Amblardus Goyeti, officialis Gebenn., s. juris doctor Philibertus de Bona et P. Levrerii. Qui de facto, pro jurisdictione manutenenda, apud Chamberiacum in quo ducalis celsitudo cum tota ejus curia residebat se transtulerunt. Qui, post varias et multiplices disputaciones de hujusmodi materia inter dominum presidentem, collaterales, advocatos et magistris camere computorum illu. ducis Sabaudie et prenominos habitas et factas, post varia argumenta presertim per r. d. Amblardum fere inconvincibilia contra eosdem facta, obtinuerunt licteras inhibitorias

quarum vigore supersederi mandatur in causa, donec et quousque ad primum adventum illu. Sabaudie ducis, et ulterius donec aliud habuerint in mandatis. Et, quia r. Gebenn. episcopus in etate tenerrima impresenciarum consistit, qua obstante jura sue ecclesie deffendere nequit, illu. dux Sabaudie animum suum declaravit se fore contentum expectare quousque sit etatis legitime. Et eo tunc decidetur quis debeat esse civitatis Gebenn. supremus dominus. Exposuerunt insuper quod illi de Annessiaco nixi sunt officialem foraneum in loco Annessiaci habere velle, et, ob hanc causam, illu. duci supplicacionem porrexerunt. Sed videntes prenominati ambaxiatores id in prejudicium r. episcopi cadere, obviaverunt taliter quod res ipsa imperfecta remansit. Et premissa omnia prenominato reverendo Lausanensi administratori notificaverunt, ut juridicionem in potenti brachio manutenere dignaretur, prout tenetur. Et post hec, || licencia || prius || obtenta || salutacionibus factis recesserunt.

Veneris xxiiij^a jgnii. — Quatuor sindici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, M. Lingocti, G. Prepositi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Malodumo, castellanus.

Macellarii et Naty ad Martis remictuntur pro differencia eorundem sedanda, de qua extitit factus sermo.

Martis xxviii^a jgnii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran., Jo. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Grossi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, P. Braset, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Prepositi, Boulo, Vaudo, de Malodumo, G. Roget, P. Orsieres, P. Versonnex, Paquet, Lyonardi, M. Lingocti.

(Vigiles.) — Fiat mandatum vigilibus de somma lx florenorum, pro termino festi Sancti Johannis Baptiste ¹.

(Reclusa.) — De reclusa, visa supplicacione, fuit conclusum quod locus visitetur et imparciatur licencia fieri faciendi unam augenam infra ipsius limites.

De insultu facto in Sancto Gervasio, accedant n. sindici ad dominum

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

vicarium erga quem instent in ¹ justicia unicuique ministretur, et sumi faciat informaciones, et testimoniales. Quod et fecerunt conclusionem insequendo consilii.

Amedeus Magnaz custodiat portam, nec permittat hos de Crusillia pestilencie morbo infectos civitatem introyre, sub stipendiis statuendis de labore suscipiendo.

(34) *Veneris prima jullii.* — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — P. Versonnex, P. Orsieres, G. Roget, Jo. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Grossi, Ro. Nycolay, A. Pecolat, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Ja. Paquet, H. de Boulo, G. de Vaudo, P. Braset, de Maludumo, castellanus.

(Naty.) — De Naty et macellariis denuo fuit factus sermo, et, quia que de novo emergunt novo indigent consilio, lisque coram d. iudice excessuum super falcitate per ipsum Naty, ut fertur, facta vertitur indecisa, conclusum extitit quod ulterius non procedatur in concordio fiendo donec causa ipsa sopita. Et, si in ea constet clare falcitatem commisisse, de consorcio aliorum nunquam admittatur, sed constito, n. sindici instent ut justicia de eodem ministretur.

Martis va jullii. — Quatuor sindici; — s. d. Fran., Jo. Fernex, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, A. Pecolat, Boulo, Vaudo, P. Orsieres, J. Grossi, H. de Nanto, Ja. Paquet, de Maludumo, G. Roget, G. Prepositi, A. Lyonardi, P. Versonnex.

(Scangnum.) — Facto sermone de scangno subtus domum Trium Regum, fuit conclusum quod amplius non apponatur scangnum, sed monda et sine impedimento remaneat.

Solvat thesaurarius magistro Jacobo de Nemoribus quemdam fustam in reparacione in fine pontis Corratere conversam.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario viijc lxxxij ff. xj grossi viij den. cum obolo, exbursati per eum pro adventu illu. domine duchisse Sabaudie.

(Mandatum.) — Viso rotulo per consindicum Levrerii exhibito, fuit conclusum quod fiat mandatum de somma descripta in eodem, ascendente ad ccxxxij florenos iiij grossos.

¹ *Lisez* ut.

(*Levrerii.*) — Quia prenominatus Levrerii jam alias exposuit graves pro civitatis negociis sumpsisse labores, pluraque bona horum pretextu perdidisse, et eundem irremuneratum deserere equitas et ratio dissuadent, petit hoc ideo, ut equitati congruit, sibi satisfieri, actentis presertim laboribus per eundem susceptis. Super quibus fuit conclusum quod eidem detur, premissis consideratis, quaterviginti floreni, quibus mediantibus quictanciam generalem facere teneatur a toto tempore preterito etc.

Veneris viija jullii. — Quatuor sindici; — s. d. Franciscus, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, A. Pecolat, R. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Jo. Bueti, P. Braset, A. Lyonardi.

Precipitur pavisserio quod faciat pavementum in carreria Puthei Sancti Leodegarii et locis reparacionum indigentibus.

Custodiantur porte civitatis ne morbo pestifero percussus quis civitatem intrare presumat, ut, Deo duce, inibi inhabitantes ab omnibus tuheantur adversis.

Fiat panis niger et grossus de duobus grossis, uno grosso, duobus quartis et uno quarto.

Loquantur nobiles sindici Folliosii pro eundo ad partes Burgundie ad emendum bladum pro bono et utilitate reipublice, actenta caristia impresenciarum proph dolor vigente.

(*De mugneriis.*) — Visa et perlecta supplicatione per nonnullos burghenses et civitatis cives porrecta mugnerios tangente, qui tantam farinam super una cupa frumenti nunc percipiunt quantam tempore quo valebat decem grossos, quod equitati et rationi dissonum censetur, fuit super hiis conclusum quod celebretur consilium aliud et evocentur evocandi, habita prius conferencia cum consilio episcopali et dominis de capitulo.

(*Inbibicio.*) — Quia consindicus Janini inhibuit Gardeti, patisserio, ne per annum integrum dequoqui nec vendere habeat panem, formam cridarum insequendo, prenominati sindici per ipsum gesta ratificant et approbant, et inibi astantes, et denuo prohibent. Et testimoniales que decernuntur.

Solvat receptor magistro Colletto de Cresto, pro duobus *selliot* nemoris pro putheo Sancti Leodegarii, vj g.

(*Vigilibus.*) — Solvat equidem receptor Michaeli Lyonardi vigilli, G. Bocardi, Jo. Liraz, Jo. Martini, vigilibus, pro pena quam habuerunt expellendi morbosas quasdam mulieres extra civitatis limites, cuilibet eorundem, videlicet duos solidos.

Fiat panis albus, majorem oppinionem consilii insequendo.

(35) *Martis xij jullii.* — Quatuor sindici; — s. d. Franciscus, Jo. Fernex, H. de Nanto, M. Lingocti, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Paquet, P. Braset, P. Orsieres, Jo. Bueti, R. Nycolay, A. Pecolat, G. Prepositi.

(*Custodes.*) — Guiliermus de Boulo, custos porte Rippe.

Nycodus Roleti, cinturerius, custos porte Tartassie.

Porte Rodani : Franciscus de Vaudo, custos.

Porte Sancti Leodegarii : Mermetus Gringaudi, custos.

Porte Sancti Christophori : Guiliermus de Cruce, custos.

(*Conclusio.*) — Sermone facto de stipendiis supradictorum custodum et deputandorum, fuit conclusum quod custodi portarum Rodani dentur tres floreni pro mense, et aliis duo floreni, aut fiat mercatum minori precio quo fieri poterit.

(*Mandatium.*) — De Bocardi, vigille, ipsius paupertate actenta, actentisque gratis serviciis et laboribus per ipsum susceptis, dentur eidem tres floreni parvi ponderis et tres grossi quos solvat thesaurarius¹.

Veneris xva jullii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, P. Orsieres, M. Lingocti, Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Boulo, Vaudo, P. Braset, de Maludumo, G. Roget, G. Prepositi, H. de Nanto, Cornaz.

Johannes Macri, custos porte Sancti Anthonii.

Petrus de Palude, custos portarum Rodani.

De Naty et macellariis facto sermone, fuit conclusum quod stetur conclusioni novissime facte.

Pugniantur patisserii ad formam cridarum et panis levatus de Gardet, Dei amore, detur.

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

De porta retro hospitale, reedificent qui reedificare debent, nec se inniscere habeat civitas ne trahatur in consequenciam.

Loquantur n. sindici r. d. Nycie de prothonotario Heyriaci inbreui, ut fertur, venturo.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Hugoneti Maniglerii, laborator et habitator Gebenn., parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

Martis xixa jullii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Rogeti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, A. [Ja.] Paquet, P. Braseti, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, castellanus, Prepositi et Bueti.

(*Camera.*) — De uxore Johannis Pollet facto sermone, quia nonnullorum fide dignorum relatu accepimus ipsam fore propiciam ad bene et honeste pauperibus serviendum, ideo omnibus placuit quod eidem sua dimictatur camera.

Solvat thesaurarius vigilibus, pro laboribus quos in custodiendo bladum habuerunt, videlicet xxj grossos expositos in domo cujusdam patisserii.

(*De Bona.*) — Expediat thesaurarius d. Philiberto de Bona mille carronos, quibus libratis eundem in libro suo debitorem faciat.

De Naty et macellariis, et Leamon, ad Veneris.

Loquantur n. sindici r. d. vicario de ponte Arve pro bono reipublice et scandallis evitandis. Et apponantur custodes.

(36) *Veneris xxij jullii.* — Sindici : Peyrolerii, Gavid, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, A. Pecolat, P. Orsieres, Jo. Nergaz, de Maludumo, M. Lingocti, Boulo, Vaudo, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, P. Versonnex, Jo. Bueti, G. Prepositi.

(*Custos.*) — Ludovycus Boverii, condurerius, custos porte Baud[et]i, percipiat pro suis stipendiis, pro quolibet mense, videlicet grossos triginta.

Intrentur thesaurario duo quarteroni malvatici dati domino du Vergier.

Solvat thesaurarius Guillermo de Boulo, pro comburendo quandam vestem cujusdam morbo pestifero deffuncti, videlicet v gr.

(*Ordinacio.*) — Super differencia existente inter Nati et macellarios, prenominati n. consindici, de voluntate quorum supra, pronunciaverunt et ordinaverunt quod prenominati macellarii ipsum Naty, in casum in quem veniat admictendus juxta suarum franchisesiarum tenorem, in macellarie officium et de consorcio ipsorum admictant et recipiant et admictere debeant. Et, admissio, teneatur ipse Naty facere prout et quemadmodum ultimus macellarius per eosdem macellarios ad macellarie officium admissus fecit, et talia onera qualia supportavit supportare. Et, hiis mediantibus, sit bona pax etc. Cui ordinationi dictus Naty, ibidem presens, se opposuit et illi acquiescere contradixit. Prenominati vero Jo. Velluti et P. Rosseti ipsam ordinationem et pronunciacionem acceptaverunt etc., et testimoniales que decernuntur. Presentibus quibus supra.

Expediat thesaurarius adhuc d. de Bona ijc quarronos, et suo in libro scribat.

Martis xxvja jullii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, A. Pecolat, Ro. Nycolay, A. [Ja.] Paquet, H. Nanto, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, P. Orsieres, de Maludumo, M. Lingocti, Jo. Fernex, G. de Borjali, G. Roget, P. Braset, s. d. Sucheti, Jo. Bueti.

Leodegarius Quey, informatus de probitate ipsius, fuit admissus in custodem vinearum de Champel.

(*Burgensis.*) — Honorabilis Stephanus Valletaz, filius Petri Valletaz, de Sancto Johanne Alpium, fuit admissus in burgensem gratis, contemplacione r. d. prothonotarii de Bampnens.

(*Episcopus de proximo recessurus.*) — Quia r. Gebenn. episcopus et princeps de proximo est recessurus, ideo n. sindici accedere debeant, paratos se semper offerentes suis, ut tenentur, obedire mandatis.

(*Sucheti.*) — S. d. Anthonius Sucheti proposuit parte dominorum presbiterorum quod, super differencia inter eosdem et civitatem existente, sunt contenti stare ordinationi duorum doctorum ipsorum parte eligendorum et duorum parte civitatis, ut in assueta amicitia vivere valeant. Cui fiat responsio talis qualis in franchisesiis exaratur, quas inconcusse observare volunt. Et de ea sint contenti.

Die xxviija jullii. — Sindici : Gavid, Peyrolerii et Janini; — s. d.

Fran. de Veyriaco, G. Roget, A. Pecolat, Ro. Nycolay, P. Braset, H. de Nanto, Jo. Nergaz, Maludumo, Boulo, Vaudo, Bueti, Lingocti, Lyonardi.

Juridicio. — Johannes du Reth retulit vidisse licteras Chamberiaci etc., per quas dux declarabat se habere superioritatem in civitate et suburbiis Gebenn., et in castro Insule merum et mixtum imperium, sed fuisse revocatas. — Inadvertenter concessas. — Du Reth refert Goyeti et de Bona fuisse Chamberiaci convictos. — Testimoniales.

Anno Domini millesimo quingentesimo secundo, indicione quinta, et die vigesima octava mensis jullii, nobilibus Claudio Gavid, Percivallo Peyrolerii et Johanne Janini, consindicis civitatis Gebenn., necnon suprascriptis consiliariis in Domo communi existentibus, supervenit Johannes du Reth, clericus, habitator dicte civitatis, proponens, hiis diebus non longe effluxis, ipso in Chamberiaco existente, vidisse et perlegisse quasdam dominicales licteras per quas constat illustrissimum Sabaudie ducem declarare et declarasse in civitate Gebenn. et suburbiis habere superioritatem, et in castro Insule merum mixtum [imperium] et omnimodam juridicionem, licterasque obtentas ad prosequucionem r. d. Amblardi Goyeti, s. d. Philiberti de Bona et egregii P. Levrierii, civitatis consindici, qui, pro juridicione reveren. Gebenn. episcopi et principis manutenenda, ad ipsum illu. Sabaudie ducem fuere destinati, revocasse et annullasse, et quas revocavit, cassavit et annullavit; illasque fuisse (37) inadvertenter concessas, et sua ex mente nunquam processisse declaravit; prenomatosque Goyeti et de Bona, paulo ante illarum revocationem, in sublimi cum ducali celsitudine residente consilio fuisse convictos et validis rationibus contra eos adductis superatos, prout ipse dominicales testantur lictere. Et, hiis dictis, ipse du Reth, prenomatis consindicis et consulibus in eadem domo relictis, ab eisdem prius obtenta licencia, recessit. Quo tunc, super hujusmodi materia, die suprascripta paulo post meridiem, tentum et celebratum extitit consilium. In quo unusquisque declaravit votum, suorum majorum morem sectando. Et, votis auditis vocibusque per unumquemque emissis, matura consilii deliberatione prehabita, totalis, nemine dissentiente, extitit facta conclusio, videlicet quod n. sindici, suprascriptis consulibus associati, ad r. d. Johannem Oryoly, Nyciensem episcopum, personeque dicti r. d. episcopi gubernatorem, vicariumque generalem sedis episcopalis Ge-

benn., accedere debeant et premissa notificare. Quam mox conclusionem ipsam ad effectum perducere peroptantes, ad ipsum r. episcopum Nyciensem et in ipsius consilii exitu accesserunt, quem in aula bassa sue habitacionis reperierunt. Et premissa omnia, in ipsius r. Gebenn. episcopi et principis presencia, tam organo prenominatorum consindicorum quam aliorum inibi existentium, notificaverunt ut in hiis salubre et laude dignum adhibere dignetur remedium, ne juridicio ledatur, sed illesa remaneat, et ne in futurum prenominati consindici et successores eorum de negligencie vicio alias reprehendi seu annotari possint. De premissis dictis allegatis et notificatione sic ut preest facta, michi subsignato, civitatis secretario, pecierunt licteras testimoniales, quas duxi concedendas et concessi, presentibus ibidem domino Johanne Marescalli, presbitero, et Michaeli Lyonardi, pluribusque aliis ad premissa astantibus.

Et, paulo post, prenominati n. Claudius Gavid, Johannes Janini et Petrus Braseti michi subsignato retulerunt quod, si procurator fiscalis ducalis celsitudinis seu alter officiariorum ducalium ad aliqualem executionem in enervacionem juridicionis procedere vellet, quod, eo casu adveniente, appellacionem interponant, et in hiis se viriliter opponant nec acquiescere presumant, et cum dominis de capitulo et consilio episcopali consilium habeant. Et ea ipse dominus Nycie, in presencia equidem dicti r. episcopi et principis, fieri jussit et precepit, ut omnia recto claudantur fine.

Montyon.

Veneris xxix jullii. — Sindici: Gavid, Peyrolerii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, A. Pecolat, Ro. Nycolay, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, Paquet, Prepositi, Bueti, Roget, Nergaz, de Maludumo, Lingocti.

In quorum supra presencia, lictera testimonialis suprascripta fuit perlecta, quam dixerunt bene stare.

Die suprascripta, r. episcopus et princeps Gebenn. recessit a civitate Gebenn., r. d. episcopo Nyciensi et pluribus aliis associatus, quem conducere dignetur qui hominum corda cernit ab alto.

Martis secunda augusti. — Sindici quatuor: s. d. Fran. de Veyriaco,

P. Versonnex, G. Roget, Prepositi, A. Pecolat, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, A. [Ja.] Paquet, P. Braseti, H. de Nanto, A. Lyonardi, M. Lingocti, H. de Boulo, G. de Vaudo, de Maludumo, de Borjali, Jo. Fernex, castellanus.

De insultu facto per bastardum de Brandix, Ludovycum Festi et alios, sumantur informaciones; quibus sumptis ministretur justicia.

(*Gardet.*) — De Gardet, patisserio, pietatis intuhitu et Dei amore, pro nunc sibi indultum est, cum comminatione quod, si redeat ad vomitum, privabitur arte patisserie perpetuo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco de Leamon, tempore quo exercuit officium forrerie usque in die recessus illu. Sabaudie ducis.

Veneris va augusti. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Ja. Paquet, H. de Nanto, A. Lyonardi, P. Orsieres, Boulo, Vaudo, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, M. Lingocti, Pecolat, Jo. Bueti, castellanus, G. Roget, Prepositi, Braset, Maludumo.

Solvat thesaurarius Johanni Lire, vigilli, videlicet vj g.

(38) (*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario ij^m tercentum lxj floreni quinque grossi iij d. cum obolo, qui sibi debentur pro causis in rotulis descriptis, inclusis mandatis ibidem annexis.

De incarcerato in castro Insule, ministretur justicia.

De licteris destinandis r. d. Oryoli, loquantur primo n. sindici consilio episcopali.

Martis ixa augusti. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, G. Roget, Ja. Paquet, A. Pecolat, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Vaudo, Boulo, de Borjalli, P. Braset, Jo. Bueti, M. Lingocti, Ro. Nycolay.

Prohibetur franchisesia Mauricio, lathomo.

Non claudantur porte civitatis, sed custodibus augmententur stipendia ut ferventiori animo serviant. Et admoveantur qui videbuntur admovendi.

Claudantur tria hospitalia, relictis aliis pro pauperum necessitatibus.

Fiat lictera credencie directiva r. d. Nyciensi cum instructionibus mentionem facientibus de revocatione licterarum et confirmatione earundem, de Boulo, cridis et Monestier gabellam vini solvere recusante.

Et lictera et instructiones Percivallo Peyrolerii, consindico, dentur; quod ita, conclusionem consilii insequendo, factum est hodie.

De cabareto fiendo subtus Alam, quia Guilliermus Rogeti dicit cabaretum domui sue et sue familie prejudicare, ideo visitetur locus.

De Sanctouz, provideatur contra eundem via juris.

Expellantur trutani ob epidimie morbum.

Decima augusti, inter octavam et nonam horas post meridiem, existentibus in Domo communi: n. Gladius Gavid, P. Levrierii, Jo. Janini; — A. de Vitello, Jo. Fernex, G. Prepositi, A. Lyonardi, P. de Maludumo, Jo. Nergaz, A. Pecolat, H. de Boulo, R. Nycolay; — Ja. Nepotis, Jo. de Mara, M. Nergaz.

(*Detencio A. de Pesmes, N. Richardeti.*) — Expositum extitit qualiter Amedeus de Pesmes, naturalis, et Nycolaus filius quondam Guilliermi Richardeti, pro excessibus per eos perpetratis, fuerunt detenti in Domo communi, et super hujusmodi captione celebratum consilium. Cujus conclusio talis fuit: quod prenominati Nycolaus et Brandix compedentur et pro hac nocte in aula ipsius consilii maneant, et die crastina remictantur cui vel quibus venie[n]t remictendi.

Veneris xija augusti. — Sindici: Gavid, Levrierii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, Jo. Bueti, P. Orsieres, Vaudo, A. Pecolat, Ja. Paquet, M. Lingocti, Jo. Nergaz, Cornaz, H. de Boulo, H. de Nanto, de Borjalli, P. Braset, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Jo. de Pesmes.

Actillieria maneat in suo esse pro nunc.

De archerio Du Crest, snmantur informaciones, et sumptis via juris procedatur.

(39) De hospitali Civitatis, hospitalarii Jo. Nergaz stetur discrecioni.

(*Cornaz.*) — De tapisseria Petri Cornaz, loquantur n. sindici d. Nyciensi et expectetur usque ad adventum ipsius ut habeatur veritas, videlicet an fuerit data civitatis aut ipsius Petri Cornaz parte.

(*Richardet et Pesmes.*) — De Richardet et Amedeus naturalis de Pesmes impresenciarum in domo episcopali detenti fuit factus sermo. Et ipse consindicus P. Levrierii, tanquam viceprocurator fiscalis, consindicis et consulibus dictos Richardet et Amedeum naturalem presentavit, se offerens paratum eisdem remictere, presertim dictum de Pesmes, pro

justicia ministranda. Super quem fuit conclusum quod ipsi primo respondere debeant, et responso, videbitur quid erit fiendum.

Roletus, chappellerius, remictitur ad Martis proximam.

(*Leamon*). — A die facti mandati novissime Leamon, non solvatur eidem quicquam.

Auditis per n. Johannem de Pesmes in favorem dictorum Richardet et Pesmes naturalis propositis, fuit conclusum quod instetur ut justicia, virtutum preclarissima, de eisdem ministretur.

Martis, die xvja augusti. — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Ja. Paqueti, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Borjalli, castellanus, Jo. Fernex, Jo. Bueti, P. Orsieres, H. Nanto, P. Braset, M. Lingocti, A. Pecolat.

Custodi porte Rippe detur triginta solidos pro quolibet mense.

Expeditur pondus bladi hora vesperorum.

(*Vaudo, Boulo.*) — Vaudo Girardus et H. de Boulo eliguntur pro trotanis a civitate expellendis; et cuilibet ipsorum detur pro quolibet mense, videlicet tres florenos; et hodie incohare debeant. Qui juraverunt in forma.

Solvat thesaurarius Roleto, chappellerio, pro nemoribus per ipsum petitis, videlicet xij grossos.

De incarceratis in Domo episcopali, si dicant se non fore clericos, et castellanus n. sindicis remictat ut moris est, illos recipiant pro justicia ministranda.

(*Designarius.*) — Leodegarius de Nanto admictitur in designerium carriere Sancti Leodegarii, qui juravit in forma.

Rescribatur consindico Peyrolerii, sua lictera visa.

Ludovyco Boverii et fornerio, pro plathea per eosdem mondata, solvat thesaurarius unicuique ij solidos.

Admodiatio ponderis bladi.

Anno Domini millesimo quingentesimo secundo et die decima sexta mensis augusti, factis debitis proclamacionibus per Johannem Daguini, preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., ut moris est, candela incensa et deinde extincta, nullus compertus est qui tantum dare vellet

de pondere bladi cum pertinenciis ejusdem quantum honestus vir Johannes Chappelleti, burgensis Gebenn. Qui, de ipso pondere cum emolumentis ejusdem se dacturum obtulit sex viginti et novem florenos auri parvi ponderis. Et, hiis gestis, nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levrerii et Johannes Janini, consindici civitatis et sindicario nomine, et egregius Ludovycus Bucteti, vicethesaurarius r. d. Gebenn. episcopi et principis, pro quo se fortem facit etc., ipsum pondus cum pertinenciis ejusdem expediverunt prenominato Johanni Chappelleti, presenti, tanquam plus offerenti etc., per unum annum proximum die crastina decima septima incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma dictorum sex viginti et novem florenorum solvendorum tribus terminis solitis, primo tertiam partem in nundenis proximis Epiphanie domini, aliam tertiam partem (40) in nundenis Pache sequentibus et residuum in sequentibus nundenis augusti, videlicet jus episcopale in manibus receptoris episcopalis, et jus civitatis in manibus receptoris ejusdem qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, unacum dampnis etc., promictentes etc., et idem Chappellet cavere ydonee Martis proxima in forma etc.; submittentes etc., renunciantes etc. Actum Gebenn., in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem Petro Pellis et || Anthonio || Lyonardi, vigille Michaelae, et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis.

Montyon.

Veneris xix^a augusti. — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, A. Pecolat, Jo. Grossi, Jo. [Ja.] Paquet, P. Orsieres, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, Jo. Nergaz, P. Braset, Ro. Nycolay, G. Prepositi, M. Lingocti, Jo. Bueti, de Borjalli.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Extrange de Strata, de Chavane, excofferius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

Claudatur domus Ramelli, constituto de peste.

(*Pachodi.*) — Johannes Pachodi, portitor porte Sancti Leodegarii, sub stipendiis assuetis.

(*Leamon.*) — De Leamon facto sermone, fuit conclusum quod non fiat eidem mandatum, donacione per ipsum exhibita non obstante, quia, expirato mandatore, expiratum est mandatum.

Fimi dantur vigilibus, licteris a r. d. vicario prius habitis.

Concordetur graciose cum Romont, et cum eodem concordandi impartitur licencia Jo. Nycolay et A. Pecolacti.

Martis xxiiij augusti,¹ existentibus in consilio ordinario : n. G. Gavit, P. Levrierii, P. Peyrolerii, Ja. [Jo.] Janini, sindicis; — d. F. de Veyrier, P. Braset, Jo. de Fernay, H. de Nanto, Ja. Paquet, Jo. Nerga, P. de Orseriis, G. de Vaudo, G. de Borjali, H. de Boulo, A. Pecollat, Jo. Grossi, A. Lyonardi, M. Lingocti, G. Roget, Jo. Bueti, R. Nycolay.

Dictus Romont, calvator ducalis, destinatur ad parlamentum Dole pro granis habendis, et fuit ordinatum quod eidem dentur, pro suis expensis et quolibet die quo ad hoc vacabit, xvij g. — (*2^a septembris revenit.*)

Galliachus de Casate requisit Johannem Bochet ut super eorum differentiis stare velit ordinacioni dominorum sindicorum; qui quidem Johannes dixit se nolle stare. Remictuntur coram justicia episcopali.

Visitetur furnus per dominum Aquarie juxta domum Johannis Cergat constructus.

Visitetur lavatorium per Johannem Picardi in ejus domum factum.

(*Designarius.*) — Jacobus Jordani, sutor, deputatur designarius burgi Sancti Leodegarii; qui prestitit juramentum solitum.

Non exigatur gabella vini ab egregiis ducalibus secretariis Alardet et Marescalli, sed eis remictatur actentis serviciis civitati impensis.

(*De vigilibus.*) — Dentur vigilibus ultra solitum duodecim ff. quolibet mense, actentis laboribus per eos supportatis et supportandis isto tempore de peste suspecto².

(*De pondere.*) — Johannes Chaplet, admodiarius ponderis, remictit in locum suum Petrum de Cresto, presentem, qui promictit solvere totam firmam admodiacionis dicti Chapleti, et cavet per Jacobum Branchuti, cutellerium, et Petrum Chenevalis, expinguerium.

(41) *Veneris xxvij augusti*, existentibus in consilio ordinario : n. G. Gavit, P. Levrierii, P. Peyrolerii, Jo. Janyni, sindicis; — d. F. de Veyriaco,

¹ Ici, avec le verso du fol. 40, l'écriture n'est plus celle du secrétaire Montyon.

² Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

G. Roget, H. de Nanto, P. de Orseriis, Jo. Nerga, G. de Vaudo, H. de Boulo, G. [Jo.] Bueti, Jo. Grossi, R. Nycolay, Ja. Paquet, A. Lyonardi, A. Pecollat, M. Lingocti.

(*Custos vinearum.*) — Stephanus Borret deputatur custos vinearum de Frontonay; qui prestitit juramentum solitum.

Datur in mandatis Ludovico Thome, tissocto, parrochie Sancti Leodegarii, quatenus lapides quos habet super communi vacuet infra octo dies proximos, sub pena perdicionis eorundem.

Visitetur processus detenti in Insula et fiat justicia.

Permictatur Johanni Ludovico Ramelli apperendi suam apothecam, dummodo non intret domum.

Visitetur caminum noviter constructum in carreria Pelliparie.

Martis penultima augusti, existentibus in consilio ordinario : n. G. Gavit, P. Levrierii, Jo. Janyni, consindicis; — d. F. de Veyriaco, J. de Fernay, H. de Nanto, P. de Orseriis, M. Lingocti, J. de Nerga, G. de Vaudo, P. de Malodumo, G. Prepositii, J. Bueti, J. Grossi, R. Nycolay, Ja. Paqueti, H. de Boulo, G. de Borjali, G. Roget, A. Pecollat, A. Lyonardi.

Non permictatur fieri caminum in carreria Pelliparie fieri ceptum.

(*Custos vinearum.*) — Amedeus de Foussali deputatur custos vinearum torcularis Magdalenes; qui prestitit juramentum solitum.

Mandatur receptori solvat Petro Mantillieri, seralliono, actento juramento per eum prestito, causa in rotulo per A. Pecollat signato, xj ff. vij g. ix d.¹ — (*Levatum est.*)

Non redeat infra civitatem uxor Glaudii Falqueti donec lapso tempore statuto; et pariter uxor Bovis Albi.

Permictatur Johanni Saxaudi, mercatori, accipiendi pagnos suos existentes in apotheca Perrini de Fontana, dummodo illos non reportet in alis cum aliis mercatoribus, ad evitandum scandallum.

Requiratur egregius Petrus Levrierii, ut procurator fiscalis, quatenus tolli faciat impedimenta super communibus apposita.

Detur uxori Bovis Albi pro se retrahendo, actento quod est prenans, videlicet xij solidos.

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

Veneris secunda septembris, existentibus in consilio ordinario: n. G. Gavit, P. Levrierii, Jo. Janyni, consindicis; — d. F. de Veyriaco, M. Lingocti, A. Lyonardi, G. de Vaudo, H. de Boulo, Jo. Bueti, Ja. Paqueti, Jo. Grossi, A. Pecollat, Roletto Nycolay, H. de Nanto, G. Prepositi, G. de Borjali, Jo. Nerga.

Fiat prohibicio voce cride ne quis emat bossetos nec circulos pro revendendo, et vendantur in plathea cancelli Judeorum.

(42) (*Amedeus Gule protulit verba contra syndicos.*) — Sumatur informacio de verbis per Amedeum Gule contra dominos syndicos prolatis.

Detineatur magister Vivandus, Judeus, donec dixerit quis sibi revelavit dicta in consilio et que et qualia verba fuerunt sibi revellata.

(*Ovrerius.*) — Magister Glaudius Quibleti, carpentator, deputatur ovrierius civitatis Gebenn. sub stipendiis assuetis; qui prestitit juramentum solitum.

Sumatur informacio si Barbichona verberaverit filiam suam que incontinentur post decessit.

(*Custos porte.*) — Dictus Gringaud heri fuit deputatus custos porte Sancti Leodegarii sub stipendiis solitis.

Martis sexta septembris, existentibus in consilio ordinario: n. G. Gavit, P. Levrier, Jo. Janyni, consindicis; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Fernay, H. de Nanto, A. Lyonardi, M. Lingocti, Jo. Nerga, G. de Vaudo, P. de Malodumo, G. de Borjali, H. de Boulo, A. Pecollat, J. Buet, G. Roget, R. Nycolay, Ja. Paquet, G. Prepositi.

(*Episcopus Gebenn., ejus administrator episcopus Niciensis, sunt in curia ducis Chamberiaci cum domina Margarita.*) — Mictatur lictera, per dictum Romont a parlamento Dole pro granis habendis apportata, per unum ex vigilibus r. d. episcopo Niciensi, qui illam tradet illu. d. nostro Sabaudie duci.

Non permictatur intrare civitatem uxor Falquet donec lapso tempore statuto.

Veneris ix septembris, existentibus in consilio ordinario: n. G. Gavit, P. Levrierii, Jo. Janyni; — d. F. de Veyriaco, G. Roget, M. Lingocti, H. de Nanto, A. Lyonardi, A. Pecollat, Jo. Nerga, G. de Vaudo, P. de Malodumo, H. de Boulo, G. Prepositi, R. Nycolay, J. Paqueti.

(*Fures nocturni.*) — Quia nonnulli fures noturnatim discurrunt per civitatem domos latenter intrando, fuit ordinatum quod deputentur sex, quibus dentur pro quolibet quem capere poterint sex florenos inter eos dividendos; et fuerunt deputati: Michael Lyonardi, Petrus Arbalesterii, Guillermus Bocardi, Johannes Martini, Stephanus¹, conductorius, et Aymo Planchant.

(*Pestis viget.*) — Deputantur ad vacuare faciendum infectos morbo pestilenciali domos eorum, videlicet Girardus de Vaudo et Hugoninus de Boulo.

Dominico xj septembris, existentibus in domo communi: n. P. Peyrolerii, Jo. Janyni consindicis; — d. F. de Veyriaco, P. Braset, G. Prepositi, Jo. Nerga, G. de Vaudo, A. Lyonardi, Ja. Paquet.

(*Hospitalerius.*) — Dominus Petrus Dannelli, presbiter, civis Gebenn., parrochie Sancti Victoris, fuit receptus et admissus hospitalerius hospitalis beate Marie Pietatis et Sancti Sebastiani, sub stipendiis assuetis; qui prestitit juramentum solitum.

(43) *Martis xiiij septembris*, existentibus in consilio ordinario: P. Levrierii, P. Peyrolerii, Jo. Janini, consindicis; — d. F. de Veyriaco, G. Roget, G. Prepositi, R. Nycolay, P. Braset, H. de Nanto, P. de Orseriis, Jo. Nerga, H. de Boulo, G. de Vaudo, A. Pecollat, M. Lingocti, A. Lyonardi, P. de Malodumo, Ja. Paquet.

Mandatur receptori solvat vigilibus, pro pulsacione grossi cimballi et processionibus diebus Mercuri, x ff.

Claudantur porte hora decima et aperiantur hora tertia post mediam noctem.

Fiat crida ne quis vendat vinum novum de patria ultra quatuor denarios pro quolibet quarterono, et de Somonte vj d., et de Choutagne viij d., de Semina vj d.

Non custodiantur porte civitatis nisi durante hujusmodi mense. Exequantur cride contra fusterios, mite tamen cum eis agendo.

Mandatur receptori solvat Roletto Rosseti, chapellerio, pro nemoribus per eum traditis in adventu illu. domine ducisse Sabaudie, xiiij g.

¹ Nom en blanc.

Veneris xvj septembris, existentibus in consilio ordinario : n. P. Levrierii, Per. Peyrolerii, Jo. Janyni consindicis; — d. F. de Veyriaco, G. Roget, H. de Nanto, P. de Orseriis, M. Lingocti, A. Pecollat, G. de Vaudo, H. de Boulo, R. Nycolay, Ja. Paquet, A. Lyonardi, P. Braset, A. Oboli.

Lata fuit sententia absolutoria Petri Nomyoz, in Insula detenti, et nichillominus in expensis condempnatus.

Martis xx septembris, existentibus in consilio ordinario : n. G. Gavit, P. Levrier, P. Peyrolerii, Jo. Janyni, sindicis; — d. F. de Veyrier, G. Roget, G. Prepositi, H. de Nanto, Jo. Nerga, G. de Vaudo, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, A. Pecollat, A. Lyonardi, P. de Malodumo, H. de Boulo, P. Braset.

Committitur Johanni Magnini, Johanni Spatule, Andree Copeti et Jacobo Guilliocci visitacio difference existentis inter Petrum Lugne et Johannem Tibie.

Non permittantur intra civitatem suspecti de morbo pestilenciali, et infecti expellantur.

Et, si Frochet obedire renuerit preceptis sibi factis, veniant hospitalerii et cum ducant inferratum ad hospitale.

(44) *Veneris xxiiij septembris*, existentibus in consilio ordinario : n. P. Levrierii, P. Peyrolerii, Jo. Janyni; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Fernay, G. Roget, R. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, Jo. Nerga, A. Lyonardi, G. de Vaudo, P. de Malodumo, A. Pecollat, H. de Boulo, P. Braset, M. Lingocti, G. Prepositi.

Guillermus Vallerii, barbitonsor, deputatur ad serviendum in hospitali pestiffero sub salario assueto; qui prestitit juramentum solitum.

Johannes Gallatini deputatur quictonus dicti hospitalis sub salario assueto; qui etiam prestitit juramentum solitum.

(*Missiva a Dola recepta; mittitur Chamberiacum.*) — Mandetur lictera illu. domino duci quam miserunt domini Dole, et tradatur dicto Pannocti qui illam tradet domino episcopo Niciensi, qui illam tradet domino duci.

Martis xxvij septembris, existentibus in consilio ordinario : n. P. Levrierii, P. Peyrolerii, Jo. Janyni; — d. F. de Veyriaco, G. Roget, H. de

Nanto, P. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Nerga, A. Lyonardi, P. de Malodumo, H. de Boulo, A. Pecollat, R. Nycolay, Ja. Paquet, Jo. de Fernay.

Petantur nominati in rotulo ad Veneris proximam cum consilio ordinario super facto monetarum.

Veneris ultima septembris, existentibus in consilio quinquagenario : Peyrolerii, Jo. Janyni; — H. de Nanto, G. Roget, A. Lyonardi, A. Pecollat, Jo. Nerga, Jo. de Fernay, G. de Vaudo, H. de Boulo, R. Nycolay, Ja. Paquet, P. Braset, M. Lingocti, d. F. de Veyrier, P. Cavaz; — B. Varambeti, P. Bardini, Le Picard, Jo. Lud. Ramelli, Ja. Nepotis, A. Millanesii, G. Joly, Tho. Blondet.

Super facto et misa monetarum concluditur quod conferatur cum dominis de consilio episcopali et dominis de capitulo, et non implicentur nisi prout fuerit ordinatum.

Examinentur Paulus Barberii et ejus uxor quis eis dixit quod Guillelmus Rogeti in consilio aliqua verba de eis dixerit, et habita veritate, pugniatur revellans ad rigorem juris.

*Martis quarta octobris*¹. — Sindici : Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, G. Prepositi, R. Nycolay, M. Lingocti, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Pecolat, Jo. Bueti, H. de Nanto, Jo. Fernex, P. Braseti, Jo. Nergaz.

Mictantur egregio Marescali due amphore plene malvatico et ypocrato.

(45) Petantur processiones pro tempore et illius indisposicione.

(*De monetis.*) — Facto sermone de monetis, fuit conclusum quod consilium episcopale rescribat r. d. Nyciensi intellexisse quod illu. dominus dux Sabaudie decridari facere pretendit monetas finas; ob quod provideat et prevideat ne dampnum tota civitas subire cogatur, et, nedum consilio episcopali, verum eciam civitati bonum videtur quod ipse d. Nycie rescribere debeat sigillifero, thesaurario et aliis exactoribus r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, ne aliquas monetas recipere audeant nisi ad pondus, et sint justis ponderis.

¹ Ici, aux deux tiers du verso du fol. 44, reprend l'écriture du secrétaire Louis Montyon.

De hospitaleriis, stetur discrecioni Johannis Nergaz.

Veneris septima octobris. — Sindici : Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Roget, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, Boulo, Vaudo, A. Pecolat, de Maludumo, A. Lyonardi, H. de Nanto.

Audita querimonia facta per n. et egregium Gladium Marescalli, ducalem secretarium, de Johanne Bellocti, librario, qui nixus est verberare magistrum Viviandi, medicum, fuit conclusum quod sumantur informationes, et sumptis ministretur justicia.

Committitur visitacio scanni existentis inter domum Luce Bauseaux et Jacobum de Nanto, condurerium, videlicet Copeti, Quibleti et magistro Jacobo, carpentatori; qui veniant relaturi.

(Burgensis.) — Nobilis et egregius Johannes Marescalli, ducalis Sabaudie secretarius, de Pontevallium in Breysia, fuit admissus in burgensem pro gratis serviciis etc.; qui juravit in forma.

Martis xj^a octobris. — Sindici : Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, R. Nycolay, Jo. Nergaz, M. Lingocti, G. Prepositi, A. Pecolat, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, Jo. Bueti, P. Orsieres.

Dei amore et pietatis intuhitu, petant n. sindici aquam benedictam pro filio Bocardi, vigillis, qui est gratus parrochianis Magdalenes.

Veneris xiiij^a octobris. — Sindici : Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, R. Nycolay, A. Pecolat, Jo. Fernex, Braset.

(Mandatum.) — Fiat pavementum Molaris, et pavisserio persolvatur pro incohando illud, actenta ipsius paupertate, videlicet decem florenos parvi ponderis.

De monetis sermone facto, fuit conclusum quod supersedeatur donec facto edito per illu. Sabaudie ducem, et eciam usque quo r. d. Nyciensis sit cum ducali celsitudine.

Visis juris allegacionibus per magistrum Johannem Bellocti, librarium, contra magistrum Vivandi, Judeum et medicum, exhibitis, per

quas nititur eundem Judeum a christianorum consorcio expellere, fuit conclusum quod n. sindici illas consilio episcopali exhibere debeant, et instare ut de eodem ministretur justicia et expellatur a civitate.

(46) Die Martis xvij^a octobris. — Sindici : Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, Jo. Bueti, R. Nycolay, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, de Maludumo, A. Pecolat, P. Braset, P. Versonnay.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigilibus pro inense novissime finito, et removeantur abinde¹.

Retinentur pauperum visitatores adhuc per unum mensem sub stipendiis assuetis.

Morbo epidemie infecti expellantur via juris.

De Viennesii conquerente de r. d. Mauriannensi ad causam cujusdam stabuli, fuit conclusum quod n. sindici loquantur eidem aut magistro hospicii, ut quod Viennesii est dimictat.

Heucaristie sacramentum marescallo morbo pestifero infecto ministretur et, noctis superveniente umbraculo, ad hospitale deportetur.

Veneris xxj^a octobris. — Sindici : Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, Jo. Bueti, H. de Nanto, Ro. Nicolay, Jo. Nergaz, G. de Vaudo, H. de Boulo, A. Pecolat.

Intretur thesaurario Pecolat malvaticum datum magno scutifero ducalis celsitudinis.

Martis vigesima quinta mensis octobris. — Sindici : Levrierii, Peyrolerii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnay, G. Roget, Jo. Fernex, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, H. de Nanto, P. Orsieres, castellanus civitatis, G. de Vaudo, H. de Boulo, A. Pecolat, de Maludumo, Jo. Nergaz, A. Lyonardi, G. Prepositi.

Visitetur edificium factum per Nycodum Vincencii, de quo conqueritur secretarius P. Anthonii, in exitu consilii.

Sumantur informationes contra Girotinum, archerium, qui minatur

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

morti tradere velle Aymonem Chappellerii, et sumptis, justicia ministratur.

Petrus Perrotini dicit se fore exemptum a gabella vini et, ut constet, exhibet quandam sententiam diffinitivam, que visitetur per consindicum Levrierii, et ad Veneris veniat relaturus.

Quia Petrus Piardi vinum per ipsum venditum perdidit, cujus occasione impetitur ad solvendum gabellam, recepto prius ab eodem juramento, gabelle exactores dimidiam partem exigant, que ascendit ad xviiij grossos.

Fiat concordium cum domino Trium Foncium ad causam cujusdam grangie per n. Petrum de Versonay ab eodem empte citra derogacionem jurium et substitutionum spectantium hospitali et confratrie civitatis.

Admodiatio alarum.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo secundo, indicione quinta cum eodem anno sumpta, et die vigesima octava mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis solitis cridis per Johannem Daguini, preconem civitatis, candela incensa et deinde extincta ut moris est, nobiles et egregii Percivallus Peyrolerii et Johannes Janini, consindici hujus civitatis, et sindicario nomine, admodiaverunt et ex[pe]diverunt nobili Guilliermo Rogeti, civi (47) Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum veterum, grossi ponderis et rivagii, cum pertinentiis universis dicte civitati pertinentibus admodiari solitis, per unum annum proximum hodie incohandum, sub firma tercentum et triginta florenorum auri parvi ponderis per eum in manibus receptoris generalis emolumentorum dicte civitatis, nobilis Johannis Turci, vel qui pro tempore fuerit, solvendorum terminis solitis, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, aliam terciam partem in sequentibus nundenis Pache et residuum in sequentibus nundenis augusti, unacum dampnis etc., cum honore et onere quibuscunque hacthenus percipi et supportari solitis; promictentes etc., videlicet dicti sindici sindicario nomine manutenere, et dictus Guilliermus prout supra solvere; submictentes etc. Et promictit idem Guilliermus cavere ydonee etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus

ibidem Anthonio Lyonardi, Johanne du Soex et Michaele Nergaz, testibus etc.

Montyon. ||

|| Anno Domini m^o quingentesimo secundo, indicione quinta et die vigesima septima mensis octobris, modo premissis, gribellus cum pertinentiis ejusdem solitis expeditus fuit Stephano Bonijohannis, burgensi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, per unum annum die crastina incohandum, sub firma tresdecim florenorum parvi ponderis per eundem solvendorum terminis solitis etc., unacum dampnis, etc.; submictentes se etc.; promictentes etc., modo quo in suprascripto admodiacionis instrumento etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus Anthonio Pecolacti et Anthonio Lyonardi, testibus etc.

Montyon. ||

(*Cancellatum de mandato n. sindicorum.*)

Die Veneris xxvii^a octobris. — Sindici: Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, Jo. Bueti, H. de Nanto, Jo. Nergaz, A. Pecolat, A. Lyonardi, P. Versonnex, P. Braset, H. de Boulo, G. de Vaudo, G. Prepositi, P. Orsieres, Ro. Nycolay, P. de Maludumo.

(*Controversia ad causam alarum.*) — Facto sermone de admodiacione alarum, de qua inter n. Petrum de Versonnex et Johannem Balli est orta differencia, fuit, nemine discrepante, conclusum quod eidem servetur admodiatio precio tercentum et sex florenorum herina die facta, eo non obstante quod candela fuit extincta dum predictus Jo. Balli posuit tercentum et quinque florenos. Sed, conclusione non obstante, fuit contentus ad requestam n. sindicorum et consiliariorum, pro bono civitatis, quod hodie proclametur et plus offerenti expediantur, hoc medio quod ipse n. Petrus medietatem lucri percipere debeat et non alias. Quod sic fuit factum. Concluseruntque ulterius quod, de rebus civitati pertinentibus candela incensa admodiari solitis, nemini fiat expedicio nisi prius candela fonditus consumpta et extincta, etiam si contingeret ventorum seu boree rabie et flatu extingui violenter et in terram non in integrum devastatam prosterni. Item, quod quis non audiat neque admittatur in talibus admodiacionibus pro minori summa quam sit

quinque florenorum parvi ponderis. Et ea volunt inconcusse observari ut hominum fraudes evitentur.

(*Commissio.*) — In differentia existente inter Petrum Anthonii et Nycodum Vincencii ad causam quarundam fenestrarum constructarum in muro existente inter domos prenominatorum Petri et Nycodi, committitur visitatio A. de Syrie, Jo. Expaulaz et Jo. Tissocci, lathomis, M. Chamoz, G. Rolandi et G. Quibleti, carpentatoribus, qui juraverunt etc.; et veniant relaturi etc.; ibidem presentibus etc.

Mandatur thesaurario quod solvat n. Petro de Versonex, videlicet xij ff. parvi ponderis sibi debitis ad causam admodiacionis alarum etc. — (*Mandatum levatum*¹.)

(48) *Die Lune ultima octobris.* — Consindici : P. Levrierii, Peyrolerii et Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, Ro. Nycolay, H. de Nanto, A. Lyonardi, A. Pecolat, H. de Boulo, G. de Vaudo, Jo. Nergaz, P. Orsieres, P. de Maludumo, Jo. Bueti, P. Braset.

(*Commissio.*) — Committatur expertis visitatio pontis de Gergonant et appunctuetur graciosse cum illo lathomo.

Compellantur thenementarii possessionum aque Arve, et visitetur per n. syndicos.

(*Licencia.*) — Predicare habeant fratres Palacii et Rippe die festi Omnium Sanctorum, et predicandi impartitur licencia pro eo die duntaxat.

Fiant cride de animalibus infectis et morboris die Sabacti proxima.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius quondam Petri Vincencii, de Gruffiaco, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus octo florenis; qui juravit in forma etc.

Martis prima novembris, ob festum Omnium Sanctorum, non fuit tentum neque celebratum consilium.

Veneris quarta novembris. — Sindici : Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, A. Pecolat, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, H. de Nanto,

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

P. Orsieres, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Lyonardi, P. Versonex, G. Prepositi.

(*De mercatoribus.*) — De mercatoribus mercimonias alias pro suis vendentibus facto sermone, fuit conclusum quod hii omnes in rotulo apponantur et prohibeantur ne franchisesis contravenire presumant; alias pugniantur tenorem franchisesiarum insequendo.

Hospitale pontis Rodani non apperiatur nisi prius mense presente finito.

(*Jo. Nergaz.*) — Hospitalarius Johannes Nergaz requirit ut de alio provideatur hospitalario. Cui fiat responsio quod pro nunc suum habeat exercere officium quousque dira pestis hominibus nociva, Deo duce, evanescat.

Inhibetur Glaudio Bolliet ne habeat vendere carnes assatas, neque cabaretum tenere.

Audita querimonia facta per Aymam Portiere de Guicharda relicta Sermeti, condurerii, fuit conclusum quod hospitalarius, testium in presencia, de bonis dicte Guicharde faciat inventarium, et super ipsis mondare debenti domum morbosam fiat satisfacio, ne pro bono ipsa Ayma jacturam subire cogatur.

Nobilis Guilliermus Rogeti, civis Gebenn., admodiarius alarum civitati pertinencium, cavet per Roletum Nycolay, qui promittit in forma; quem servare promittit indemnem cum promissionibus, renuntiationibus et clausulis opportunis que hic pro expressis habeantur. Presentibus quibus supra etc., testibus, etc.

(49) *Martis octava novembris.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, P. Orsieres, Jo. Nergaz, G. Roget, Jo. Fernex, G. Prepositi, A. Pecolat, Vaudo, Boulo, de Maludumo, Jo. Bueti, A. Lyonardi.

Deputentur pro reipublice bono possessionum custodes, modo et forma in rotulo descriptis.

Impartitur licencia predicandi predicare volentibus, conclusione super hujusmodi re facta non obstante.

(*Thorens.*) — Visis licteris missivis ab illu. d. duce et reveren. d. Nyciensi episcopo emanatis, fuit conclusum, auditis prius gabellatoribus et Thoma Thorens, ad cujus instanciam ipse lictere fuere impetrate,

quod fiat lictera testimonialis contra eundem Thorens, quomodo nunquam fuit n. sindicorum neque consilii voluntatis quod ducalis celsitudo nec tota ejus domus quicquam solveret de gabella vini per ipsum Thorens venditi eidem illu. et ejus domui. Qui nobiles syndici, consiliarii et gabellatores protestati sunt de dampnis etc., eo quod ducalem celsitudinem contra veritatem juris amicam informavit, licteris missivis testantibus. Et rescribatur r. d. Nyciensi et magnifico primo magistro hospicii ducalis celsitudinis ut veritas elucescat. Et nobili G. Rogeti et consindico Levrierii impartitur licencia licteras missivas defferendi et id negocium perficiendi, de quorum probitatibus et sciencia plene confidunt.

Stephanus Bonijohannis, admodiarius gribelli, cavet per Laurencium Neyrodi, presentem etc.; quem servare promictit indempnem etc., cum clausulis et renunciacionibus et aliis clausulis opportunis que hic pro expressis habeantur etc.

Remaneant civitati communia ne jacturam subire cogatur.

Veneris undecima novembris. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, P. Orsieres, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, H. de Boulo, A. Lyonardi, A. Pecolacti, Jo. Fernex, G. de Vaudo, Jo. Nergaz, de Maludumo.

Fiat mandatum Hugonino de Boulo, olim forrerio civitatis, a data mandati novissime facti usque in diem recessus illu. d. ducis Sabaudie.

De porcis excoreatis facto sermone, fuit conclusum quod porci excoreati per extraneos ad hanc civitatem non apportentur vendendi causa. Sed macellarii ad diem Martis evocentur ut de carnibus porcorum emere volentibus competens fiat forum.

*(Admodiatio bossetarum.)*¹ — *Vide admodiacionem sequentem.*

(50) *Die Dominico decima tertia novembris.* — Venerandi domini Aymo de Gingino et Dominicus de Vyriaco, canonici ecclesie Sancti Petri Gebenn., in claustro Sancti Petri existentes cum subnominatis, sindicis: G. Gavid, P. Levrierii, Perci. Peyroierii, Jo. Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, G. Prepositi, Jo. Bueti, Jo. Nergaz,

¹ Cet acte est annullé et remplacé par un autre que l'on trouvera p. 86; il n'est pas reproduit ici, les noms et le prix étant les mêmes, sauf que Jean Marlioz est associé à Grasset comme adjudicataire.

A. Lyonardi, H. de Nanto, Jo. Fernex, A. Pecolat, G. Roget, Ro. Nycolay, de Maludumo, G. de Mez, H. de Burdignin, P. Navis, Jo. du Soex, Amiaulx, H. de Boulo, Ja. Nepotis, Jo. Emerici, P. Cornaz, Jo. Joly, P. Magnaz, Jo. Valleti, Ny. Gentilis, Ny. Grasseti, cum pluribus aliis quorum nomina hic describere labor esset inutilis.

Gitata venta vini fuit ad quatuor solidos cum dimidio, majorem opinionem insequendo.

Martis quindecima novembris. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, Jo. Bueti, Ja. Paquet, H. de Nanto, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Vaudo, G. Roget, Ro. Nycolay, Boulo, A. Lyonardi, de Maludumo, P. Orsieres, P. Versonnay.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Stephani Janini, de Collognier, condurerius, parrochie Magdalenens, fuit admissus in burgensem pro viij ff.

In differencia existente inter modernos et olim gabelle vini exactores ad causam vini venditi per Jo. Bernardi, actenta submissione per eosdem facta, fuit conclusum quod pecuniarum summa inter eosdem dividatur per medium, et in pace quiescant.

(Chipri.) — Nobilis Franciscus Chipri, castellanus civitatis, solitum prestitit juramentum.

(Hospitalerius.) — Robertus de Cureur, de Fabricis, relacione Jo. Paqueti, Ludovyci Peyroierii, Stephani Reynaudi et Vouterii Charnavelli, admittitur in hospitalarium hospitalis Sancti Anthonii carriere; qui juravit in forma etc.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Hugonino de Boulo et Girardo de Vaudo, pro tribus mensibus lapsis quibus durantibus trutanos a civitate expellere nixi sunt¹.

Precipitur Johanni Spatule ut pontem de Gergonant visitet cum Amedeo de Syrie, et visitato refferant ad Veneris proximam.

Fiant helemosine pauperibus, testamentorum tenores insequendo, cum anime non paciantur dilacionem, extra tamen civitatem, ne horum pretextu generentur scandalla ob populi multitudinem.

¹ Mandat de 9 florins pour chacun. Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

(51) Admodiatio bossetarum ¹.

Anno Domini millesimo quingentesimo secundo et die quindecima mensis novembris, in mis notarii et testium subscriptorum presencia etc., personaliter constituti nobiles et honorabiles viri Glaudius Gavid, Petrus Levrierii, Johannes Janini et Percivallus Peyrolerii, syndici et procuratores civitatis, qui, sindicario nomine civitatis, admodiant et in admodiacionem tradunt honestis viris Nycolao Grasseti et Johanni Marlioz, burgensibus Gebenn., presentibus etc., introgium bossetarum vini cum pertinentiis solitis, videlicet cuilibet ipsorum insolidum, cum honore et onere percipi et supportari solitis, perdus et ovalliis assuetis et non assuetis etc., ad et per unum annum proximum, undecima hujus novembris incohatum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma quinque centum et quadraginta florenorum parvi ponderis per eosdem firmarios solvendorum in manibus Johannis Turci, receptoris emolumentorum dicte civitatis et qui pro tempore fuerit, videlicet terciam [partem] in proximis nundenis Epiphanie Domini, et aliam partem terciam in sequentibus nundenis Pasche, et residuum in nundenis tunc sequentibus augusti. Et, pro majori assequuracione, ad preces et requisicionem prenominati Nycolay Grasseti, se dat et constituit fidejussor et principalis insolidum Petrus, ipsius Nycolay filius, de auctoritate prenominati Grasseti, presentis et auctoritatem eidem dantis et prebentis; qui promisit in forma etc. Et cavent unus per alium etc. in majori forma, intelligendo etc.; cum dampnis etc.; promittentes ipse partes et quelibet ipsarum principaliter et insolidum dictos quinque centum et quadraginta florenos solvere terminis suprascriptis; et prenominati syndici, sindicario nomine, anno durante manutenere; renunciantes etc.; submittentes se etc. Actum in Domo communi et in aula in qua consilium teneri solet, presentibus ibidem honestis viris Michaeli Lyonardi et Johanne Spatule, lathomo, testibus ad premissa astantibus, vocatis et rogatis.

Montyon.

Veneris xviii^a novembris. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Ja.

¹ Voir ci-dessus, p. 84.

Paquet, de Maludumo, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, P. Versonnex.

(*Burgensis.*) — Robertus filius Mermeti Forez, de Vyu in Salacio, peyrolerius, parrochie Sancte Crucis, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff.

(*Hospitalerii.*) — Petrus Pollet, alias Mugnerii, et Michia ejus uxor admittuntur in hospitalerios hospitalis Domine Nostre Civitatis.

(*Donum fiat episcopo Philipo de Sabaudia parvulo.*) — Super dono fiendo r. d. episcopo Gebenn., fuit conclusum quod eidem detur duodecim faces, due coccassie, qualibet de duobus cartheronis, malvatici et ypocrati, et sex ollobostra gragie plena qualibet de ij libris.

Et equidem, domino gubernatori Breysie detur unus carteronus ypocrati et malvatici, et duo ollobostra qualibet de duabus libris gragie.

Buffleti et Belloti ad Martis remittantur.

Fiat sermo de terrale in quo luditur balista die Martis proxima.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Hugonino de Boulo, olim civitatis forrerio, pro tribus mensibus novissime lapsis, martii, aprilis et maii, conclusione de hujusmodi re facta non obstante ¹.

(52) *Martis vigesima secunda novembris.* — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, de Maludumo, Boulo, Vaudo, P. Orsieres, A. Pecolat, Jo. Nergaz, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, P. Braset, (A. Pecolat,) G. Prepositi.

De vino venali facto sermone, fuit conclusum quod vinum Choutagnie vendatur decem den., vinum de Subtusmons viij d., et patrie quinque, habita conferencia cum consilio episcopali.

De Bufflet, actenta ipsius paupertate, fuit conclusum quod, de pecuniis civitati per eundem debitis, detur terminus unius anni incohandi in nundenis modernis Omnium Sanctorum. Et solvat terminis in admodiacione sibi facta descriptis. Et, casu quo defficiat in altero terminorum, possit cogi et compelli pro tota summa; et pro majori securitate, cavere debeat per ejus uxorem etc.

(*Logiamenta.*) — Supranominatis in consilio existentibus et de civitatis negociis tractantibus, supervenit forreriis illu. domini episcopi et

¹ Mandat de 6 florins 3 gros, Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

principis civitatis, querimoniam faciens de nonnullis logiamenta servitoribus dicti illu. domini dare recusantibus, dicens scire velle si hoc ex n. sindicorum voluntatibus processerit, et eidem responsionem fieri peccit. Cui, organo n. Glaudii Gavid, extitit facta responsio : quod n. sindici in ipsius consilii exitu alloquantur r. d. Nyciensem episcopum, illu. d. episcopi persone gubernatorem. Et, super hujusmodi materia, celebratum extitit consilium cujus conclusio talis fuit : quod n. sindici accedere debeant ad ipsum d. Nyciensem, seu alter ipsorum ad magistrum hospicii Longefans, et demonstrationes facere nusquam fuisse visum servitores dicti illu. d. episcopi per forrarium suum in hac civitate hospitari debere, obstantibus eciam licteris patentibus a bone memorie Johanne Ludovycy, tunc Gebenn. episcopo, emanatis¹, quas monstrare habeant, ut civitatis libertates illese remaneant.

Die xxij^a novembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, G. Roget, Boulo, Vaudo, Ro. Nicolay, A. Lyonardi, De Maludumo, G. Prepositi, P. Braset, Jo. Nergaz, A. Pecolat.

(Longefan.) — Que de novo emergunt, novo indigent consilio. In quorum supra presencia, retulit consindicus Levrierii, de consilii assensu et consensu, fuisse alloquutum magistrum hospicii Longefans illu. d. episcopi de logiamentis que servitores dicti illu. d. episcopi vi, vyolenter et de facto habere satagunt. Qui inter eos plurima ad causam logiamentorum habuere verba. Post que dixit ipse Longefans civitati servire velle et tantum facere erga ipsum dominum Nyciensem quod hec materia paciffice terminabitur, franchises civitatis illesis remanentibus, dummodo logiamenta pro quatuor ex servitoribus dicti domini reperiantur, saltem solucione mediante ipsorum logiamentorum. Qui consindicus Levrierii eidem Longefans, juxta potestatem per supranominatos sibi datam, duodecim florenos policitus est. Et, hiis auditis, fuit conclusum quod Hugoninus de Boulo, non tanquam forrarius civitatis, sed tanquam privata persona, reperiat logiamenta pro illis quatuor, ne gravia generentur scandalla.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario xij ff. dati magistro hospicii illu. d. episcopi Longefans pro gratis serviciis etc.²

¹ Ci-dessus, t. II, p. 199 n. 1.

² Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

Detur unus carteronus malvatici et ypocrati magno provinciali ordinis Fratrum Predicatorum Palacii. Et eundem n. sindici visitare habeant, actenta requisicione per fratres ipsius conventus facta.

(53) Veneris vigesima quinta novembris. — Sindici : Gavid, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, P. Versonnex, Ro. Nycolay, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Jo. [Ja.] Paquet, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, G. Prepositi, de Maludumo, Jo. Fernex, P. Braset.

(Burgensis.) — Petrus senior, filius quondam Gerodi Jorens, de Rumilliac subtus Curnillionem, sallerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff.

Visitetur domus Janini Ludovyci de Lausana, de qua conqueritur Ludovycus Planjon.

De gribello, servetur antiqua consuetudo, et fiat una clavis duntaxat.

Fiant due claves in porta Terralium, quarum una consistere debeat penes regem baliste, et alia tradatur propinquiori vicino ipsius porte.

Die Dominico xxvij^a novembris, fuit consilium celebratum in domo Fratrum Minorum super inferius descriptis. Presentibus : n. G. Gavid, Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, H. de Nanto, G. Roget, A. Pecolat, de Maludumo, Ro. Nycolay, H. de Boulo, P. Orsieres, Jo. Fernex, Jo. Turci.

Et, facto sermone de officiali foraneo et informacionibus ad causam hominis in castro Insule deffuncti, fuit conclusum : primo, quod differatur r. d. Nyciensi expedire informaciones contra olim syndicos sumptas, et evocentur jurati curie pro materia officialatus discussiunda.

Martis xxix^a novembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, H. de Nanto, P. Versonnex, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, A. Pecolat, P. Braset.

(Burgensis.) — Amedeus filius Jacobi Castellani, de Yenna, Bellicensis dyocesis, barbitonsor, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Johannes filius Jacobi Velliardi, de Comblenz, bro-

diator, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem pro et median-
tibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Mermeti Granet, de Monteser-
sonnay, peyrolerius, parrochie Sancti Victoris, fuit admissus in burgen-
sem pro et mediantibus viij ff.

Visitetur furnus Johannis Soquerii.

(*De officiali foraneo Annessiaci ponendo.*) — Auditis que exposuerunt
providi Petrus Porrallis, Petrus Navis et Glaudius Vandelli, curie d. offi-
cialis Gebenn. jurati, suis et omnium aliorum juratorum nominibus,
ad causam officialis foranei quem illi de Annessiaco habere satagunt, et,
quia r. d. Nyciensis episcopus, persone r. d. episcopi et principis Gebenn.
gubernator, suum contentus est prebere consensum ut officialis foraneus
in oppido Annessiaci apponatur, constituto prius de comodo et incomodo
dicti illustris et r. d. episcopi et principis, fuit absolute conclusum quod,
hora secunda post meridiem, doctores civitatis evocentur quorum
etiam interest hanc materiam amplecti, et hujusmodi materia discus-
ciatur, cum talibus in detrimentum nedum illu. et r. d. episcopi, verum
etiam dominorum de capitulo et, per consequens, tocius reipublice boni
cadentibus obstare, per validas rationes juris presertim in corpore intro-
clusas, phas esse censeatur.

(54) *Die suprascripta et hora secunda post meridiem.* — Sindici : Gavid,
Levrerii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Philibertus de Bona, s. d. Franciscus
de Veyriaco, P. Millieti, Jo. Ludovyci, A. Sucheti, R. Conodi, Jo.
Grossi, Chivallerii; H. de Nanto, A. Lyonardi, Boulo, G. Prepositi,
A. Pecolat, P. Porrallis; P. Versonnex, P. Braset, Viennesii, R. Nycolay,
Vandelli, Bueti, P. Navis, Jo. Fernex, S. Biollesii.

(*De officiali foraneo.*)

Inherendo conclusioni novissime facte, suprascriptis in consilio
Domus communis existentibus, fuit factus sermo et consilium celebra-
tum de comodo et incomodo illu. et r. d. episcopi Gebenn., ad causam
officialis foranei deputandi in oppido Annessiaci, cujus pretextu preno-
minati doctores ad consilium ipsum fuere evocati. Et, bulla apostolica
prius perlecta, un(i)usquisque super hiis suam reseravit voluntatem. Et,
quia de maximo ymo irreparabili incomodo et honore r. d. episcopi Ge-
benn. tractatur, et per consequens totius civitatis et rei publice, in casum

in quem r. d. Nyciensis episcopus, persone dicti r. episcopi gubernator,
consensum prebeat ut foraneus officialis in predicto loco fiat et consti-
tuatur. Tum primo : quia officarii in eodem loco deputandi pro justicia
ministranda erunt stipendiati per ipsum episcopum. Tum secundo : quia
appellaciones de quibuscunque sentenciis per eosdem decisas ad metro-
polititanam curiam divoluentur, ipso illu. et r. d. episcopo Gebenn. invito.
Tum tercio : quia compositiones per delinquentes facte in manibus
ipsorum officiariorum fere omnes deperdentur et de vento ipsi illu. d.
episcopo servient. Tum quarto : quia hec inclita civitas tantis fulcita
honoribus et diviciis, cujus fama ingens per plurima mundi loca spar-
gitur, depopulabitur. Tum quinto : quia subdicti dicti episcopi debi-
tores suos coram ipso officiali foraneo compellere cogentur. Tum sexto :
quia hec civitas soli et insolidum episcopo Gebenn. spectat et pertinet,
spectareque et pertinere dignoscitur; et velle suos paupertate opprimere
et non subdictos locupletari et ad tantos extollere honores, juri et equi-
tati profecto dissonum esse censetur. Nam, sicut vassallus suo domino
fidelitatem prestare tenetur, comodum et honorem procurare, sic
etiam dominus suos subdictos suis sub alis enutrire et protegere tenetur
ut ab omnibus thueantur adversis. Tum et septimo : quia princeps hujus
inclite civitatis alligat sibi manus et pedes, potestatem quam habet in
non subdictos conferendo, quam revocare, bulla apostolica obstante,
poterit nunquam. Tum octavo : quia predicti episcopi Gebenn. honor
leditur qui cunctis terrenis prefertur diviciis. Et, dato et non concesso
quod comodum ipsius episcopi soli foret foraneum habere officialem,
resultat dictum vulgare quod bonum commune et reipublice privato
preferendum est; nam olim gentiles, verum Deum omnia ab alto cer-
nentem non cognoscentes, ob reipublice amorem propriis filiis non
pepercerunt. Tum et decimo : quia bulla ipsa vicio nullitatis subjacet.
Unde, hiis actentis, clare constat illu. d. episcopum ejusque subdictos
gravem posse pati jacturam ob foraneum officialem predicto in loco
deputandum. Et, quia talibus obstare phas est, nemine discrepante, fuit
conclusum quod, habita prius cum dominis de capitulo conferencia
super hujusmodi materia, eidem r. d. Nyciensi fiant demonstraciones
sui cordis archam quoad hec perscrutando. Et, si sue voluntatis sit con-
sensus prebere velle hiis rationibus post terga rejectis, ad r. domi-
num Lausanensem episcopum recursus habeatur et ea notificentur; et

deinde appellatio interponatur et via juris prosequatur, graviora ne succedant.

Veneris secunda decembris. — Sindici : Gavid, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, Jo. Bueti, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Pecolat, Ja. Paquet, P. Versonnex, G. Prepositi.

(*De Bufflet.*) — Conclusione de Bufflet facta non obstante, solvat ipse Bufflet in qualibet nundena quinque florenos usque ad complementum solucionis. Et caveat per ejus uxorem.

(*Vigilles.*) — Si sint tres anni elapsi, fiant vestes vigilibus, et detur una quictono hospitalis pestifferi pro gratis serviciis etc.

(*Secretarius.*) — Solvat thesaurarius secretario civitatis, pro copia bulle ad causam officialis foranei Annessiaci, videlicet viij grossos, consindico Janini referente.

(55) *Martis sexta decembris.* — Sindici quatuor : — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, P. Braset, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo.

Petantur processiones ob temporis indisposicionem.

Detur pecunie pavisserio ut opus per ipsum incohatum imperfectum non remaneat, sed celeriori termino perficiatur, et computet thesaurarius cum eodem.

Facto sermone de officiali foraneo, gabella || vini || salis et licteris logiamentorum, fuit, nemine discrepante, conclusum quod r. d. Nyciensi episcopo, illustris et r. domini Gebenn. episcopi et principis gubernatori persone, detur, videlicet tercentum floreni auri parvi ponderis, hoc medio quod ipse dominus Nyciensis : primo, licteras felicis recordie r. d. Johannis Ludovici, episcopi Gebenn., ad causam logiamentorum confectas, confirmet seu confirmari faciat per r. d. episcopum Lausanensem, sedis episcopalis Gebenn. administratorem. Secundo, quod clerus consenciat appositioni gabelle super sale marino pro reipublice bono imponende, ut, cleri consensu habito, summus pontifex provideat. Tercio, quod officialis foraneus in loco Annessiaci non apponatur, et pasciatur cives et burgenses franchesiis et libertatibus civitatis uti et gaudere,

suorum majorum vestigia insequendo. Et, quia favor et auxilium r. d. Amblardi Goyeti, abbatis Filliaci, civitati multum prodesse potest, actentis eciam gratis serviciis civitati impensis et laboribus per eundem sumptis, fuit conclusum quod eidem detur centum floreni parvi ponderis; quibus mediantibus, juxta sibi per papam commissa ad causam Arenariarum procedere debeat, sic quod res ipsa suum sorciatur effectum.

Detur s. d. Philiberto de Bona et magistro hospicii Longefans id quod per consilium ordinarium fuerit ordinatum.

Expellatur vigil de quo alii convigilles conqueruntur.

Veneris nona decembris. — Sindici : Gavid, Levrierii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, H. de Nanto, Lyonardi, P. Orsieres, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Bueti, Paquet.

Committitur Jo. Spatule visitacio domus site in burgo Sancti Gervasii, et veniat relaturus ad Martis.

Glaudius Bellet, gribellerius, solitum prestitit juramentum.

Martis xii^a decembris. — Sindici : Gavid, Levrierii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, H. de Nanto, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Vaudo, P. Versonnex, G. Prepositi, P. Orsieres, Jo. Bueti, A. [Ja.] Paquet, de Maludumo, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Fernex.

(*Burgensis.*) — Robertus filius quondam Mauricii Agniellie, de Veyrie subtus Salavoz, ferraterius, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Vigil.*) — Georgius de Campis, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus vigil; qui juravit in forma etc.

Thesaurarius fieri faciat unam cathenam in putheo ante Sanctam Claram constructo.

(*Serviens.*) — Petrus Grilliet, de Roz, parrochie de Vendovres, fuit creatus serviens generalis vicedompni; qui juravit in forma etc.

(56) (*M. Lyonardi.*) — Solvat thesaurarius Michaeli Lyonardi, vigilli, videlicet sex florenos auri parvi ponderis, super uno burgensi percipiendos¹.

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

(*Vigilibus.*) — Fiat mandatum vigilibus de summa triginta solidorum pro vestibus fiendis, ut moris est, unicuique xxx solidi ¹.

(*Testimoniales.*) — Janinus Ludovycus de Lausana exposuit ad ipsius pervenisse aures quod nonnulli fuere de eodem conquesti de quadam sua domo sita in carreria Civitatis, ruynam ut asseruerunt minante, se offerens paratum adimplere que sibi incumbunt fienda.

(*Levrerii.*) — Facto sermone de egregio Petro Levrerii, consindico, proponente retroactis temporibus fuisse depredatum et bona sua, summam quatercentum florenorum excedentem, perdidisse pro serviendo civitati, et reipublice bonum procurando; ob quod peccit sibi saltem in parte satisfieri. In cujus absentia fuit conclusum quod eidem, pro laboribus per ipsum susceptis et gratis serviciis civitati impensis que dietim impendere non desinit, centum floreni parvi ponderis dentur, inclusis jam per thesaurarium eidem exbursatis. — (*Mandatum levatum.*)

Veneris xvja decembris. — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, A. Pecolat, Ja. Paquet, P. Orsieres, H. de Nanto, Boulo, Vaudo, Ro. Nycolay, Jo. Bueti.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum vigilibus, pro eorum stipendiis, de summa lx ff., cuilibet v ff. ²

(*Ordinacio.*) — In differentia existente inter Gringaux hinc et Petrum Bouloz et relictam Bonevite inde, Spatule et operarii dant relacionem vigore commissionis etc.; refferunt ut in causa. Et n. sindici pronunciaverunt ut in relatione continetur. Et quod ipse partes, videlicet Bonevite et Boulo, pro sportulis et pena operariorum solvere teneantur xij g. Cui pronunciacioni et ordinacioni acquiescere noluit dictus Bouloz, protestatus de nullitate etc. Et testimoniales, presentibus M. Lyonardi, vigille, et P. Bocardi, testibus etc.

(*Predicatori.*) — Detur predicatori in ecclesia Fratrum Minorum predicanti, Dei amore, centum fassine nemoris.

Martis xxxa decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, G. Prepositi, P. Versonnex, H. de Nanto, Ro. Nycolay, Ja.

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

² *Ibidem.*

Paquet, Boulo, Vaudo, P. Cornaz, Jo. Bueti, Jo. Fernex, A. Pecolat, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, P. Orsieres.

(*Cornaz.*) — De tapisseria Petri Cornaz facto sermone, fuit conclusum fore perquirendas conclusiones super hujusmodi materia factas. Et petatur ab eodem quo anno tapisseria r. d. Nyciensi episcopo fuit data.

(*Boulo.*) — Tractetur concordium de culcitra de qua Hugoninus de Boulo conqueritur, dicens se fore condempnatum ad restituendum eandem aut solvendum xij ff., ne civitas subire cogatur detrimentum.

(*Goyeti.*) — Intrentur thesaurario centum floreni dati r. d. Amblardo Goyeti ¹, pro gratis serviciis civitati impensis.

Confessio ad opus civitatis contra Bufflet.

Anno Domini millesimo quingentesimo secundo, indicione quinta et die decima tertia mensis decembris, in mis notarii etc., personaliter constituti Johannes Jaqueti alias Bufflet tanquam principalis, ad cujus preces et requisicionem se dat et constituit, de auctoritate dicti Bufflet, presentis et consencientis, et auctoritatem prebentis, fidejutricem et principalem insolidum, Ludovyca filia quondam Johannis Du Bie, dicti Bufflet uxor, et ipsorum quilibet principaliter et insolidum debere confitentur et legitime solvere teneri nobilibus Glaudio Gavid, Petro Levrerii, Percivallo Peyrolerii et Johanni Janini, sindicis civitatis Gebenn., et sindicario nomine ejusdem, videlicet lxxv ff. parvi ponderis, decem (57) grossos cum dimidio, et hoc pro resta firme ponderis bladi eidem alias admodiate, solvendo per eosdem Bufflet, principalem, et fidejussorem, et quemlibet ipsorum insolidum, videlicet : nundenis modernis festi Omnium Sanctorum quinque florenos auri parvi ponderis, in sequentibus nundenis Epiphanie quinque florenos, et sic in qualibet nundena quatuor nundenarum in civitate Gebenn. teneri solitarum quinque florenos, usque ad complementum solucionis dictorum lxxv ff. et decem grossorum cum dimidio, in manibus nobilis Johannis Turci, receptoris emolumentorum civitatis moderni vel qui pro tempore fuerit etc.; promictentes etc.; submitentes etc.; renunciantes etc., presertim dicta Ludovyca juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem et omni alio juri in favorem mulierum introducto etc. Actum Gebenn. in bancha

¹ Abbé de Filly. Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

communis scribanie officialatus Gebenn. Presentibus ibidem providis viris Jacobo Prophenacti et Francisco Galliardi, testibus etc.

Montyon.

Veneris xxiiij decembris. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, A. Pecolat, H. de Boulo, G. de Vaudo, G. Roget, A. [Ja.] Paquet, A. Lyonardi, Jo. Bueti, Jo. Nergaz, P. Orsieres, Ro. Nycolay, P. Versonnex, G. Prepositi.

De Jacobo Gocrosii facto sermone, fuit conclusum quod, constituto non tenuisse scanum eidem civitatis parte admodiatum spacio trium mensium, reverberentur ipsi tres menses super salario dicti scangni ut suadet ratio.

(*Crida.*) — De crida, quia omnibus se reddit amabilem, ideo fuit conclusum quod dentur eidem quatuor floreni super firma cride reverberandi¹. — (*Mandatum levatum.*)

(*Sigillifero.*) — Dentur d. sigillifero duo testoni quia licteras ad causam Arreneriarum factas sigillavit.

(*Richardi.*) — De secretario Richardi, qui signavit licteras predictas et instrumentum donacionis recepit², fuit conclusum quod thesaurarius alloquatur eundem et discretioni ipsius stetur.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Petri Michonis, de Herchant, laborator, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus viij ff. parvi ponderis, viij ff.

Martis xxvij decembris. — Sindici: Levrierii, Peyrolerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, A. [Ja.] Paquet, H. de Nanto, H. de Boulo, G. de Vaudo, P. Versonnex, de Maludumo, G. Prepositi, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, P. Orsieres.

(*Richardi.*) — Intrentur thesaurario sex floreni et duo grossi dati secretario Richardi pro signatura licterarum ad causam Arreneriarum; et clerico qui ipsas scripsit, unus testonus.

Veneris penultima decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, A. Pecolat, Ja. Paquet, H. Nanto, Jo. Nergaz, H. de

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. II.

² Voir Arch. de Genève, P. H., n° 754.

Boulo, G. de Vaudo, G. Roget, P. Orsieres, de Maludumo, G. Prepositi, R. Nycolay, Jo. Bueti, P. Versonnex.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Glaudio Quibleti, heredi Jacobi Quibleti sui quondam patris, de summa xx ff. iij gr. et unius den., causis in rotulo, etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Moneto Bessonet de somma xxiiijor florenorum unius grossi et decem denariorum cum obolo, causis in rotulo etc.

De tapisserie P. Cornaz, nobiles sindici loquantur r. d. Nyciensi episcopo, an eidem civitatis parte fuerit data; et equidem de gabella vini, ut, responsione audita, super hiis modo meliori quo fieri poterit provideatur.

1503.

(58) *Martis tercia januarii.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, Jo. Fernex, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, H. de Nanto, P. Versonnex, P. Orsieres, Jo. Nergaz, H. de Boulo, G. de Vaudo, de Maludumo, A. Lyonardi, Jo. Malliardi, Jo. Pesmes, Ja. Paquet.

De oraculo fiendo, fuit conclusum quod visitetur locus et visitato provideatur.

(*Cornaz.*) — Fiat mandatum P. Cornaz de somma octo scutorum auri, pro tapisserie r. d. Nyciensi episcopo civitatis parte data et per ipsum Cornaz tradita.

De macellariis, compellantur ad formam promissionis per eosdem facte, que videatur.

(*Burgensis.*) — Petrus, filius quondam Petri Colleti, de Altavilla, parrochie Sancti Gervasii, macellarius, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Levrerii.*) — Facto sermone de gabella salis, fuit conclusum: primo, quod licteris prius a r. d. Nyciensi habitis, harum occasione destinetur consindicus Levrierii ad r. d. Lausanensem episcopum, sedis episcopalis Gebenn. administratorem. Et de dono eidem fiendo, fiat sermo.

Jovis quinta januarii, vigillia Epiphanie. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, A. Pecolat, Jo. [Ja.] Paquet, H. de Nanto,

Ro. Nycolay, G. de Vaudo, P. Versonnex, G. Prepositi, A. Lyonardi, P. Orsieres, de Maludumo, Jo. Bueti, G. Roget, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi.

Detur vigilibus florenus unus pro estrenis.

Solvat gabellam curatus de Vaudent.

Visitetur fusta existens subtus Alam et removeatur si expediens videatur.

Martis decima januarii. — Sindici : Gavid, Levrerii, Janini; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, P. Versonnex, G. Roget, P. Braset, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Bueti, G. Prepositi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo, A. Pecolat, R. Nycolay, Ja. Paquet.

Communicentur franchisesie s. d. Petro Millieti, legum doctori.

(Bessonet.) — De Bessonet petente sibi solvi licias, fuit conclusum, visa prius et perlecta conclusione de dictis licis facta, quod eidem solvantur, et concordet thesaurarius cum eodem minori precio quo fieri poterit.

(De peste.) — De peste, pro dolor, in hac civitate vigente et carreriis inmondis facto sermone, fuit conclusum quod Johannes Nergaz, hospitalerius hospitalis pestiferorum, domos morbosas mundare faciat per quictonum ipsius hospitalis et alios ab eodem deputatos. Et divites morbo pestifero infecti quos ad hospitale vehi continget solvere teneantur dictis quictono et aliis ad hoc electis, videlicet duos ff. parviponderis, aut super bonis mobilibus existentibus in domibus a quibus mortuorum corpora extrahentur floreni duo solvantur. Si vero competenter sint divites, unum florenum solvere teneantur; et, si pauperes et non solvendo, sumptibus hospitalis domus mudentur et horum corpora in ipso hospitali sepeliantur, ut hec inclita civitas, Deo duce, ab omni morbo pestifero liberetur. — Et deinde loquantur n. sindici s. d. Maurianensi episcopo, s. d. Grossi et aliis in carreriis publicis fimum habentibus, ut admoveant, ne hac occasione graves generentur infirmitates.

(De gabella salis.) — Habeatur bulla conficienda ad causam introgii salis marini, et rescribatur d. de Bosco, prout jam pluries extitit conclusum. Et rescribat equidem P. Versonnex.

Solvat Johannes Luppi gabellam, excusacionibus per ipsum adductis non obstantibus.

(59) Veneris xiiija [xiiija] januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, A. Pecolat, H. de Nanto, Ja. Paqueti, A. Lyonardi, de Maludumo, Boulo, Vaudo, Jo. Nergaz, P. Orsieres, G. Roget, Ro. Nycolay, Jo. Malliardi.

(Mistralis.) — Detur magistro Mistralis, pietatis intu hitu, buctine seu unum par socularum duplorum, causis in supplicatione per eum porrecta actentis.

Petantur processiones ob temporis indisposicionem.

(Intrentur.) — Fiat mandatum thesaurario de somma xvij ff. xj g. vj d. qui sibi intrentur, causis in rotulo descriptis.

Martis xvij januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Prepositi, Ro. Nycolay, P. Orsieres, Boulo, Vaudo, A. Pecolat, H. de Nanto, Ja. Paquet, de Maludumo, Jo. Bueti, G. Rogeti, Malliardi.

Visitetur murus de quo conqueritur Johannes Bernardi, et veniant relaturi ad Veneris.

Sumantur informaciones contra Ciclatam, et sumptis justicia ministretur.

Fiant cride ne quis in civitate et infra limites trahere presumat colorinas.

Veneris xx^a januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Prepositi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. de Nanto, A. Lyonardi, P. Orsieres, Boulo, Vaudo, de Maludumo, P. Versonnex, G. Roget.

(Bessonet.) — De Bessonet querimoniam faciente de licis per ipsum factis, fuit conclusum quod thesaurarius juncto secum Pecolat visitent rotulum, et visitato refferant.

De magistro Jacobo Quibleti, fuit conclusum quod solvantur stipendia ad ratam temporis.

Macellariis serventur promissa.

Visa lictera missiva magnificorum d. Bernensium in favorem cujusdam mercatoris scribentium, fuit conclusum quod eidem mercatori alemano favores possibiles dentur, et loquantur magnifico d. vicedompno cujus interest super hujusmodi re justiciam ministrare.

De monetis et olim vini gabelle exactoribus, loquantur n. sindici r. d. Niciensi episcopo.

Martis xxiiij januarii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, Ja. Paquet, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, de Maludumo, A. Pecolat, Vaudo, Boulo, H. de Nanto, Ro. Nycolay, Bueti, Orsieres, Prepositi.

(60) (*Burgensis.*) — Johannes Bonijohannis, filius quondam Michalleti Bonijohannis, du Borget, fornerius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus in burgensem pro viij ff.

Loquatur consindicus Levrierii P. Foyssie, et antequam [bullae ?] habeantur ad causam hospitalis et introgii salis marini, fieri faciat signatura, ut visa recte omnia fiant.

(*De monetis.*) — De monetis facto sermone, fuit conclusum quod cride facte de mandato illu. d. Sabaudie ducis harum occasione videantur, et deinde proclamantur in civitate, modo et forma in eisdem descriptis, et modo in civitate proclamari solito.

Pietatis inthuitu, magistro Sebastiano, tortori, dentur floreni parvi ponderis duo.

Veneris xxvija januarii. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, G. Roget, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, Boulo, Vaudo, H. de Nanto, P. Orsieres, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, Malliardi, de Maludumo, (Jo. Bueti,) P. Versonnex.

Concordent moderni gabelle vini exactores cum Monetier de pecuniis civitati debitis de vino per ipsum vendito.

Debentes mondare carrerias veniant Martis proxima.

Visa lictera missiva per magnificos dominos Bernenses in favorem Theugner, fuit conclusum quod egregius P. Levrierii eundem cum Nycodo Valleti appunctuet et concordet, lite ambigua cessante.

Solvat thesaurarius Johanni Ballardij vij ff. et iiij g., causis in rotulo descriptis.

Solvat thesaurarius Jacobo Goctrosii iiij ff. iiij g. x d. cum obolo, causis in rotulo descriptis.

Martis ultima januarii. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, G. Roget,

H. de Nanto, A. Pecolat, G. Prepositi, A. Lyonardi, Boulo, Vaudo, de Maludumo, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, Jo. Nergaz, P. Braset, Jo. Malliardi, P. Versonnex, P. Orsieres.

(*De Bosco.*) — Rescribatur r. d. Nycolao de Bosco, pro obtencione bullarum introgii gabelle salis et hospitalis Civitatis quas solicitare habebit; pro quarum sollicitacione dentur x ducati bullis habitis. Et quod P. Foyssie pro omni impensa respondebit.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Johanni Colleti decem florenos parvi ponderis pro culcitra sua civitatis forrerio data et deperdita, et pro qua fuit condemnatus ipse H. de Boulo, forreriarius, ipso Colleti instante, ad restituendum eandem culcitram. Et deinde solvat Curteti, secretario, quatuor florenos pro suis scripturis.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxv floreni parvi ponderis et duodecim centum carroni donati, pro gratis serviciis per ipsum civitati impensis, s. d. Philiberto de Bona, eciam quia fuit destinatus apud Chamberiacum pro jurisdictione r. d. Gebenn. episcopi manutenenda.

Veneris tercia februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, A. Lyonardi, Jo. Bueti, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, P. Orsieres, de Maludumo, Boulo, Vaudo, (Ro. Nicolay,) A. Pecolat, G. Prepositi, G. Roget, Jo. Fernex, Malliardi, P. Versonnex, Nanto; — Jo. Velluti, Byolesii, Cristinus Tombeti, Grueti, Jo. Ballieti, G. Velluti, H. Boulardi, (61) Cergat, Satignie, Jo. Donzelli, Lyonardus Boytet, G. Curti, S. Bonijohannis, Ny. Mahuet, Berlioz, Bachodi, P. Lingocti, A. Gervex, N. Gentilis, A. Hospitis, M. Chaudiot, Coppet.

Die suprascripta, supranominati ad consilium fuere vocati pro sindicorum hoc anno creandorum electione fienda, ut moris est. Qui, vocibus per eosdem et quemlibet ipsorum emissis, elegerunt et electionem fecerunt prout in rotulo continetur.

(*Berlioz.*) — De vino per Berlioz vendito, fuit conclusum quod gabelle vini exactores exigant ab eodem que poterunt, eundem pietatis inthuitu graciosae tractando.

Admodientur plathee communes solito more et mudentur carrerie publice per deputandos, licteris a r. d. Nyciensi episcopo habitis.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario centum et decem novem floreni,

decem grossi et decem denarii monete, qui sibi debentur, causis in rotulo descriptis, actento juramento etc.¹

(*Lingocti.*) — Mandatur thesaurario quod solvat n. Michaeli Lingocti, seu ejus heredibus, videlicet lx ff. iiii g. ix den., pro causis in eodem rotulo exaratis etc.

QUINGENTESIMO TERCIO

Dominico va februarii, anni millesimi quingentesimi tercii, sindicorum creandorum per subnominatos, ad sonum grosse campane, facta extitit in claustro Sancti Petri Gebenn., ut moris est, electio.

G. Gavid, P. Levrierii, Peyrolerii et Janini, syndici de anno quingentesimo secundo creati; — G. Roget, P. Braset, Jo. de Planis, H. de Nanto, Jo. Bueti, G. de Vaudo, P. Navis, S. Bachodi, G. Prepositi, A. Lyonardi, P. de Becio, P. Bardini, P. Sapientis, G. Vernaz, C. Chatronis, N. Gentilis, P. Poterelli, H. Grueti, Coppet, C. Tombeti, Ly. Boytet, Cergat, Jo. de Ulmo, Jo. Pensabini, Jo. Turci, P. Versonnex, P. Orsieres, A. Pecolat, de Maludumo, Jo. Nergaz, Jo. Donzelli, H. Ferraz, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, H. Brune, P. Grassie, P. de Sancto Germano, A. Hospitis, P. Ginodi, P. Lingocti, G. Vouchardi, Satignie, N. Mahuet, G. Curti, H. de Boulo, Jo. Fernex, Jo. Migardi, G. Vincencii, Lamon, s. d. Fran. de Veyriaco, G. Velluti, Jo. Comitit, A. Beatrisii, P. Lambert, Ja. Nepotis, H. Boulardi, M. Dorsie, P. de Furno, S. de Villa, Jo. de Tulia, Jo. Conversi, H. Bochuti, P. Hospitis, G. Pensabini, Ja. Bellini, Ja. Bochini, M. Chaudiot, de Fonte, Jo. Ballieti, S. Bonijohannis, P. Berlioz, Chappuysii, Puthodi, H. Glaudon.

(*Syndici nunc creati.*) — Fuerunt creati syndici et procuratores hujus civitatis Gebenn., emissis vocibus ut moris est, n. et honorabiles P. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Nanto et P. de Maludumo. Qui solita prestiterunt juramenta etc.

Consilarii electi *Lune vja februarii* per n. et honorabiles Orsieres, Vaudo, Nanto et de Maludumo, modernos syndicos; ² — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Roget, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Peyrolerii,

¹ Arch. de Genève, *Comptes, mandats et quittances*, portef. III.

² Dans le registre, cette liste a été intercalée entre la séance du 3 et celle du 5 février.

Nergaz, Ja. Paquet, G. Hugonis, Braset, Pesmes, Jo. Janini, P. Levrierii, Jo. Malliardi, Jo. Fernex, A. Gule, G. Prepositi, P. Versonnex, Lyonardi, de Borjali, Boulo, L. Lestelley, Cornaz.

(62) *Martis vij februarii.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Roget, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Jo. Nergaz, Ja. Paquet, G. Hugonis, Jo. Janini, P. Levrierii, Jo. Malliardi, Jo. Fernex, A. Gule, G. Prepositi, P. Versonnex, A. Lyonardi, H. de Boulo, de Borjali.

De magistro Glaudio Quibleti facto sermone, fuit conclusum quod pro qualibet jornata solvantur eidem tres solidi simpliciter.

Conquestus est egregius H. Boverii, servitor n. Johannis Noelli, generalis Sabaudie, de nonnullis vigilibus qui eundem herina die sine cause cognitione ceperunt, asserens in hujusmodi capcione nonaginta florenos perdidisse et per eosdem vigilles fuisse sibi ablatos, quos petit restitui et justiciam ministrari. Qua querimonia audita, fuit conclusum quod eidem fiat responsio quod, si denunciare velit et partem expressam facere contra vigilles, si delinquerint via juris pugnentur et justicia ministrabitur. Qui vigilles, ipso presente, protestati sunt de injuria eisdem illata, expresse negantes pecunias quas dicit perdidisse in eorum potestate habuisse.

(*Gabelleriis.*) — De gabelleriis, visa quictancia cum inhibicione in eadem descripta, fuit conclusum quod n. syndici ad r. d. Nyciensem episcopum accedere debeant et erga eundem instare ut he(c) lictere revocentur, cum illu. d. nostri Sabaudie ducis nunquam fuerit voluntatis civitatis jura tollere et in alios transferre, sua lictera missiva n. sindicis et civitatis consilio directiva testante, quam unacum quictancia eidem r. d. monstrare debeant, ut veritas elucescat.

(*Cride.*) — Fiant cride de hominibus habitum dissimulatum defferentibus, patisseriis, lusoribus publicis, nomen Dei blasfemantibus, hominibus eciam ocio viventibus et quoquinis.

(*Foyssie.*) — Ibidem nobiles syndici, de consensu supranominatorum consiliariorum, preceperunt honorabili Johanni Turci, receptori emolumentorum civitatis, ut se obliget n. Petro Foyssie pro summa lx ducatorum pro obtencione licterarum apostolicarum ad causam gabelle salis et hospitalis fiendarum, modo et forma in lictera missiva r. d. Nycolao

de Bosco civitatis parte directiva descriptis. Et eundem thesaurarium n. sindici, sindicario nomine, de prescripta summa indempnem servare promictunt cum clausulis opportunis etc.

(*Receptor.*) — Receptor generalis, nobilis Johannes Turci.

(*Secretarius.*) — Et Ludovycus Montyonis, secretarius.

(*Portitor.*) — Michael Lyonardi, vigil, janitor consilii. Qui supranominati solita prestiterunt juramenta. Sub stipendiis assuetis.

Veneris xa februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, G. Roget, Jo. Janini, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, de Borjali, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, Peyrolerii, A. Lyonardi, G. Hugonis, P. Levrierii, H. de Boulo.

(*De pavimento Fusterie.*) — De pavimento Fusterie facto sermone, fuit conclusum quod fiat pavimentum pro decoracione ipsius plathee.

De procuratore creando, ut civitatis agibilia salubrius regantur, factus extitit sermo, sed, ob varias oppiniones, nichil fuit conclusum.

(*Boulo.*) — Admictatur Hugoninus de Boulo de consorcio consiliariorum, et solitum in n. sindicorum manibus prestet juramentum.

(*Puer vulgo quesitus.*) — De puero cujus pater ignoratur, sumantur informaciones, et honorabili Jacobo Paqueti id faciendi onus relinquitur.

(63) (*R. d. Goyeti.*) — Quia favor et auxilium r. d. Amblardi Goyeti civitati prodesse potest, ideo, ipsius contemplacione, fratri vini gabella detur nec quicquam ab eodem exigatur.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat magistro Glaudio Qibleti septem florenos parvi ponderis, unum grossum et sex den. pro causis in rotulo descriptis.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jacobo Qibleti, pavisserio, videlicet cc lx ff. xj g. tres den., pro pavimento per ipsum in plathea Molaris facto; et Johanni Pollet xxxix ff.; et Glaudio Vernaz vj ff. vj g., pro terra ad ipsam platheam per eosdem transducta.

(*Pavisserius.*) — Suprascriptus pavisserius medietatem pene horum qui pavimentum theysiarunt solvat, et civitatis receptor aliam medietatem, ut omnia recte fiant.

(*R. Amb. Goyeti scribit a Chamberiaco.*) — Perlecta lictera missiva per r. d. Goyeti egregio P. Levrierii transmissa, conclusum extitit quod eidem rescribatur et civitatis negocia commendentur.

Martis xiiija februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Fernex, G. Roget, Jo. Bueti, Pecolat, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, Ja. [Jo.] Nergaz, Boulo, Janini, Jo. Malliardi, G. Hugonis, Peyrolerii, Lyonardi, P. Versonnex.

(*Grasset.*) — De Grasset et Marlioz facto sermone, viso prius instrumento per dictum Grasset exhibito, fuit conclusum quod, habita fidejussione ydonea, liberetur dictus Grasseti.

(*Plathee communes.*) — De platheis communiibus, fuit conclusum quod evocentur qui admodiaverunt platheas, et, ipsis consencientibus, admittentur a porta Rodani usque ad portam Rippe, prout sermo factus extitit.

De puero de quo sermo jam factus fuit, actento tenore informacionum sumptarum instante procuratore Omnium Animarum, juncto procuratore fiscali, compellatur Johannes de Pactes via juris.

Fuere pietatis inthuitu dati Johanni Foraz, condurerio, xxx solidi pro salario cujusdam arche site ante Dominam Nostram pontis Rodani, civitati pertinentis.

De Bessonet, ad Veneris.

(*Vigilibus.*) — Fuere tradite brigantine cum secretis vigilibus particulariter n. sindicis in consilio prandio sumpto. Existentibus vigilibus: videlicet Michaeli Lyonardi, G. Bocardi, P. Arbalisterii, A. Planchans, Jo. Clerici, Johanne de Lira, Jo. Martini, H. Bolliez, G. Deschans, G. Bajolaz, P. Chappuys et Stephano Pauloz. Qui et ipsorum quilibet promiserunt restituere etc., cum clausulis opportunis.

(*A. Pecolat; Ro. Nycolay.*) — De gabella vini et salis exigenda fuit factus sermo. Et, vocibus emissis per suprascriptos syndicos et consulares, absolute conclusum extitit quod Roletus Nycolay et Anthonius Pecolat exigere et recuperare debeant per unum annum integrum xv^a mensis hujus februarii incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto etc. Quiquidem Roletus et Anthonius promiserunt et juraverunt super sanctis Dei evangeliis in n. sindicorum manibus per ipsos et quemlibet ipsorum corporaliter tactis prestitis, dictam vini et salis gabellam, bene, legaliter et probe, ut res sua propria, exigere et recuperare, nec quenquam pretextu exactionis opprimere, deque exactis et recuperatis bonum computum et legitimam rationem reddere in manibus nobilium sindicorum, seu thesaurarii emolumen-

torum civitatis Gebenn. qui nunc est et qui pro tempore fuerit; sub hac tamen condicione quod, si pestis et mortalitas, quod absit, hoc anno durante vigeret, supersedere debeant in ipsius gabelle exactione, et supersedeatur quousque tempus convaluerit. Et cuilibet dentur centum floreni pro suis sciencia penaque et laboribus per ipsum suscipiendis. Et, audita querimonia per eosdem facta, fuit conclusum quod pro anno preterito dicta die finiendo, civitatis parte Magnaz sua solvantur stipendia.

(*Olim gabellae vini exactores.*) — Monicio contra olim gabelle vini exactores obtenta usque ad medium Cadragesime prorogetur, qui interim solvant, alias contra eosdem per censuras ecclesiasticas procedatur.

Veneris xvij februarii. — Quatuor syndici; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Ro. Nycolay, G. Prepositi, Jo. Janini, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Ja. Paquet, H. de Boulo, G. Hugonis, Jo. Bueti, P. Versonnex, Jo. Malliardi, P. Braset, Roget, Peyrolerii.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Guilliermo Besonet, fusterio, xx ff., pro fusta per eundem librata pro reparacionibus civitatis ob adventum illu. d. Margarite, duchisse Sabaudie.

(64) De Leamon sermo factus extitit, et conclusum quod stetur conclusioni facte de eodem et pecuniis per ipsum petitis. Et satisfaciatur civitati de hiis in quibus tenetur.

Admodientur plathee communes ad Martis proximam.

(*Piscaria.*) — De piscaria de qua conquestus est r. d. Nyciensis episcopus, fuit conclusum quod n. syndici accedere debeant ad illu. r. d. Nyciensem, et eidem fiant demonstrationes quomodo cives et burgenses in usu et consuetudine sunt et fuerunt per longissima tempora hominum memoriam excedentia piscari retro suas domos sine quacunque contradicione; et, ut de hiis veritas elucescat, coram eodem sua veritatis testimonia perhibeant quinque aut sex ex senioribus civitatis quos secum adducant, et supplices erga eundem fondere habeant preces ut, predictis usu et consuetudine suorum majorum vestigia sectando, uti et frui paciatur et permittat.

Thesaurarius civitatis cum vini gabelle exactoribus computet et deinde de exactis computum reddat.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Petro Tissocci,

procuratori n. Johannis Lingocci, constante procuratorio per Vincencii recepto sub anno m^o quingentesimo secundo et die xvij^a novembris, summam in rotulo per Pecolat signato descriptam.

(*Jo. Marlioz; P. Berardi.*) — In nomine Domini amen. Universis fiat manifestum quod, cum pridem nobiles et honorabiles Glaudius Gavid, Petrus Levrierii, Percivallus Peyrolerii et Johannes Janini, syndici et procuratores civitatis Gebenn., admodiaverunt introgium bossetarum vini honestis Nycolao Grasseti et Johanni Marlioz, burgensibus Gebenn., sub firma quinque centum et quadraginta florenorum parvi ponderis, promiseruntque id precium solvere, et caverunt unus per alium, et ex habundanti per Petrum ipsius Grasseti filium de ipsius patris auctoritate, prout plenius constat admodiacionis instrumento per me subsignatum recepto sub anno Domini m^o quingentesimo secundo et die xv^a mensis novembris¹; hinc propterea fuit et est quod, anno Domini m^o quingentesimo tercio, indictione sexta, et die xvij februarii, in mis notarii etc., constitutus personaliter dictus Johannes Marlioz, qui gratis etc., pro se et suis etc., promittit, ejus medio juramento etc., summam prescriptam in ipso admodiacionis instrumento, terminis in eodem descriptis, solvere. Et cavet per Petrum Bessonis alias Berardi, borserium et burgensem Gebenn., et ipsorum quilibet principaliter et insolidum promiserunt summam supradictam in manibus thesaurarii etc. solvere. Et ipse Marlioz eundem Berardi fidejussorem et principalem insolidum indempnem servare etc., dicto Gras[s]eti presente et sic fieri jubente, petenteque se et dictum ejus filium liberari a fidejussione per eosdem prestita, ipso admodiacionis instrumento non obstante, et ex nunc eosdem syndicos etc. et totam communitatem quictant et quictos tenere promittunt occasione promissionis per olim syndicos sindicario nomine eisdem facta de eosdem manutenendo uno anno durante. Et, syndici moderni, sindicario nomine, de consilio omnium in eodem existencium, eosdem patrem et filium a dicta fidejussione eximunt et liberant per presentes, non derogando predictae admodiacioni quantum concernit dictum Marlioz, sed duntaxat quantum concernit dictos patrem et filium illi expresse derogant etc. Submittentes se dicti Marlioz et Berardi quilibet ipsorum insolidum omnibus curiis etc.; renunciantes etc., presertim juri dicenti principa-

¹ Voir ci-dessus, p. 86.

lem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc., cum et sub aliis renunciacionibus et clausulis ad hec opportunis in majori forma intelligendo. Actum in consilio ordinario, die Veneris xvij februarii quingentesimo tercio. Presentibus Gonrardo Hugonis et Johanne Bueti, notario, testibus ad premissa vocatis et rogatis etc.

Accedant n. sindici ad domum vocatam « Le Berlant », et accessis, hospes domus capiat, et lusores cum hospite pugnantur juxta formam cridarum.

Martis xxj februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, A. Lyonardi, A. Pecolat, Ja. Paquet, Jo. Janini, H. de Boulo, G. Roget, Jo. Malliardi, Peyrolerii, G. Prepositi, Jo. Fernex, Jo. Nergaz.

(De conductu Fusterie.) — De conductu Fusterie facto sermone, conclusum extitit quod, pro bono reipublice et civitatis decoracione, fiat.

Compellantur macellarii ad vendendum carnes juxta cridarum tenorem.

Citetur Chenevalis ad recognoscendum, si recognoscere recuset, ne civitas suo jure privetur et jacturam subire cogatur.

(A. de Bellomonte.) — Visa et perlecta lictera missiva parte illu. d. Sabaudie ducis n. sindicis et communitati transmissa in favorem Amedei de Beaumont, ad causam gabelle vini per ipsum in civitate venditi, actentis etiam que proposuit, videlicet vinum ipsum ob illu. d. duchisse adventum emisse et ultra centum aureos perdidisse, fuit conclusum quod nichil ab eodem exigatur.

(65) Veneris xxiiij^a februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Janini, A. Lyonardi, Jo. Malliardi, A. Pecolat, Boulo, G. Hugonis, P. Paquet, Jo. Bueti, Jo. Fernex, G. Prepositi, P. Versonnex, Roget.

Detur unus florenus vigillibus pro festo Carnisprevii.

(Richarda.) — Richarda aliam reperiat nutricem que puerum vulgo quesitum nutriat, quam Omnium Animarum procurator solvat.

(Collognier.) — Nycodus Collognier, juxta per eundem conventa, solvat gabellam et in futurum graciose tractetur.

Mondetur domus infecta per hospitalerium, ut graviora evitentur. Sumantur informaciones contra vigillum, et sumptis provideatur.

(Tollatur.) — Tollatur edificium per Cassabocton super communi factum, ut aliis cedat in exemplum.

Martis ultima februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Paquet, Janini, Lyonardi, Pecolat, Ro. Nycolay, L. Lestelley, Malliardi, Prepositi, Peyrolerii, Roget, G. de Borjalli, G. Hugonis, Jo. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Nergaz, Boulo, P. Versonnex.

(Burgensis.) — Guichardus filius Nycodi Navilli, de Pers, excofferius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(Admodiatio.) — Eadem die suprascripta et presentibus quibus supra, nobiles sindici, sindicario nomine, admodiaverunt Petro Rosetaz, presenti etc., carrerias publicas, videlicet a porta Rodani usque ad portam Rippe, et superius a domo Johannis Ducis usque ad crucem beate Marie Magdalenes, inclusa carreria vocata Pugnesez et quatuor platheas communes, videlicet Molaris, Longemale, Fusterie et Domine Nostre pontis Rodani, ad illas mondandas qualibet ebdomada et fimum recolligendum una aut duabus vicibus in ebdomada, per unum annum integrum die crastina incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma cujuslibet anni octo florenorum parvi ponderis solvendorum: in principio anni in manibus receptoris emolumentorum qui nunc est et qui pro tempore fuerit etc. medietatem, et aliam medietatem in fine anni etc. Promictentes ipse partes etc., renunciantes etc., submictentes etc., cum et sub promissionibus et clausulis in talibus opportunis. Actum ut supra.

Veneris tercia marcii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Roget, G. Gavid, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ja. Paquet, Peyrolerii, Janini, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Boulo, G. Hugonis, R. Nycolay, A. Lyonardi, L. Lestelley, P. Versonnex, J. Goyeti.

(Theotonicus.) — Auditis que exposuit Theodolus Deytrix, alemanus, ad causam quinquaginta somatas salis de quibus gabelle. exactores petunt solvi gabellam, fuit conclusum quod de eisdem l somatis nichil exigatur.

Visitentur per n. syndicos, castellanum, seu procuratorem fiscalem, domus ruynam minantes, ut scandallis obvietur.

Loquantur n. syndici r. d. Nyciensi episcopo seu episcopali consilio de monetis, ne civitas harum pretextu jacturam subire cogatur. Et etiam de carreriis publicis. Equidem ut sue voluntatis sit revocare inhibitiones contra olim gabelle exactores factas ad instanciam Glaudii Thorens, ut de vino vendito solutionem consequi possint.

(*Serviens.*) — Johannes Sanctaliaz fuit admissus in servientem generalem vicedompnatus; qui solitum prestitit juramentum.

Georgius Curtilliet plastronum civitati pertinentem reddidit.

(*Vigilibus.*) — Detur vigilibus j gr. ix d. pro pena quam habuerunt expellendo quoquinos.

(66) (*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Losserii, de Quercu, parrochie Magdalenes, patisserius, fuit creatus burgensis pro viij ff.

Perficiantur recogniciones ne civitatis jura pereant.

(*Jo. Goyeti.*) — Nobilis Johannes Goyeti de consorcio consiliariorum fuit admissus, et solitum in n. syndicorum manibus prestitit juramentum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Glaudio Quiblet de somma xxx grossorum, pro una veste eidem debita ad causam sui officii, casu quo servire velit, juxta conclusionem de eodem novissime factam.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum eidem de somma in rotulo descripta, pro causis in eodem exaratis, viso mandato facto prius per r. d. Nyciensem episcopum.

Detur vigilibus tres solidi pro pena et labore per eosdem susceptis pro nyvibus super tectis existentibus removenda.

(*Predicatori.*) — Intrentur thesaurario xv grossi pro fassinis predicatori moderno datis, et x solidi et sex d. pro candelis eidem equidem datis.

Martis vija marcii. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Roget, Jo. Bueti, A. Pecolat, Prepositi, Ro. Nycolay, Jo. Janini, Jo. Fernex, A. [Ja.] Paquet, Jo. Nergaz, Jo. Goyeti, Boulo, P. Versonnex, P. Levrierii, A. Lyonardi, G. Hugonis.

De detento in castro Insule, formetur processus et via juris contra eundem procedatur.

Suo in esse remaneat admodiatio de platheis communibus facta.

De piscaria, ne cives sua priventur possessione, testes examinentur et informaciones sumantur, et de hiis r. d. Nyciensis episcopus informetur.

De monetis facto sermone, fuit conclusum quod evocentur generalis monetarum et cum eodem plures numero, ne graviora succedant, ad diem crastinam sumpto prandio.

(*Victualia.*) — Vigilles paupertate nimia oppressi, victualium caristia causante, supplicationem porrexerunt; qua visa et perlecta, conclusum extitit quod fiat mandatum de somma xxx ff., solutionem termini anticipando.

(*Burgensis.*) — Nycodus, filius quondam Johannis de Rua, de Luysino, charrerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Venditio.*) — Ibidem, presentibus Michaele Lyonardi, Johanne Daguini, testibus, Jacobus et Petrus Pillionex et Mermetus Vorsiez, parrochie de Herchan, vendunt predictis n. syndicis et civitati, videlicet xxxx cadrigatas lapidum de grectz, precio qualibet quadrigata vij grossorum monete, quas ipsi et quilibet insolidum suis sumptibus et expensis vehi et conduci facere teneantur usque ante ecclesiam Sancti Gervasii, hinc ad festum Pasche proxime futurum, ita quod hiidem lapides sint boni ad dictum lathomorum expertorum; promictentes etc., submictentes etc., renunciantes etc., cum clausulis opportunis etc. Et confitentur habuisse manu honorabilis Jo. Turci decem florenos parvi ponderis etc.

Mercuri nona [octava] marcii. Syndici quatuor; — magister monetarum, Rodolphus equidem magister, castellanus civitatis, P. Versonnex, P. Fernex, N. Gentillis, N. de Villario, A. Gule, Jo. de Mara, Jo. Hostellerii, G. Roget, A. Pecolat, Boulo, Jo. Nergaz, G. Hugonis, Jo. Fernex, A. Milanoys, N. Mahuet, Fontaneis, P. Navis, P. Braset, M. de Fernex, P. Lambert, Ja. Nepotis, Pensabini, P. Poterelli, Jo. Marlioz, F. Morens, H. Pichon, Ja. Paquet, s. d. Fran. de Veyriaco, Brune, Dominicus Vuarambert, B. Genodi, Jo. Le Chauletier, P. Taconis, P. chappellerius, G. Curti, Dominicus Salaz, P. Barberii, Jo. de Molario, G. Pensabini, A. Danellet, Jo. Donzelli, Ja. Bothini, P. Bardini, Jo. de Paris, Ste. Boytet, Le Cartier, G. Philippi, Jo. Baudi, P. Johannes Bruni, Octe-

mant, A. Lyonardi, P. Tissocci, P. Porraris, Ro. Nycolay, T. Thorens, H. Boulardi, Jo. Bernardi, (Ja. Paquet,) P. Forneracti.

(*De monetis.*) — In quorum supra presencia, fuit consilium celebratum de monetis et earum valore de quibus fere omnes conqueruntur. Fuit conclusum, majori oppinioni insequendo, quod decidentur monete juxta formam cridarum et edicti facti per illu. d. Sabaudie ducem; et hanc conclusionem notificent nobiles sindici consilio episcopali.

(67) *Veneris x^a marcii.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Jo. Fernex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti. A. Pecolat, Ro. Nycolay, P. Versonnex, Jo. Janini, Jo. Nergaz, Boulo, L. Lestelley, G. Hugonis, A. Lyonardi, Jo. Goyeti, Paquet.

Capiatur denuo homo relaxatus a castro Insule sine n. sindicorum mandato, et de eodem justicia ministretur cum feminabus consciis delicti de quibus accusantur.

Regina bordelli Martis proxima eligatur, habita conferencia cum r. d. Nyciensi episcopo.

Fiant cride de lubricis mulieribus, de revendentibus cyepas platheis et carreriis publicis ad formam franchesiarum, ne quis etiam presumat domum mulieribus talibus (domum) locare, tradere vel acommodare, sub penis in cridis comprehensis.

Martis xiii^a marcii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, A. [Ja.] Paquet, Peyrolerii, Janini, Jo. Fernex, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, de Borjali, L. Lestelley, A. Gule, G. Hugonis.

Revocetur monicio magistri Mandrillionis, çausis in supplicacione per ipsum exhibita actentis, et in exactione pecuniarum supersedeatur.

Magister Glaudius Quibleti suum exercent officium, si velit, precio trium grossorum.

(*Laudimium.*) — Fuit factum laudimium Octemant precio decem florenorum parvi ponderis de consensu quorum supra.

(*Regina meretricum.*) — Ludovyca filia quondam Petri Chavanez, de Bonavilla, fuit creata regina meretricum; que juravit in forma sub condicionibus in capitulis exaratis. Et eidem et suis sequacibus fuerunt dati vj solidi.

Missa celebrari solita in scola civitatis celebretur modo et forma per n. Petrum de Versonnex propositis.

Veneris xvij^a marcii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, Roget, Jo. Bueti, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Borjali, Levrerii, Jo. Janini, G. H. Goyeti, H. Hugonis, G. Prepositi, A. Lyonardi, L. Lestelley, P. Versonnex, Peyrolerii.

De filliabus et lubricis mulieribus vitam lubricam ducentibus conclusum extitit quod sumantur informaciones et pugnantur, consilio habito prius cum r. d. Nyciensi episcopo.

Visitentur erreragia et deinde exigantur per deputandos.

(*Leprosus.*) — Visitetur leprosus et visitato, si constet ipsum morbo lepre fore infectum, a sanorum consorcio expellatur.

(*Bonnetax.*) — Redeat Boneta cum viro sub pena fustigacionis, et aliam sibi querat domum, nec alteri quam viro exhibeat carnaliter cognoscendum.

Martis xxj^a marcii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, Roget, Prepositi, Bueti, Pecolat, Ro. Nycolay, Paquet, Peyrolerii, Janini, Fernex, Lyonardi, Nergaz, de Borjali, Boulo, H. Hugonis, P. Versonnex.

(*Mugnerius.*) — Mugnerius restituat farinam egregio Jo. Janini, et de eodem et ponderante bladum justicia ministretur.

(68) (*Exactores gabelle.*) — Olim vini gabelle exactores gabellam a Glaudio et Thoma Thorens exigere habeant, cum interim contra eosdem exactores fuerit revocatum per consilium episcopale.

Veneris xxiii^a marcii. — Sindici quatuor; — Gavid, P. Versonnex, G. Roget, A. Pecolat, G. Prepositi, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, Lyonardi, Jo. Fernex, Jo. Janini, Jo. Nergaz, H. de Boulo, G. Hugonis, Peyrolerii, de Borjali, L. Lestelley.

Loquantur n. sindici r. d. episcopo Nyciensi de homine in castro Insule detento.

Visis licteris missivis parte illu. d. Sabaudie ducis et ejus consortis n. sindicis et consilio directivis, fuit conclusum quod Glaudio Tacon prebere habeant favores possibiles, scriptis eorum obtemperando.

Egregius procurator fiscalis Levrerii itinera publica visitare habeat et domos ruynosas.

Martis xxvii^a marcii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, A. Pecolat, H. de Boulo, (G. de Vaudo), Peyrolerii, Janini, Roget, Jo. Fernex, H. Hugonis, de Borjali, Jo. Nergaz, P. Braset, P. Versonnex.

Accedant ad castrum Insule n. sindici pro justicia de detento ministranda.

Johannes Guilliocti et Johannes Dederii alias Perrodi admictuntur in terminatores viarum publicarum; qui solita prestiterunt juramenta.

(*Scola.*) — Perficiatur scola dictamine operariorum ad hoc expertorum, ne opus inceptum imperfectum remaneat, juncto muro de quo fuit sermo factus.

Detur Johanni Magnini et Chivilliardi, ejus socio, unicuique tres solidos pro labore suscepto in visitacione itinerum.

(*Admodiatio.*) — Memorati n. sindici, sindicario nomine, admodiant Jacobo Guilliocti, presenti, etc., platheam existentem ante portam Sancti Anthonii et terrale in eadem existens a vento, per unum annum hodie incohandum et simili die etc., sub firma unius floreni parvi ponderis solvendi secundum bonos usus etc., in manibus receptoris etc.; promittentes etc.; submittentes cum clausulis opportunis etc. Presentibus Jo. Bueti et A. Lyonardi, testibus, etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Qibleti pro summa xxxj florenorum novem grossorum et sex den., qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum honorabili Anthonio Pecolat de summa ccxlvij ff. ij g. vij d., qui sibi debentur pro causis in rotulo per egregium Janini signato.

Veneris ultima marcii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, G. Roget, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, L. Lestelley, H. de Boulo, Jo. Fernex, Jo. Janini, Jo. Goyeti, P. Versonnex, Jo. Nergaz, Lyonardi, Pecolacti.

R. d. Lausanensi episcopo dentur due amphore, una plena malvatico et alia ypocrato.

(*Leamon.*) — Facto sermone de Leamon, fuit conclusum quod eidem

fiat responsio quod, si quicquam petere intendat, procedere habeat via juris contra communitatem.

Petantur processiones ob temporis indisposicionem.

(69) Solvat thesaurarius convivium seu prandium predicatori Palacii factum, in quo interfuerunt n. sindici, pro hac vice duntaxat.

(*Bochet.*) — Solvat gabellam Bochet ne trahatur in consequenciam et a solutione gabelle eximantur.

(*Burgensis.*) — Henricus filius quondam Francisci Pitardi, de Jussiaco, fuit creatus burgensis pro viij ff.

Martis iiiij^a aprilis. — Sindici quatuor; — Gavid, Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Janini, Boulo, Paquet, Bueti, Malliardi, P. Versonnex, Lyonardi, Jo. Nergaz, G. Hugonis, Roget, Fernex, Prepositi, Peyrolerii, Braset, Levrerii.

Visitetur locus scole et fiat pavementum econtra muralliam seu menia civitati pertinencia.

Visitetur domus de qua conquestus est Petrus Anthonius de Rippa.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario duo cartheroni malvatici et quatuor quarteroni vini dati ambaxiatoribus bernensibus et friburgensibus.

(*Peregrini.*) — Alemanis peregrinis apud Sanctum Jacobum euntibus et per civitatem transeuntibus reperiatur hospicium, ne civitas pestifero morbo inficiatur.

Veneris vija aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, Ro. Nycolay, A. Pecolat, Paquet, Hugonis, Lestelley, Jo. Nergaz, Boulo, Janini, Prepositi, Bueti, Lyonardi, Peyrolerii, Roget.

De macellariis, nichil pro nunc extitit conclusum.

(*Suspensio monicionis.*) — Suspendatur monicio obtenta contra olim gabelle vini exactores usque ad festum Penthecostes, exigendo summam quam solvere asserunt ante festa Paschalia.

(*Borriquet.*) — Refficiat fontem super communi existentem, alias contra eundem via juris procedatur, videlicet contra Borriquet.

(*De monetis.*) — Ne graviora succedant incomoda, loquantur n.

sindici r. d. Nyciensi episcopo de monetis, ut aliquod salubre apponatur remedium.

(*De succo.*) — De succo reperto in ala civitatis, alloquantur n. sindici prenommatum dominum Nyciensem episcopum, quoniam ignoratur cujus sit.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Johanni Couytou, lathomo, videlicet xxxv ff. viij g. iij d, centum et l carronos.

Martis x^a [xj^a] aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Levrierii, Roget, Jo. Bueti, Pecolat, Lyonardi, Paquet, H. de Boulo, Ro. Nycolay, Lestelley, Janini, Versonnex, Jo. Nergaz, de Borjali.

De n. Siquantodi in domo episcopali detento, fuit conclusum quod fratris sumptibus ibidem presentis detineatur, si velit, aut eidem remittatur.

(*Riniquet.*) — Riniquet a libro burgensium deleatur et borgesia privetur in casum in quem borgesiam solvere recusaverit.

(*G. Curti diamanterius fugator bellitorum.*) — Guilielmus Curti, diamanterius, assumpsit onus expellendi trutanos seu quoquinos a civitate; qui juravit in forma etc., sub stipendiis assuetis, videlicet trium florenorum pro singulo mense quo vacabit circa hujusmodi officium.

(*Predicator Palatii.*) — Detur predicatori ordinis Sancti Dominici, videlicet viginti testoni, ut ferventiori animo pro republica servire velit.

(70) *Veneris Sancta, que fuit decima quarta aprilis,* non fuit consilium celebrari solitum tentum ob Christi passionis misterium.

Martis decima octava aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Jo. Janini, Jo. Nergaz, L. Lestelley, Peyrolerii, Jo. [Ja.] Paquet, G. Prepositi, Ro. Nycolay, Pecolat, Jo. Bueti, P. Versonnex, Braset, Lyonardi, de Borjali, Roget, H. de Boulo.

(*Processiones.*) — Petantur processiones et fiant generales, tribus diebus durantibus in ecclesia Sancti Petri et novem diebus in parrochialibus ecclesiis civitatis, ob temporis indisposicionem.

(*Macellarii.*) — Sumantur informaciones contra macellarios, presertim contra hos qui furtum commiserunt, et sumendi licencia impar-

titur castellanò, presenti. Et, si vendant carnes ultra formam cridarum, pugniantur.

(*Thesaurarius.*) — Thesaurarius fatetur exegisse et recuperasse de denariis civitati pertinentibus pecias argenti inferius proxime designatas. Et quid de eisdem sit factururus sermo factus extitit. Super quibus fuit conclusum quod adhuc penes se custodiat quousque aliud fuerit deliberatum. Sequuntur pecie :

Et primo, in peciis sex grossorum :

clxxxxvj ff.	ix gr.	
In peciis trium grossorum :	clx ff.	ij gr.
In peciis undecim quattorum :	xxiiij ff.	ij gr. j d. cum obolo.
In peciis decem quattorum :	vij ff.	j gr.
In peciis duorum grossorum :	xj ff.	x gr.
In peciis quatuordecim quattorum :	j ff.	j gr. ix d.

Summa grossa : ccccj ff. ij gr. x d. cum obolo.

Veneris xxj^a aprilis. — Sindici quatuor; — G. Gavid, s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Bueti, A. Lyonardi, Jo. Janini, H. de Boulo, L. Lestelley, Paquet, G. Roget, Peyrolerii, Jo. Nergaz, Pecolat, R. Nycolay, Prepositi.

Manuteneatur bertrachia de qua fuit sermo factus et reedificetur.

Tollatur lavatorium constructum per Le Picard et fiat pavimentum sumptibus civitatis, visitato prius loco per n. syndicos.

Sumantur informaciones contra patisserium et Ludovycum Darbez, et sumptis via juris procedatur.

Martis vigesima quinta aprilis. — Sindici quatuor; — G. Gavid, P. Versonnex, Lyonardi, Pecolat, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Boulo, Lestelley, Paquet, Roget, G. Hugonis, Peyrolerii, Janini.

(*Servetur.*) — Admodiatio de platheis communibus facta servetur.

(*Bonetaz.*) — Formetur processum contra Bonetaz in castro Insule detentam, et formato justicia ministretur.

(*Custodes super blado ne caristia fiat.*) — Apponantur custodes diebus

mercati, videlicet Mercuri et Sabacti, qui custodire habeant ne bladum emere volentibus precio assueto carius vendatur.

Visitetur aqua Arve et fia[n]t reparaciones condecetes.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Coytouz, lathomo, de duobus florenis et x solidis, pro causis in rotulo etc.

Visitetur perreria de Troynant et evocetur Cornuti et graciose eundem n. sindici allocantur.

(71) *Veneris xxvii^a aprilis.* — Sindici quatuor; — G. Gavid, G. Roget, Pecolat, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Nergaz, Boulo, Lestelley, G. Hugonis, Jo. Janini, Lyonardi, P. Versonnex, Jo. Bueti.

(*Expellantur aliqui de vigilibus.*) — Vigilles expellendi expellantur n. sindicorum discretione.

De detentis in castro Insule, fuit conclusum quod examinentur n. sindicis presentibus.

(*Cride.*) — Fiant cride de pestifferis, quoquinis, coreis in carreriis publicis, scupho ludentibus et aliis fieri solitis.

(*Inhibicio.*) — Visa supplicacione per macellarios exhibita, fuit denuo prohibitum et inhibitum Petro Mercerii et Glaudio Bolleti, macellariis in supplicacione nominatis, ne cabaretum [tenere] et carnes assatas vendere presumant, sub pena privacionis borgesie et carnum assatarum perdicionis, ut scandallis obvietur.

Uxor mortua ut fertur peste sepelliatur in parrochia Magdalenes, tempore nocturno.

Visitetur edificium ante Sanctam Claram constructum super communi.

(*Tachium pontis Sancti Gervasii.*) — Ibidem, n. sindici, de quorum supra consilio, dant in tachium Johanni Spatule et Amedeo de Syrie, lathomis, presentibus, ad construendum pontem Sancti Gervasii Gebenn. sub condicionibus sequentibus: videlicet quod ipsi magistri suas jornadas facere debeant et presentes interesse. Et unusquisque ipsorum magistrorum tres debeat habere servitores quibus et unicuique ipsorum solvantur pro qualibet jornada tres solidi, et prenomatis magistris quatuor. Qui magistri eorum mediis juramentis etc. promiserunt pontem ipsum debite construere et meliori modo quo fieri poterit. Eciam facere teneantur in angulo pontis econtra civitatem fundamentum adeo validum

quod super eo turris seu belluare dum tempus affuerit edificari possit etc. Cum clausulis opportunis etc.

(*P. Rosetaz.*) — Servetur admodiatio Petro Rosetaz facta, et suum incohare habeat terminum prima maii proxime futuri, modo et forma in eadem descriptis.

Martis secunda maii. — Sindici: Orsieres, Vaudo; — G. Gavid, P. Versonnex, Jo. Fernex, Jo. Bueti, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, Pecolat, Boulo, Jo. Janini, G. Roget.

Petantur processiones, cum in omni negotio divinum sit invocandum auxilium.

(*Naty.*) — Remictatur justicie Naty, et macellarii contra eundem via juris procedant.

Lazarus hodie per totam diem a civitate per nobilem castellanum expellatur et a sanorum consorcio.

Refficiatur pondus bladi, ne in eodem ponderare volentes jacturam subire cogantur.

Loquantur n. sindici r. d. Nyciensi episcopo de peste in civitate impresenciarum vigente, ut aliquod salubre et laude dignum adhibeatur remedium.

Veneris v^a maii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, G. Roget, Jo. Fernex, A. Pecolat, Boulo, de Borjali, Jo. Janini, Nergaz, Peyrolerii, Lyonardi, Bueti, Ro. Nycolay.

(*Patisserii.*) — Serventur inhibiciones patisseriis facte per n. syndicos.

(*Le Picard.*) — Tollatur edificium et lavatorium per Johannem Picardi super communi factum.

(*G. Philippi.*) — Concordent n. sindici cum Glaudio Philippi ad causam plathee per ipsum admodiate.

(*Custodes.*) — Apponantur quatuor custodes in portis civitatis magis necessariis, ne morborum civitatem intrare presumant.

(*P. Rosaz.*) — Plathearum admodiator fimum per ipsum recolligendum reponat in platheis Molaris, Corratierie et retro scolam.

(72) (*Borjaly.*) — Gabriel de Borjali assumpsit onus visitandi operarios fabricare debentes pontem Sancti Gervasii et qui operam dabunt scribere ut omnia rite fiant.

(*Hospes.*) — Lucas Joieulx, alemanus, hospitare habeat peregrinos alemanos per civitatem transseuntes, sub salario cujuslibet mensis unius floreni parvi ponderis.

(*Vigilibus.*) — Solvat thesaurarius vigilibus, pro laboribus per eosdem sumptis in captione mulierum lubricarum, et equidem stulti, videlicet xv g. vj d.

Martis ixa maii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, Peyrolerii, Malliardi, Boulo, Pecolat, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, P. Versonnex, Jo. Fernex, A. Gule, G. Prepositi, Jo. Janini, Braset, Lyonardi.

Mensure visitentur per n. syndicos, junctis et vocatis cum eisdem et assistentibus procuratore fiscali curie spiritualis Gebenn., seu castellano ejusdem civitatis.

Lazarus expellatur per castellanum.

Cabaretum subtus Alam visitetur citra prejudicium cujuscunque.

Custodienti claves porte Rodani detur due camere hospitalis.

(*Vandelli.*) — De Vandelli, conquerente et dicente fuisse et esse per officarios illu. d. Sabaudie ducis in civitatem arrestatum pro subsidiis, ymo talia in enervacionem juridicionis illu. d. episcopi et principis cadere videntur, fuit conclusum quod loquantur n. syndici r. d. Nyciensi, ut juridicio illesa remaneat.

(*Promissio.*) — De Fossali promisit stare ordinacioni Amedei de Syrie et Spatule, ad referendum Veneris.

Veneris xija maii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Levrerii, G. Roget, Peyrolerii, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Paquet, Pecolat, Jo. Fernex, Lyonardi, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, H. de Boulo, de Borjali, Jo. Janini, (Jo. Fernex,) Prepositi.

Hospitaleria suo in esse remanet, et ejus marito dentur claves porte Rodani, si custodire velit.

Morbo lepre infecti expellantur a sanorum consorcio.

Solvat thesaurarius soldane xv grossos, pro expensis Cinquantodi ministratis.

(*Relacio.*) — Refferunt magistri Amedeus de Syrie et Spatule vidisse et visitasse cabaretum alias teneri [solitum] subtus Alam, de quo con-

queritur n. Guillelmus Rogeti. In quo necesse est quod fiat unum mantellum latum et tante latitudinis quod fumus per contraveynam epicotorii in altum exire possit. Et, facto modo debito, nemini fumus neque ignis poterit obesse. Ita, eorum mediantibus juramentis, refferunt, presentibus Michaele Lyonardi et thesaurario civitatis etc.

Nobiles Galliarde moram in civitate non trahentes solva[n]t introgium bossetarum aliorum more.

(*Exactores gabelle.*) — Quia olim gabelle vini exactores sua possunt exigere debita more debitorum fiscalium, instent hoc ideo n. syndici erga r. d. Nyciensem ut ipsi exactores apud Viennam citati ad instanciam Thorene, litigio semoto, de gabella per eandem et ejus filios debita eisdem condigna fiat satisfacio.

(*De Fossali.*) — Ibidem Johannes de Fossali, lathomus, confitetur debere n. sindicis et in officio successoribus videlicet viij ff. auri parvi ponderis, nomine et ex causa concordii facti inter eos ad causam pontis de Gergonant, cum expensis ad causam ipsius pontis factis, solvendos in manibus receptoris Jo. Turci et qui pro tempore fuerit etc., hinc ad festum Sancti Michaelis archangelli, cum dampnis etc.; promicentes etc.; submicentes etc.; renunciantes... Actum die suprascripta et in aula consilii, presentibus Michaele Lyonardi et Johanne Fontaneis, testibus, etc.

(73) *Martis xvja maii.* — Sindici: G. de Vaudo et P. de Malodumo; — G. Gavid, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Levrerii, Jo. Janini, Peyrolerii, Pecolat, H. de Boulo, de Borjali, Paquet, Nergaz, Ro. Nycolay, Jo. Bueti, A. Lyonardi.

(*Daguini.*) — Fiat mandatum Jo. Daguiini de summa sex florenorum parvi ponderis, pro suis stipendiis ad causam tubicene officii.

(*Bajolaz.*) — Pietatis intuhitu Deique amore, dentur Girardo Bajolaz, videlicet duos florenos parvi ponderis.

Querimonia per presbiterum hospitalis pestiferorum facta non obstante, fuit conclusum quod in agendis discrecioni h. Jo. Nergaz stetur.

(*Thorens.*) — De Thorens sermone facto, fuit conclusum quod ei[s]dem fiant demonstraciones per Peyrolerii, Lyonardi, juncto consindico Maludumo. Et, si recusent servare statuta et franchisesias civitatis, obstante

juramento per ipsos prestito, priventur borgesia. Et inde, n. sindici Jovis in consilio episcopali refferant eisdem per egregium P. Levrierii relata, ut, habita cum consilio episcopali conferencia, maturius super hiis provideatur.

(*Prohibicio.*) — Prohibetur hospiti Turni, sub pena vite, ne actempare habeat personam Luce Joyeux, deputati n. sindicorum et consiliariorum parte ad conducendum peregrinos Alemanos per civitatem transeuntes et eosdem hostitandi, ipso Ludovico presente.

(*Levrerii.*) — Retulit in quorum supra presencia egregius P. Levrierii sibi fuisse dictum per r. d. Nyciensem, actento quod Thorens contradicunt servare franchisesias, quod priventur pro se et suis borgesia, ut aliis cedat in exemplum.

Pugniatur Gardet, patisserius, et equidem alii qui panem sine pondere facere non verentur.

Visitentur cappitula nuper perlecta pro borbo pestifero percussis per n. P. Versonnex, Perci. Peyrolerii, Pecolat et Nergaz, et inde refferant.

Veneris xix^a maii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — Gavid, Roget, Jo. Bueti, Pecolat, Paquet, Jo. Nergaz, Peyrolerii, P. Versonnex, A. Lyonardi, Ro. Nycolay, de Borjali, Jo. Fernex, de Boulo.

(*Custodes portarum.*) — Michael Tarez, burgensis Gebenn., admittitur in custodem porte Tartacie; qui juravit in forma; sub stipendiis pro singulo mense ij ff.

Mermetus Billiard alias Gringaux, custos porte Sancti Leodegarii sub stipendiis pro mense xxx solidorum.

Guillermus de Boulo, custos porte Rippe sub stipendiis trium florenorum pro quolibet mense. Juravit etc.

Mermetus Tarelli, filius Amedei Tarelli, custos porte Rodani sub salario pro mense iij ff.

(*Vigilibus.*) — Quatuor vigilibus qui noctem preteritam duxerunt insompnem in Palacio custodiendo, ne apud Sanctum Yvonem gentes affluent, solvat thesaurarius iij gr.

Martis xxii^a maii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, G. Roget, Pecolat,

Paquet, Lestelley, Fernex, Peyrolerii, Lyonardi, Nergaz, Janini, Malliardi, de Borjali, Boulo.

Fiat cabaretum subtus Alam citra prejudicium cujusquam.

De peste, loquantur n. sindici Friburgensibus in civitate impresenciarum existentibus.

Evocentur macellarii et sumantur informaciones quantum vendantur muthones in locis civitati circumvicinis, et Veneris fiat conclusio.

(74) *Veneris xxv^a maii.* — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Paquet, Pecolat, Boulo, Lestelley, G. Roget, P. Versonnex, Janini, Jo. Nergaz, de Borjali, Jo. Fernex, Bueti.

Loquantur n. sindici r. d. Nyciensi de Petro Roset, in domo episcopali detento ultra franchisesiarum civitatis tenorem, ut relaxetur, saltem mediante caucione.

De macellariis ad hodie remissis, nichil fuit ob plurium absenciam conclusum, et ad Martis remictuntur.

De latrinis seu boudello porcorum in prejudicium Yvonete et civitatis constructo, fuit conclusum quod tollatur.

Quia decimarii venerabilis cappituli Gebenn. petunt sibi solvi decimam super fructibus excretis in terris hospitalis civitatis, ideo n. sindici loquantur dominis de capitulo ut inde provideatur.

(*Thorens.*) — Priventur Thoreni franchisesia, dummodo interveniat consensus r. d. Nyciensis episcopi et consilii episcopalis.

Martis penultima maii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, Jo. Fernex, P. Levrierii, G. Roget, Jo. Bueti, R. Nycolay, A. Pecolat, Ja. Paquet, Jo. Malliardi, A. Lyonardi, Jo. Janini, G. Prepositi, Jo. Nergat, H. de Boulo.

(*Admodiatio.*) — Ibidem nobiles sindici, sindicario nomine, admudiant Francisco Christine, burgensi Gebenn., cabaretum teneri solitum subtus Alam, per unum annum integrum die prima mensis instantis jugnii incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, precio quatuor florenorum parvi ponderis solvendorum in manibus receptoris etc., secundum bonos usus etc.; promictentes, etc.; renunciantes, etc.;

submiccentes etc., cum clausulis opportunis. Presentibus Michaele Lyonardi et Jo. Lyrax, testibus, etc.

(*Prohibicio.*) — Prohibetur Peronete, relicte Johannis Coupon, ne assare habeat carnes nisi bonas et honestas, sub pena privacionis etc.

Petantur processiones ob temporis indisposicionem.

Macellarii non presumant vendere libram muthonis nisi vij d. et bovis tres fortes, sub penis solitis.

Veneris secunda jugnii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo ; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, Jo. Bueti, Ja. [A.] Pecolat, Ro. Nycolay, Paquet, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, H. de Boulo, G. Prepositi, Jo. Janini, Malliardi, P. Versonnex.

Sumantur informaciones contra uxorem Bullifrez, et si constet ad vomitum rediisse, pugniatur.

Cabaretum maneat prout conclusum extitit.

(*Panis.*) — Panis levatus per n. syndicos ponderetur et, si non sit justi ponderis, Dei amore detur.

De Mercerii, macellario, fuit conclusum quod n. syndici instare debeant erga r. d. Nyciensem ut revocet inhibiciones contra eosdem factas.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Bessonet de somma viginti duorum florenorum et septem solidorum pro causis in rotulo, etc.

De peste facto sermone, fuit conclusum quod infirmi visitentur, et constito esse eodem borbo infectos, a sanorum consorcio expellantur.

(*Inhibicio.*) — Fuit inhibitum Jaquemet, uxori Petri Mercerii, ne assare habeat carnes sub pena lx solidorum et perdicionis carniium.

(*Vigilibus iijor.*) — Quatuor vigilibus electis solvat thesaurarius unicuique pro quolibet mense xvij g.

(75) *Martis vja jugnii.* — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo ; — magister monetarum, s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid. P. Levrierii, G. Prepositi, Jo. Bueti, Pecolat, Peyrolerii, P. Braset, Jo. Fernex, A. Lyonardi, Boulo, Jo. Janini, Roget, Ro. Nycolay, Paquet.

Loquantur n. syndici r. d. Nyciensi episcopo de filiis Thorene gabelam solvere contradicentibus.

(*Cride.*) — Cride fiant de macellariis, coreis, balneis, bastubis et sordibus in carreriis publicis apponi solitis.

Instent nobiles syndici erga r. d. Nyciensem ut sue voluntatis sit quod quictonus hospitalis corpora mortuorum peste sepellire possit in cimisterio hospitalis, vicariis et curatis invitis, pestiffero tempore durante.

Custodes portarum admoveantur si veniant admovendi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocti de somma xxx ff. octo grossorum et sex denariorum monete.

Veneris ixa jugnii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Malodumo ; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, G. Roget, Peyrolerii, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Ja. Paquet, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Boulo, Lyonardi, Jo. Janini, Pecolat, G. Dyamanterii.

Fiat rectori scole prohibicio, actenta temporis indisposicione, ne scollam tenere presumat ; et, si necesse fuerit, per n. syndicos fiat actestacio.

(*Confratrie.*) — Convivia in confratriis civitatis fieri solita ob pestilencie morbum cessent, graviora ne succedant.

Commissarii ad visitandum capitula hospitalis jam exhibita refferant Martis proxima.

Domus infecte peste claudantur ; a quibus morbosus expellantur ut graviora evitentur scandalla.

(*Sumantur informaciones.*) — De filliabus per Guillelmum Curt nobis exhibitis, actentisque per eundem propositis, fuit conclusum quod sumantur informaciones ; quo interim in hospitali reducantur. Et deinde, contra ruffianas via juris procedatur.

(*Testimoniales.*) — Ibidem n. syndici requirunt castellanum ut suis in manibus restituat hominem a carceribus Insule relaxatum ipsis insciis, actento quod hec causa, cum sit criminalis, coram eisdem tractari debet. Et testimoniales, castellano presente.

(*Servientis admissio.*) — Petrus de Mota, de Prisingio, fuit admissus in servientem vicedompnatus per tradicionem baculi, ut moris est, et solitum prestitit juramentum.

(*Vigilles iij deputentur.*) — Cum nimium onus foret n. sindicis attributum huc et illuc discurrere, peste impresenciarum in hac civitate vigente, fuit conclusum quod deputentur quatuor vigilles qui die noc-

tuque labores circa morbum pestiferum sumere debeant et jussibus nobilium sindicorum sine quacunq[ue] contradicione obedire, sub stipendiis per ipsos syndicos statuendis.

(*Mandatum.*) — || Fiat mandatum Jacobo Guillocti de somma xxx ff. viij g. vj d. pro causis in rotulo etc. || — (*Vide superius.*)

Martis xii^a jugnii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Bueti, Pecolat, Jo. Fernex, Peyrolerii, Boulo, Nergaz, Janini, Roget, Versonnex, Lyonardi.

De muliere detenta, ministretur justicia. Et de homine scissore monetarum relaxato, fuit conclusum quod, si castellanus recuset remictere, contra eundem formetur processus, cum n. sindici causarum criminalium sint iudices, cujus est ipsa causa.

(76) Visis et perlectis per Peyrolerii capitulis confectis ad causam hospitalis pestiferorum, fuit conclusum quod ea a modo in antea observari debeant inconcusse¹.

(*Vigilibus.*) — Quatuor vigilibus deputatis ut civitatis onera facilius supportentur, pro singulo mense unicuique detur xvij solidos, quorum nomina ibidem describuntur: Michael Lyonardi, G. Bocardi, Stephanus Panniez, Johannes de Lira.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Petro Boveracti, burgensi Gebenn., videlicet quatuor florenos parvi ponderis et vj g., pro vino dato hominibus in processibus existentibus, quibus pie compaciendum erat.

(*Mandatum.*) — Solvat equidem dictus thesaurarius Johanni Cartheron quatuor florenos et x grossos, pro vino dato ut supra.

Veneris xv^a jugnii. — Sindici: Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Levrerii, P. Versonnex, G. Rogeti, Jo. Nergaz, Peyrolerii, G. Gavid, Lestelley, Boulo, Ro. Nycolay, A. Pecolat, Jo. Fernex.

De scutellis de quibus conqueritur d. de Fernex et Petro Tornerii

¹ Imprimé par Chaponnière et Sordet, *Des hôpitaux de Genève avant la Réformation*, dans M. D. G., III, p. 453-455; cf. L. Gautier, *La médecine à Genève*, dans M. D. G., XXX, p. 131, n. 3.

pocterio, fuit conclusum quod, ipso de Fernex instante, detineatur in Insula donec satisfacto, actento etiam franchiesiarum civitatis tenore.

(*Ruffiane.*) — Sumantur informaciones contra ruffianas, ne tam dira peccata remaneant impugnata et Dei ulcio super gla(u)dium justicie habentibus descendat, horum peccatorum occasione.

Fia[n]t dona, civitatis sumptibus, omnibus in processibus existentibus per civitatem transitum facientibus, Dei amore.

(*Predicator.*) — De verbis per predicatorem Palacii in veritatis cathedra omni coram populo sermonem audiente prolatis, eidem fiat demonstracio, et que dixit dedicat in primo per ipsum sermone fiendo.

Dominus de Fernex sua si vult prosequatur jura contra Tornerii, pocterium, civiliter agendo. Cui, si fuerit neccesse, duplum franchiesie detur, conclusionem suprascripta non obstante.

Martis xx^a jugnii. — Sindici: Orsieres, Vaudo et Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, G. Prepositi, Ro. Nycolay, Pecolat, Peyrolerii, Nergaz, Lestelley, Boulo, Janini, Bueti, Lyonardi.

(*Vigilibus.*) — Fiat mandatum vigilibus de somma xxx florenorum parvi ponderis pro || pulsacione grosse campane ut moris est || resta suorum stipendiorum pro termino festi beati Johannis Baptiste¹.

(*Fratres Rippe.*) — De Fratribus Minoribus Rippe facto sermone, actentis eciam per n. Glaudium Gavid propositis, fuit conclusum, majorem insequendo opinionem, quod destinetur consindicus Peytremendus versus r. d. Nyciensem episcopum, in cujus personam fiat lictera credencie cum instructionibus, ut obvietur ne in eodem conventu fiat reformacio, sed dignetur eosdem suo in esse permanere.

(*Custodes.*) — Tollantur portarum custodes Sabacti proximo, ne absque racione pecunie discipentur ut prodigus nummorum.

Veneris xxii^a jugnii. — Sindici: Orsieres, Vaudo et Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Jo. Fernex, Lyonardi, Boulo, Lestelley, Jo. Goyeti, Jo. Janini, Jo. Nergaz.

¹ Cette dernière phrase est d'une autre encre.

Morbosi pestillencie morbo infecti a civitate expellantur sine quacun- que contradicione.

(*De filiabus.*) — De filliabus per nonnullas ruffianas venditis, fuit conclusum quod hec ruffiane, sumptis informacionibus, capiantur et detineantur, eciam per ipsas puellas convincantur ut veritas ab eisdem ruffianis eruatur, et deinde justicia, ne tam gravia peccata remaneant impugnata, ministretur. Et tandem fillie vitam lubricam ducentes vituperio dignam civitatem absentent et ab eadem sine mora recedant.

(77) *Martis xxvija jugnii.* — Sindici : Orsieres, Vaudo, de Maludumo; — s. d. Fran de Veyriaco, G. Gavid, P. Versonnex, Jo. Bueti, Pecolat, L. Lestelley, H. de Boulo, A. Lyonardi, de Borjali, G. Roget, G. Prepositi, P. Levrierii, Jo. Nergaz, Peyrolerii, Ro. Nycolay.

Solvat thesaurarius Johanni Pollet, in deductionem horum qui sibi debentur, videlicet vj ff.

(*Intrentur.*) — Intrentur receptori xvij solidi, pro centum fassinis cum dimidio, et sommam ipsam suo scribat in rotulo.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Bricii Columbi, de Farges, assator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus vij ff.

Carnes venales, tam bone et alte pinguedinis quam pauci valoris, per deputandos taxentur.

(*Vaudo.*) — Audita relacione per egregium Levrierii de consindico de Vaudo facta, fuit conclusum, ut graviora evitentur scandalla, quod ad consilium accedere non debeat per spacium xv dierum hodie incohandorum.

(*Servientes.*) — Condigna fiat reparacio de servientibus vicedompnatus qui pauperem mulierem absque justicie cognicione ceperunt cum suis culcitra, pulvinali et pluribus aliis bonis mobilibus.

Veneris ultima jugnii. — Sindici : Orsieres, Malodumo; — s. d. Fran de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Lyonardi, Levrierii, Jo. Nergaz, L. Lestelley, Boulo, P. Versonnex, Jo. Janini, G. Prepositi, Jo. Bueti, Braset.

Claudatur hospitale situm ante parrochiam beate Marie Magdalenes.

(*Mandatum.*) — Fiat balisteriis mandatum de somma vj ff. quod

expedire supersedeatur hinc ad festum beati Michaelis archangelli. — (*Levatum.*)

(*Conventus.*) — De regimine et gubernio existentibus in conventu dominarum Sancte Clare, sumantur informaciones et visis provideatur.

De Johanne Boulo et servientibus vicedompnatus, r. d. vicario fiat querimonia.

(*Substitutio.*) — Egregius Lyonardi loco de Nanto substituitur in consindicum quousque convaluerit.

(*Consindici Nanto et Vaudo.*) — Actenta infirmitate qua detinetur ipse Nanto, fuit conclusum quod solvantur eidem grossi diebus Martis et Veneris astantibus in consilio solvi soliti a principio sue infirmitatis et deinceps. Et equidem Girardo de Vaudo, pietatis intuhitu.

(*Mandatum.*) — Lathomis pro vino solvat thesaurarius xij solidos. — (*Levatum.*)

Fiat mandatum equidem archeriis de summa vj ff. parvi ponderis.

Martis quarta jullii. — Sindici : Orsieres, Maludumo; — G. Gavid, Roget, G. Prepositi, A. Pecolat, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Jo. Fernex, Jo. Nergaz, Boulo, Lestelley, Jo. Bueti, G. dyamanterius, P. Braset, Levrierii, P. Versonnex.

(*Intrentur.*) — Intrentur receptori xxii quinque floreni, xj solidi iij d., qui sibi debentur pro causis in rotulo.

(*Intrentur.*) — Intrentur eidem xj ff. iij solidi et vj d., pro causis in rotulo etc.

Visitentur hospitalia civitatis et loquatur Peyrolerii Jacobo Paqueti.

(*Visitacio.*) — Visitetur plathea Longemale per n. syndicos si in eadem neccesse sit facere pavimentum, et inde refferant.

(78) *Veneris [vija jullii]* fuit in conventu Rippe consilium celebratum. In quo interfuerunt nobiles sindici Orsieres, de Maludumo, consindici, et consilarii subscripti : magister monetarum, Gavid, P. Versonnex, Jo. Fernex, G. Roget, Ro. Nycolay, Peyrolerii, Lyonardi, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz, A. Pecolat, Boulo, Lestelley, Janini, G. Prepositi, Bueti, Levrierii.

(*Longemale plathea.*) — Facto sermone de plathea Longemale, et

relacione facta per n. syndicos audita, fuit conclusum quod in eadem fiat pavimentum.

(*Alemanus Bernensis.*) — Solvat thesaurarius expensas factas per portitorem licterarum dominorum Bernensium n. sindicis et consulibus directivarum¹, cum vino eidem dato civitatis parte.

(*Lictere Bernensium.*) — Die quinta hujus jullii, inter septimam et octavam horas post meridiem, in quorum supra presencia, lictera parte dominorum Bernensium transmissa fuit perlecta et super in eadem contentis consilium celebratum, cujus fuit conclusio : quod destinetur egregius Levrierii apud r. d. Nyciensem episcopum cum lictera ipsorum dominorum. Et eisdem vallida fiat responsio, cum ipsa materia sit nimium odiosa, sano indigens consilio.

(*Levrerii.*) — Intrentur thesaurario tres floreni traditi egregio Levrierii, pro expensis factis eundo et redeundo versus r. d. Nyciensem episcopum, quam eciam equorum expensis.

(*Levrerii.*) — Reversus egregius Levrierii exposuit que peregit cum r. d. Nyciensi super negocio dominorum Bernensium. Et, omnibus auditis, fuit conclusum quod fiat una lictera graciosissima dominis Bernensibus directiva, et portitori suarum detur. Et interim, fiat consultacio cum consilio episcopali pro eisdem responsione fienda, cum nostri principis interest hanc materiam amplecti.

(*Capitaneus regius.*) — Capitaneo regio fiat responsio per d. vice-dompnum quod n. sindicorum, consiliariorum neque civium non est

¹ Cette lettre, en date du 2 juillet 1503, était relative aux bandes de soldats suisses (*Freischaaren*), recrutées par le roi Louis XII « pro recuperando regno Neapolitano ». Elle contenait la demande d'arrêter et d'emprisonner les mercenaires bernois qui pouvaient se trouver à Genève en dépit des défenses récemment édictées, et annonçait l'envoi d'une ambassade à ce sujet. Arch. d'Etat, à Berne, *Latein. Missivenbuch*, F, fo 122 vo; cf. *Ratsmanual*, vol. 118, fo 31. (Nous devons la communication des documents des archives bernoises relatifs à cet incident à l'obligeance de M. G. Kurz, archiviste d'Etat du canton de Berne.) Voir aussi Val. Anshelm, *Berner-Chronik*, t. II (1886), p. 385. — Le 21 juillet suivant, les XII Cantons, avec Saint-Gall et Appenzell, conclurent à Baden une convention par laquelle ils s'engageaient, entre autres, à interdire à leurs ressortissants de s'enrôler sans l'autorisation du magistrat et à punir de mort les enrôleurs non autorisés; voir E. A., t. III, 2, p. 226, 234, 1314; Dierauer, *Histoire de la Confédération suisse*, trad. Reymond, t. II, p. 488.

voluntatis quicquam in ipsius serenissimi regis Francorum prejudicium facere, sed eidem servire juxta possibilitatis vires.

Martis xja jullii. — Sindici : Orsieres, Maludumo, in conventu Rippe; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, Peyrolerii, Pecolat, Ro. Nycolay, Boulo, P. Versonnex, P. Braset, A. Lyonardi, Lestelley, Bueti, Malliardi, Nergaz, Janini.

(*Vaudo.*) — Girardus de Vaudo, consindicus, non accedat ad consilium nisi eo prius vocato, actenta suspicione etc.

(*Fons.*) — Claudatur fons Longemale nemore et manuteneatur.

(*Consilium.*) — Celebretur consilium in Ala, majorem sectando oppinionem.

(*Hospitale.*) — Peste infecti extranei seu advene non recipiantur in hospitali pestifero, cum non fuerit fondatum nisi pro civitatem inhabitantibus et civibus ejusdem.

(*Mensure.*) — Visitentur mesure pro reipublice bono per nobiles syndicos.

(*Intretur.*) — Intretur thesaurario malvaticum datum uni ex militibus Bernensibus.

Mercuri [xija jullii] fuit celebratum consilium in aula r. d. Filliaci. Presentibus : P. Orsieres et Maludumo, consindicis, et consiliariis subscriptis : P. Braset, P. Levrierii, Peyrolerii, Pecolat, Roget, Lestelley, Jo. Nergaz, Lyonardi, Malliardi, Boulo.

(*Bernenses.*) — Presentibus eciam in eodem consilio : r. d. Johanne de Lornay, domino Jacobo de Malvenda, necnon spectabilibus dominis Philiberto de Bona, G. Grossi, Ro. Conodi, utriusque juris doctoribus, eciam s. d. Johanne Loys. In quorum supra presencia, fuit perlecta lictera missiva dominorum Bernensium cum instructionibus per egregium P. Levrierii apud Bernum icturum destinandis, et qui fuit electus pro eundo apud Bernum, nedum parte consilii episcopalis verum eciam civitatis. Quibus perlectis dixerunt bene stare pro civitatis commodo.

(79) (*R. d. Nyciensis.*) — Die suprascripta, paulo ante horam quintam de mane, nobiles syndici accesserunt ad r. d. Nyciensem episcopum ut sue voluntatis esset salubre et laude dignum prestare consilium super negocio magnificorum dominorum Bernensium quod sibi notificatum

est, cum sua intersit hanc materiam amplecti, et de instructionibus fiendis. Qui respondit quod faciendo hanc responsionem, nulla fieret mencio de r. d. episcopo Gebenn., et fieret modo quo dixerat egregio Petro Levrierii. Cui exbursati fuere xxx ff., tam pro oris quam equorum expensis.

(*Bernenses.*) — Suprascripta die, inter septimam et octavam horas noctis, fuit exhibita lictera alia credencie parte dominorum Bernensium¹. Qua lecta et credencia audita, fuit consilium tentum in Ala et conclusum quod providus Bueti, omnibus postpositis, se transferre debeat apud Thononum cum lictera credencie et duplo instructionum factarum P. Levrierii et omnia sibi notificare, et beneplacita rescribere quibus parati sunt obedire sindici et consules civitatis Gebenn.

(*Levrerii, Bueti.*) — Die Jovis que fuit xiiij^a jullii hujus, egregius Petrus Levrierii suum apud dominos Bernenses arripuit iter², et Bueti apud Thononum, loquuturus super sibi commissis r. d. Nyciensi episcopo.

Veneris xiiij^a jullii. — Sindici : Orsieres, Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, Peyrolerii, Gavid, P. Braset, Jo. Fernex, P. Versonnex, Janini, Ro. Nycolay, A. Lyonardi, G. Roget, Pecolat, Jo. Nergaz, Bueti, Lestelley, Boulo.

(*Injunctio.*) — Fuit injunctum Humberto Rosserii, hospiti n. Humberti et Rolandi Boysserii, quod solvat pavisserio, videlicet vij florenos.

Supervenit d. Philibertus de Bona et Monflory, magister hospicii r. d. episcopi, quibus fuere explicata conclusa in consilio et responsio facta dominis Bernensibus, quam ratam habuerunt, et eisdem lictera missiva perlecta.

(*Bernenses.*) — Ambaxiator Bernensium fuit expeditus et conclusum quod solvantur expense in hospicio.

Visis informacionibus de detentis in Insula, justicia ministretur.

Evocentur fornerii, et evocatis provideatur ad Martis.

¹ Cette lettre, accréditant auprès des syndics et conseil de Genève le conseiller bernois Pierre Dittlinger, est mentionnée à la date du 10 juillet, dans le *Ratsmanual* bernois, vol. 118, f° 50.

² L'audience donnée au député genevois par le conseil de Berne est mentionnée dans le *Ratsmanual*, vol. 118, f° 61, à la date du 16 juillet.

(*Curati seu vicarii civitatis.*) — Curati seu vicarii civitatis provideant sibi de aliis presbiteris, heucaristie et confessionis sacramenta morbo epidimie percussis ministrare debentibus.

Martis xviiij^a jullii. — Sindici : Orsieres, Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, P. Braset, Paquet, Peyrolerii, Lestelley, Ro. Nycolay, Boulo, Jo. Bueti, Jo. Janini, Pecolat.

De uxore verberata per officarium vicedompnatus, loquantur n. sindici d. vicedompno ut justicia de eodem ministretur. Qui si facere recuset, r. d. vicario de eodem conquerantur, cum talia facti opera non veniant tolleranda.

(*De Vaudo.*) — Veniat Girardus de Vaudo, consindicus, ad consilium et suum ut alias exerceat officium.

Expellatur hospitaleria, cum fuerit plurium causa mortis.

(*Janitet.*) — De Glaudio Janitet, condurerio, audita querimonia per ipsum facta contra Chippri, castellanum, fuit conclusum quod n. sindici, sindicario nomine, partem formalem contra eundem faciant, ne civitatis franchisesie in aliquo ledantur quas inconcusse observare promisit.

Continuetur in exactione gabelle modo meliori quo fieri poterit.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Johanni Martini, vigilli, videlicet triginta solidos, pro v diebus quibus vacavit eundo et reddeundo apud Lepondeins portaturus licteram missivam illu. d. duci Sabaudie ad causam dominorum Bernensium.

Johannes Picard non solvat pavementum, sed cum eodem fiat transactio ut constet in futuris.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Bosco de somma xviii solidorum qui sibi debentur pro causis in rotulo etc.

(*Custos vinearum.*) — Petrus Monachi deputatur custos vinearum de Cocteroz; qui juravit in forma etc.

(*Chevanderia.*) — De Chevanderia sumantur informaciones, et sumptis justicia ministretur, ne tam execrabilia delicta gravi sine pena pertranseant.

(80) *Veneris xxj^a jullii.* — Sindici : Orsieres, Vaudo et Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Peyrolerii, P. Versonnex, P. Braset,

G. Roget, Jo. Bueti, Lestelley, Boulo, Jo. Nergaz, Ro. Nycolay, Paquet, Pecolat.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario quinque floreni et septem solidi monete pro expensis Peytrimandi Tingler, ambaxiatoris Bernensium ¹.

Vigilles quatuor deputati remaneant sub stipendiis assuetis, et morbosos via facti, si opus sit, a civitate expellere habeant.

Provideatur de alia hospitalleria tempore et loco opportunis.

In diferencia existente inter n. Johannem de Pesmes et Michaelem, marescallum, fuit conclusum quod unicuique fiat prohibitio ne fumum in loco reponi solito reponere presumant, franchises tenorem insequendo.

De terra de qua pavissierius satisfieri petit, fuit conclusum quod servetur ordinacio facta et per tunc de Crosa, civitatis secretarium, recepta.

Stephano, vigilli, portori licterarum missivarum directarum r. d. Nyciensi episcopo, solvat thesaurarius, videlicet xij solidos.

Martis xxv^a jullii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, Maludumo ; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Levrierii, P. Versonnex, G. Roget, Pecolat, Nergaz, Gavid, Peyrolerii, Janini, P. Braset, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, Boulo, Paquet.

Fiat duplum instrumenti gabelle olim ipsius gabelle exactoribus.

De porta Tartassie, opus jam ceptum perficiatur.

Patissierius rebellis capiatur et carceribus mancipetur in castro Insule.

Teneatur consilium in conventu Rippe ut omnis suspicio tollatur de medio.

(*Bernenses et Friburgenses.*) — Visa et perlecta una lictera s. d. Bernensium et Friburgensium, satis profecto rigorosa, fuit conclusum ut destinetur e. P. Levrierii apud Thononium, loquuturus r. d. Nyciensi episcopo ; et eundem civitatis parte exoret ut hucusque se transferre dignetur, cum responsio fienda censeatur esse ponderosa, cujus eciam interest hanc materiam amplecti. Et eidem originales demonstrantur lictere ².

¹ Ci-dessus, p. 132, n. 1.

² Par lettre du 23 juillet 1503, l'avoyer et conseil de Berne informent P. Dittlinger du message apporté à Berne par P. Lévrier. Les Genevois craignent surtout les désagréments qu'ils pourraient s'attirer en mettant obstacle aux desseins du roi de France. Berne ne saurait se contenter de cette

Mercuri xxv^a jullii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, Maludumo, consindici ; — s. d. Fran. de Veyriaco, Roget, Janini, P. Versonnex, Gavid, Pecolat, de Borjali, Malliardi, Nergaz, A. Hugonis, P. Levrierii.

(*Levrerii.*) — Die suprascripta fuit consilium celebratum, hora fere septima post meridiem, in conventu Rippe. Et reversus e. P. Levrierii a Thononio exposuit, recommandacionibus solitis prius factis, instasse erga r. d. Nyciensem ut sue voluntatis esset huc se transferre, demonstrando eidem licteras s. d. Bernensium et Friburgensium. Et, post plura verba de hujusmodi materia habita, respondit ipse r. d. Nyciensis venire non posse ad causam custodie illu. et r. d. episcopi et principis Gebenn. ; sed, super hujusmodi negocio et hujusmodi materia, sindici et consulares accedere debere ad consilium episcopale ; et, conferencia habita, rescribat civitas cum matura deliberacione. Quo audito, fuit conclusum quod evocentur quinquaginta, consilium generale representantes, ad diem crastinam hora septima de mane pro hujusmodi materia discutienda. Et, quia in omni negocio divinum primo invocandum est auxilium, fuit conclusum quod celebretur una missa de Sancto Spiritu in conventu Rippe, et finita fiat processio, ut responsio fienda sit fructuosa, ex qua plurima comoda aut incommoda dependent.

(81) *Die Jovis xxvij jullii.* — Fuit consilium celebratum in Domo communi in quo interfuerunt subnominati et evocati in rotulo nominati :

Sindici : P. Orsieres, Vaudo, Maludumo ; — de consilio : P. Versonnex, Roget, Nergaz, Pecolat, P. Braset, G. Hugonis, H. de Boulo, Lyonardi, Levrierii, Bueti, Malliardi, Janini, Ro. Nycolay, s. d. Fran. de Veyriaco. — H. Grueti, Jo. Ballieti, S. Bonijohannis, Fontaneis, Ly. Boytet, P. de Genesta, H. Boulardi, Jo. Velluti, Colinus Colinet, Ja. Nepotis, Grassie, Biolley monetarius, Jo. Nycodi, S. Arnaudi, A. Millanesii,

réponse, et Dittlinger reçoit l'ordre de se rendre de nouveau à Genève et de réitérer auprès des conseils genevois la demande dont il a été chargé, Arch. d'Etat, à Berne, *Deutsches Missivenbuch*, K, f^o 385 v^o ; cf. *Ratsmanual*, vol. 118, f^o 61. — Enfin, par lettre ouverte du 24 juillet, adressée aux baillis, châtelains, syndics et autres officiers du duché de Savoie, l'avoyer et conseil de Berne accréditent auprès de ces officiers leur conseiller P. Dittlinger et les prient de lui prêter main forte dans sa mission, *Latein. Missivenbuch*, F, f^o 126 ; cf. *Ratsmanual*, vol. 118, f^o 75.

Perrinus de Mara, N. Gantini, P. Poterelli, N. de Villario, Jo. Blanchardi, Christinus Tombeti, P. Fernex, Anzo Hugue, Jo. Donzelli, Jo. de Mara, H. Pichon, S. Bachodi, F. Morens.

(*Conclusio cum protestate providendi per consilium ordinarium.*) — Fuit consilium tentum super rescriptis per dominos Bernenses et Friburgenses, et omnia gesta quoad hanc rem et hujusmodi negocium per e. P. Levrierii in supranominatorum astancium presencia fuere explicata. Et, post hec, unusquisque suam reseravit voluntatem. Post quod fuit conclusum, majorem oppinionem insequendo, ut n. sindici, juncto prenominato P. Levrierii, ad consilium episcopale accedant, in quo evocetur scutiffer regius, et equidem quidam capitaneus Bernensis. Et de hiis fiat sermo, ut, auditis eorum responsionibus, cum matura consilii deliberacione super hac re ardua provideatur. Et relacionem consilio ordinario faciant. Ceterum, ne evocati supranominati ulterioribus laboribus fatigentur, n. sindicis et consilio ordinario circa hujusmodi negocium providendi, rescribendi et responsionem s. d. Friburgensibus et Bernensibus faciendi auctoritatem et omnimodam facultatem dant, concedunt et presencium tenorem imparciuntur.

(*Solvat.*) — Solvat thesaurarius unicuique astanti grossus unus, et equidem Michaeli Lyonardi vigilli.

(*Fratres Rippe.*) — Solvat equidem Rippe fratribus xij solidos pro una missa celebrata in eodem conventu, de Sancto Spiritu, cum processione facta missa celebrata.

Die suprascripta, existentibus in consilio episcopali : r. d. Amblardo Goyeti, Jo. de Lornex, P. Grueti, A. de Malvenda; — de consilio civitatis : s. d. Fran. de Veyriaco, P. Levrierii, Jo. Janini, Lyonardi, P. Braset, Ro. Nycolay, Boulo, Pecolat.

(*Levrierii.*) — Exposuit in quorum supra presencia egregius P. Levrierii que peregit cum r. d. Nyciensi episcopo ad causam responsionis fiende d. Bernensibus et Friburgensibus. Et, auditis per ipsum propositis, super hiis consilium tentum cujus conclusio talis fuit : Primo, quod loquatur portitori licterarum prenominatorum dominorum, cui dicatur quod se informet de numero subditorum dominorum prenominatorum in civitate existencium, si qui sint; et, si comperiet quemquam, inde refferat ut mature provideatur; et sibi dicendi onus impartitur consindico de

Maludumo. — Secundo, conclusum extitit quod tradatur lictera missiva r. d. prothonotario de Lornex, qui illam monstrare debeat scutifero regis, ut sit sue voluntatis, graviora ne succedant, quod gentes sue sine mora civitatem absentent et transitum faciant. Et ea sibi explicare poterit suo privato nomine et non ex conclusione consilii sic fuisse ordinatum. Super vero rescripcione fienda, nulla aut saltem vallida extitit tunc facta conclusio.

Veneris xxviii jullii. — Sindici : Orsieres, Vaudo, Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Levrierii, G. Roget, Pecolat, Paquet, Ro. Nycolay, P. Braset, Bueti, Lyonardi, Boulo, Peyrolerii, Janini, Hugonis, Nergaz.

(*Expedicio.*) — Cum sola negocii expedicio supersit in responsione s. d. Bernensibus et Friburgensibus fienda, fuit lictera missiva prenominatis dominis directiva visa et perlecta, primo per r. d. Amblardum Goyeti et deinde per supranominatos; quam dixerunt bene stare.

(82) Detur portitori licterarum dominorum Bernensium et Friburgensium, videlicet unus florenus Allamanie, et solvantur oris expense.

(*Vigilles.*) — Solvat thesaurarius vigilibus, videlicet sex grossos pro pena quam habuerunt in civitatis agibilibus.

Patisserio in castro Insule detento venia impartitur.

(*Leprosi.*) — Provideatur pietatis intuhitu super supplicacione per lazarus Carrogii porrecta.

Fiant processiones tribus diebus durantibus in parrochialibus ecclesiis et in quolibet conventu civitatis.

(*Mandatum pro Bueti.*) — Solvat thesaurarius provido Johanni Bueti, videlicet viginti octo solidos qui sibi debentur, causis in rotulo descriptis.

Lune ultima jullii. — Fuit consilium tentum in conventu Fratrum Minorum Rippe in quo aderant subnominati : sindici : P. Orsieres, Vaudo, Maludumo; — consilarii : s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, G. Roget, Peyrolerii, Boulo, Jo. Bueti, Janini, P. Braset, Ja. Paquet, A. Gule, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Malliardi.

(*Ambaxiatores Bernenses et Friburgenses.*) — Suprascriptis in consilio existentibus, supervenerunt ambaxiatores magnificorum dominorum

Bernensium et Friburgensium, exhibentes licteras commissionales patentes et eiam credencie. Quibus visis et perlectis, fuit credencia per ambaxiatorem Bernensem lingua theotonica facta et deinde per n. Jo. Turci materna lingua exposita. Qua audita, fuit conclusum quod ea omnia r. d. Nyciensi notificentur, et apud eundem destinetur cum originalibus licterarum e. P. Levrierii et consindicus Malodumo. Et, si ipse Levrierii ire recuset, loco ipsius mictatur Pecolat seu secretarius.

Martis prima augusti. — Sindici : Orsieres, Vaudo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Janini, Peyrolerii, Pecolat, Paquet, P. Versonnex, Jo. Fernex, Boulo, Jo. Bueti, A. Gule, L. Lestelley, Malliardi, Lyonardi.

Solvat thesaurarius vigilibus, videlicet vj solidos pro pena visitacionis infectorum.

(Vigilles.) — Fiat mandatum vigilibus pro mense novissime lapso de summa vj florenorum, cuilibet ipsorum quatuor vigillum xvij solidi, et ulterius usque ad quindecimam hujus augusti, ad ratam quantitatis suprascripte, cum sint paupertate prenimia oppressi, pro expellendo infectos etc.

Pro expensis factis per portitorem licterarum Bernensium et Friburgensium in hospicio, solvat thesaurarius, videlicet xvij g.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocti pro summa xlix ff. j g., pro causis in rotulo etc.

(Substitutio.) — Honorabilis Hugoninus de Boulo substituitur in consindicum, loco n. P. de Orseriis; qui juravit in forma etc.

Die suprascripta et hora meridiana, fuit consilium in domo r. d. Amblardi Goyeti celebratum, in quo civitatis consiliiarii fuere evocati. Et interfuerunt de consilio episcopali : r. d. Sancti Victoris, r. d. Amblardus Goyeti, r. d. prothonotarius de Lornex, P. Grueti, Ja. de Malvenda, Philibertus de Bona; — de consilio ordinario civitatis : s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Janini, Hugonis, G. Gavid, Lestelley, Pecolat, P. Levrierii, Boulo; — sindici : Orsieres, Vaudo, Maludumo.

(83) Reversi consindicus Peytrimandus de Maludumo et e. P. Levrierii a Thononio, in quorum supra presencia, exposuerunt demonstrasse r. d. Nyciensi episcopo licteras patentes commissionis s. d.

Bernensium et Friburgensium. Et, quia res quam petunt dure digestionis est, maximo indigens consilio, eundem, civitatis parte, exoraverunt ut hucusque veniret et hanc materiam amplecteretur, scandallis pre oculis nostris existentibus ut obvietur. Qui, post plura verba de hujusmodi materia habita, responsum dedit non posse venire, cum circa regimen et administracionem illustris et r. d. episcopi et principis Gebenn. neccesse vacare habeat. Cujus tamen oppinio est quod capitanei et subdicti pre-nominatorum dominorum capiantur et detineantur juxta tenorem commissionis facte. Quibus auditis, sua unusquisque successive reseravit vota super hujusmodi materia, et, vocibus per unumquemque emissis, fuit facta conclusio quod super hiis licteris placitorie fiant et capiantur, tenorem commissionis insequendo. Sed prius loquantur scutififero regio, ut omnia matura cum deliberacione fiant et hec res fine claudatur prospero.

Hora septima post meridiem, die suprascripta, fuit tentum consilium in conventu Fratrum Minorum. Sindici : Orsieres, Vaudo; — consiliiarii : s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, Jo. Janini, Bueti, Hugonis, Peyrolerii, Pecolat, Paquet, Nergaz.

Exhibuit n. Petrus de Orseriis quandam licteram missivam n. sindicis et consulibus directivam per serenissimum Francorum regis. Qua visa et perlecta in quorum supra presencia, fuit conclusum quod, ea non obstante, conclusio in consilio episcopali facta suo in esse remaneat, quoniam hec lictera missiva censetur esse falso fabricata, cum suis careat substancialibus. Et, consilium tenendo, supervenit e. A. Viennesii, proponens quod r. d. Amblardus Goyeti alias habet licteras quas n. sindicis et consulibus vult notificare, et eosdem sui parte deprecatus est ut ad eundem accedere vellent n. sindici et quinque aut sex ex consulibus consilii. Quo audito, prenominati consindici secretario associati ad eundem iverunt; quibus fuit lictera missiva parte r. d. Nyciensis perlecta. Et, quia jam hora erat nimium tarda, ad diem crastinam remissum fuit consilium in domo ipsius r. d. Amblardi Goyeti.

Die Mercuri secunda augusti. — Existentibus in consilio episcopali subnominatis, hora quinta de mane, de consilio episcopali : r. d. Amblardo Goyeti, d. Dominico de Vyriaco, Ja. de Malvenda, Philiberto

de Bona; — Orsieres, Maludumo, Vaudo; — G. Roget, P. Braset, Bueti, Boulo, Malliardi, Nergaz, P. Levrierii, Hugonis.

Visis licteris missivis serenissimi regis et r. d. Nyciensis episcopi et perlectis, super quibus et contentis in eisdem fuit consilium tentum; et conclusum quod fiant instructiones que demonstrantur prenominato d. Nyciensi; et distinctur vigil pro responsione fienda prenominatis d. Bernensibus et Friburgensibus. Et, conclusione suprascripta mutata, fuit dictum in tunc astancium presencia ambaxiatori Bernensi quod r. d. episcopus et civitas ad eosdem d. Bernenses et Friburgenses suos destinabunt ambaxiatores qui responsionem reddituri sint super per eosdem petitis. Qui ambaxiator letus astancium iudicio recessit, prenominatis omnibus in aula consilii relictis et existentibus.

Jovis, post horam decimam de mane, consilium in suprascripta domo fuit celebratum et omnes de consilio ordinario evocati, vigille refferente. — Presentibus in eodem: r. d. Amblardo Goyeti, necnon s. d. Philiberto de Bona, de consilio episcopali; — P. de Orseriis et G. de Vaudo, sindicis; — necnon P. Levrierii, Jo. Janini, Jo. Malliardi, Jo. Bueti, A. Pecolat, consulibus civitatis.

Qui consules retracti in quadam camera contigua magne aule domus prenominati d. Goyeti consilium super materia d. Bernensium et Friburgensium tenuerunt. Cujus conclusio talis fuit: Quod e. P. Levrierii destinetur parte illu. et r. d. episcopi ad d. Bernenses et Friburgenses, et, parte civitatis, A. Pecolat, ut res laudabiliore fine claudatur et graviora scandalla nobis paritura evitentur. Et fiant instructiones et lictera missiva, tam parte illu. d. episcopi quam eciam civitatis, et princeps cum subdictis et econtra insimul coaddunentur et sint conjuncti. Et fuere perlecte instructiones cum lictera missiva, quas dixerunt bene stare et subtili ingenio per P. Levrierii fuisse fabricatas¹.

(84) *Veneris quarta augusti.* — Sindici: Orsieres, Vaudo, Maludumo; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Roget, Paquet, Bueti, Jo. Janini, Ro. Nycolay, Boulo.

¹ Ces instructions, rédigées en français se trouvent aux Archives d'Etat, P. H. n° 823; elles sont signées Montyon et munies des sceaux du vicaire et de la communauté.

Solvat thesaurarius Georgio, vigilli, videlicet xvij solidos pro portando unam licteram missivam r. d. Nyciensi episcopo, pro tribus diebus quibus vacavit tam eundo quam reddeundo.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxi solidi et vj d. pro malvatico ambaxiatoribus Bernensium et Friburgensium dato, quod biberunt in domo r. d. Amblardi Goyeti, consilio finito, die secunda augusti celebrato.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario octo floreni parvi ponderis librati consindico de Maludumo, pro expensis factis eundo et reddeundo apud Thononium cum e. P. Levrierii, procuratore fiscali, eciam pro expensis duorum servitorum et equorum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Bessonet de somma xij ff. v g. et trium d., pro causis in rotulo etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario tres solidi librati secretario pro copiis instructionum factarum ad causam Bernensium et Friburgensium, quam eciam copia licterarum contra castellanum et exequucione earundem. — (*Solvit.*)

(*Intrentur.*) — Intrentur equidem thesaurario x solidi, pro vino dato ambaxiatoribus Bernensium et Friburgensium.

Solvat thesaurarius unicuique vigillum, videlicet xij solidos in deductionem suorum stipendiorum, actenta temporis caristia.

(*Scutiffer regius.*) — Scutiffero regio mictantur unus quarteronus malvatici, duo vini rubei et alii duo vini albi.

(*Ja. Guilliocti.*) — De Jacobo Guilliocti facto sermone, fuit conclusum, majorem insequendo oppinionem, quod fiat eidem aliqua gratitudo et aliquid sibi detur. Et ad Martis remictitur pro decisione penitus fienda.

Martis viija augusti. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, R. [G.] Roget, Janini, A. Gule, Paquet, Boulo, Ro. Nycolay, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, Jo. Bueti.

(*Leprosi Carrogii.*) — Visa et perlecta supplicacione parte leprosozum prorecta, fuit conclusum quod n. sindici accedere debeant ad r. d. prothonotarium de Lornex, procuratorem fiscalem, cui statuta leprosozum cum eadem supplicacione monstrare debeant. Et, quia e. P. Levrierii, qui sumpsit informaciones super electione quictoni, suspectissimus ha-

betur, per alterum non suspectum per eundem de Lornex eligendum sumantur de novo, ut omnia recto tramite procedant et omnis suspicio tollatur de medio.

(*Vicarii civitatis.*) — Instent equidem n. syndici erga eundem prothonotarium ut omnes curati seu vicarii civitatis Gebenn. unum presbyterum ydoneum qualibet in parrochia tenere debeant, qui visitare peste infectos teneantur et ecclesiastica ministrare sacramenta, ne, horum defectu, hominum anime pereant et visione Dei perpetuo priventur.

De servientibus vicedompnatus, loquantur castellano et de eisdem justicia ministretur.

Veneris xja augusti. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Levrierii, G. Roget, Jo. Bueti, Pecolat, Paquet, Janini, P. Braset, Jo. Nergaz, Jo. Malliardi, H. de Boulo, A. Hugonis, R. Nycolay.

(*Promissio.*) — Magister Johannes Bellocti et Mermetus Maniglerii, burgenses Gebenn., promictunt stare ordinationi consilii et n. syndicorum super eorum differentia.

(*Levrerii, Pecolat.*) — Reversi e. P. Levrierii et A. Pecolat, ambaxiatores electi supranominati, in quorum supra presencia, necnon r. d. prothonotarii de Lorney, Dominici de Vyriaco, Aymonis de Lorney, s. d. Philiberti de Bona et Andree de Malvenda, retulerunt que peregerunt cum m. d. Bernensibus et Friburgensibus. Et, pluribus hinc inde dictis et replicis factis juxta sibi commissa, eorum totalis voluntas est quod ad prosequucionem ipsorum et denunciacionem, sue gentes et sui subdicti detineantur et capiantur, pro justicia de eisdem ministranda.

Responsio Bernensium et Friburgensium est quod capitaneus regius et gentes sue detineantur ¹.

(85) *Lune loco Martis xv^a augusti*, ob festum Assumptionis beate Marie virginis, fuit celebratum consilium in Domo communi, in quo interfuerunt syndici: Orsieres, Vaudo; — P. Levrierii, Pecolat, Paquet, Janini, P. Braset, Jo. Nergaz, H. de Boulo.

Intrentur thesaurario v solidi, pro vino fratribus Palacii dato.

¹ Cette phrase, écrite en marge du texte, semble postérieure.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xij solidi librati Georgio de Campis, vigilli, pro duobus diebus quibus vacavit eundo apud Thonium portaturus licteram missivam r. d. Nyciensi episcopo.

Solvat thesaurarius Johanni Liraz, vigilli, videlicet vj grossos, pro exequendo licteras contra Francesiam mente captam.

De Chenevalis, commissario, et de edificio per ipsum facto, fuit conclusum quod visitetur locus, et si constet novacionem aliquam fecisse super commune, edificium factum, franchisesiarum tenorem insequendo, tollatur.

Admodiatio ponderis bladi.

Anno Domini m^o quingentesimo tercio, indicione quinta et die decima septima mensis augusti, factis debitis proclamacionibus per Johannem Daguini, preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et deinde extincta ut moris est, nullus compertus est qui tantum dare vellet de pondere bladi cum pertinentiis ejusdem quantum honestus vir Petrus de Cresto, expinguerius et burgensis Gebenn., qui de ipso pondere cum emolumentis ejusdem se daturum obtulit sex viginti et quindecim florenos auri parvi ponderis. Et, hiis gestis, nobiles Petrus de Orseriis, Girardus de Vaudo et Henricus de Nanto, consindici civitatis et nomine sindicario, et egregius Petrus Braseti, procurator patrimonialis illu. et reverendi domini Gebenn. episcopi, pro quo se fortem fecit etc., ipsum pondus bladi cum pertinentiis ejusdem expediverunt et amodiaverunt prenominato Petro de Cresto, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., per unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluti, sub firma dictorum sexviginti et quindecim florenorum, solvendorum tribus terminis solitis; primo terciam partem in nundenis proxime Epiphanie Domini, aliam terciam partem in nundenis Pasche et residum in sequentibus nundenis augusti, videlicet jus episcopale in manibus receptoris episcopalis et jus civitatis in manibus n. Johannis Turci, receptoris ejusdem, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint etc. Promictentes ipse partes etc.; et ipse firmarius crastina die in Domo communi ydonee cavere in forma etc.; submictentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in claustro Sancti Petri Gebenn. Presentibus ibi-

dem honestis viris Johanne Buffleti et Stephano Bonijohannis, testibus vocatis et rogatis ibidem astantibus etc.

Montyon.

Veneris xvij^a augusti. — Sindici : P. Orsieres, G. de Vaudo, H. de Nanto; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Braset, Ja. Paquet, Ro. Nycolay, Pecolat, Boulo.

Contemplacione r. d. Dominici de Vyriaco, canonici Gebenn., Anthonius Le Veyrier virtualia in domo sua peste infecta accipiat et ab eadem extradere habeat, dummodo non resideat in eadem et mulier in eadem existens morbosa expellatur.

Supersedatur usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum expedire bona mobilia pertinencia Johanni Pollet et Martine, ejus uxori, lictera missiva n. sindicis ipsorum conjugum parte porrecta non obstante.

(Infecti peste.) — De infectis existentibus in Planopalacio, fuit conclusum quod transeuntibus non petant elemosinam, sed die Martis proxima evocetur Pensabini apportaturus fondacionem et statuta hospitalis, ut visis matura cum deliberacione provideatur.

(86) *(De magistro Rolando.)* — Inherendo majori oppinionis consilii, fuit conclusum quod admictatur magister Rolandus in carpentatorem civitatis, sub pactis cum eodem fiendis.

(Caucio.) — Ibidem et in quorum supra presencia, Petrus de Cresto, firmarius ponderis bladi, constante admodiacione per me subsignatum die xvij hujus augusti recepta, volens promissioni sue obtemperare, cavet per Petrum Rosseti, macellarium, Jacobum Branchuti et Petrum Chenevalis, presentes. Qui et ipsorum quilibet insolidum firmam ipsius admodiacionis, terminis in eadem descriptis, solvere promictunt, et ipse firmarius eosdem servare indempnes et illesos etc.; renunciantes ipsi fidejussores et ipsorum quilibet juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc., epistole divi Adriani etc., et omnibus aliis juribus canonicis et civilibus etc., cum et sub aliis clausulis et renunciacionibus opportunis que hic pro expressis habeantur.

Montyon.

¹ *Die Martis vigesima secunda mensis augusti.* — Sindici : P. Orsieres, G. de Vaudo, H. de Nanto; — s. d. Franciscus Veyriaco, Hugon. de Boulo, Jacobus Paqueti, Anthonius Peccollacti, Jo. Janini, Jo. Bueti, P. Levrierii.

(De fornerio.) — De terra portata per Petrum Maniglerii, fornerium ville, extra portam ville Boudet, fuit conclusum quod visitaretur per dictum Henricum de Nanto et per thesaurarium ville, qui habeant referre. — Visitaverunt et retulerunt, et solvit dictus thesaurarius, videlicet vj g.

(De facto Chenevardi.) — De novo opere facto retro domum egregii Chenevardi, requisierunt dicti nobiles sindici et consilarii egregium Petrum Levrierii, fiscalem procuratorem, ut haberet facere exequutionem super novo opere. Qui dicit et se obtulit facturum, prius nuntiato eidem Chenevardi. De quibus petierunt licteras testimoniales.

*(De Glaudio Rolandi.)*² — Prefati domini sindici et consilarii concluderunt quod magister Gladius Rolandi remaneret carpentator et operator Domus ville et communitatis, sub pactis et condicionibus inter eos declarandis.

(De feriis prolongandis.) — Quoad ferias curiarum hujus civitatis propter pestem vigentem in hac civitate prolongandas, fuit conclusum quod prolongarentur usque ad primam juridicam post vindimias, et proclamarentur per cridam, prius habito consensu r. d. prothonotarii de Lornay aut alterius parte r. d. nostri Gebenn. episcopi. Qui egregius Levrierii haberet super premissis loqui et cridam facere.

(De juramento per Lamberti prestito.) — Ego Petrus Lambert, subsignatus, prestiti juramentum in manibus sindicorum prestari solitum.

Fuit conclusum quod thesaurarius mandaret Jo. Nergaz ad habendum ordinationes hospitalis epidimie, et solvit vj g.

Lambert.

Die Veneris xxv mensis augusti. || — Sindici : P. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Nanto, Petrimandus de Maludomo; — s. dominus Fran.

¹ Ici, l'écriture change.

² La fin du procès verbal de cette séance a été écrite par P. Lambert. Dès la séance suivante, Montyon reprend la plume, toutefois jusqu'au folio 90 d'autres mains semblent avoir travaillé au registre.

de Veyriaco, Jo. Janini, Ja. Paquet, Anth. Peccolacti, Jo. Bueti, Hugon. de Boulo. ||

Die Martis xxix augusti. — Sindici : G. de Vaudo, H. de Nanto, P. de Maludomo ; — (87) s. Fran. de Veyriaco, Jo. Janini, Anth. Peccolacti, Ja. Paquet, Jo. Malliardi, Hugon. de Boulo, Amedeus Gule.

(De Balono.) — De Balono fuit conclusum in consilio quod idem Balon debeat reverti ad domum suam.

(De Bellocto.) — De dicto Bellocto fuit ordinatum et conclusum in dicto consilio quod mondaret domum suam de nocte hora nona.

(De pariete Chenevalis.) — Fuit conclusum per dictum consilium quod derueretur parietem egregii Chenevalis.

(De infectis.) — De infectis epidimie qui querunt elemosinam in Plano Palacii, fuit ordinatum quod non amplius non haberent querere nec petere transseuntibus.

(De Braseti morte.) — De morte egregii viri Petri Braseti, conconsilarii hujus civitatis, fuit dictum et conclusum quod sigillaretur ejus operatorium ad instanciam n. sindicorum hujus inclite civitatis, donec et quousque fuerit facta diligencia de reperiendo jura dicte civitatis, si que sint.

Die Veneris prima mensis septembris. — Sindici : G. de Vaudo, H. de Nanto ; — Jo. Janini, Ja. Paqueti, A. Peccolacti, Hugon. de Bolo, Amedeus Gule, Jo. Maliardi.

(De Antonio Comitibus.) — Fuit conclusum quod Anthonius Comitibus posset ire et reddere per civitatem, et non ad domum suam.

(De G. Bajolaz.) — Fuit equidem provisum de Girardo Bajolaz loco Stephani, vigillis, propter ejus infirmitatem, ad visitandum civitatem propter pestem.

(Mandatur thesaurario.) — Solvit thesaurarius vigilibus, pro deruendo parietem egregii Stephani Chenevalis, videlicet vj g.

Die Martis quinta septembris. — Sindici : G. de Vaudo, de Nanto, Mabosson ; — Roletus Nycolay, Ja. Paqueti, Jo. Bueti, H. de Boulo, A. Peccollat, A. Gule, Jo. Maliardi.

(De vino novo.) — De vino novo fuit conclusum quod non venderetur nisi tres denarios.

(De Jo. Pensabini et Jo. Bernardi.) — Dictum fuit et conclusum in consilio quod Glaudius Pensabini et Johannes Bernardi, qui habent pecunias confratrie hospitalis epidimie extra civitatem, quod subveniant de pecuniis dicte confratrie pauperibus infectis de peste qui querunt helemosinam in Plano Palacii et alibi.

(De muliere banita.) — De muliere detenta pro lana rapta sub alas p[er] Molaris, quod baniatur per tres annos, lana coperta cum tuba et lanista per carraffos seu per parraffos civitatis ducatur.

(De G. dyamantario.) — Fuit appunctuatum et conclusum quod pauperes et liberi qui jacent per carrerias, quod habeat eos reducere in domo hospitali[s] de Bolomy, et quod sciat numerum infectorum in Plano Palacii.

Die Veneris octava mensis septembris. — Sindici : G. de Vaudo, H. de Nanto ; — (88) Ja. Paqueti, Jo. Maliardi, A. Peccolacti, Hugon. de Boulo, Ro. Nycolay.

(De Guillermo Bocardi.) — Fuit conquestam de Guillermo Bocardi, vigile, per Stephanum Bonijohannis cui, ut dixit, imposuit penas centum librarum, et fregit ejus citurnum per ipsum locatum a relicta Bocardi. Fuit conclusum quod expelleretur ipse Bocardi esse vigil et quia ita.

(De dicto Altera expellendo cum baculis.) ¹ — Item, magis fuit conclusum de dicto Altera, barbitonsore, quod expellatur cum baculis nisi velit vacuare civitatem et absentare.

(De dicto Bocardi.) — Eciam fuit conclusum, de consensu et voluntate et ad requestam dicti Guilliermi Bocardi, quod expelleretur a vigille ; et in signum premissorum apportavit vj brigantinas cum secreta. Et requisit dictus Bocardi supra nominatis sindicis Mercuri proxime lapsa, subtus alam fori bladi, quod amplius nolebat esse servitor Domus ville nec vigil ; et sic fuit expulsus per n. G. de Vaudo et H. de Nanto cum consiliariis.

(Constitutio Jo. de Nanto.) — Fuit creatus vigil loco ipsius Guilliermi

¹ Note dans la marge de droite : *Lartera sorcier et enchanteur.*

Johannes de Nanto, escofferius, burgensis Gebenn., qui juravit in forma et fuit constitutus de numero sex vigillum ad visitandum civitatem pro peste, et pro stipendiis assuetis et consuetis datis.

Die Martis xij septembris. — Sindici : G. de Vaudo, H. de Nanto, de Maladumo; — Ja. Paqueti, R. Nycolay, A. Gule, H. de Boulo.

(De Nycodo de Villario.) — Fuit conclusum de Nycodo de Villario, qui posuit terram extra ejus domum per carreriam publicam Perroni, ita et taliter quod remansit in platea Molaris, dictum et ordinatum fuit quod habeat remove dictam terram in dicta platea existentem infra hodie, sub pena comprehensa in franchisesiis.

(De immondicia latrinarum.) — Fuit equidem conclusum quod sumerentur informaciones de et super quadam vacuacione et immundacie quarundam latrinarum existentium in domo venerabilis viri domini Caroli Magni in carreria Pelliparie; sumptis, si constet, capiantur et ducantur in domo Insule.

(De pavisserio.) — De pavisserio Jacobo Guillocti fuit ordinatum quod solverentur sibi due teysie cum dimidia pavimenti facti in porta Tartasie, videlicet xxij g. vj d.

(De vigillibus.) — Fuit conclusum quod solverentur vigillibus pro sententia lata contra Andream filiam Johannis d'Asserens alias Panblain, videlicet iij g.

Die Veneris xv mensis septembris. — Sindici : G. de Vaudo, Henricus de Nanto, Petrimandus de Malodumo; — consilarii : Ja. Paquet, Hugon. de Boulo, A. Gule, R. Nycolay.

Mandatur thesaurario quod solvat vigillibus, pro pena pulsacionis magne campane propter tempus, videlicet x ff.

(De Stephano vigille.) — Fuit conclusum quod dentur pro Stephano vigille qui decessit, amore Dei et pro bono servicio, videlicet xij g.

(De Henrieta Nobleta.) — Fuit ordinatum de Henrieta Nobleta quod revertatur ad ejus domum.

(De dicto Altera.) — Fuit ordinatum quod quidam appellatus Altera vacuet civitatem sub pena centum librarum fortium, infra hodie.

(89) *Die Martis xix mensis septembris.* — Sindici : G. de Vaudo,

H. de Nanto, Petrimandus de Malodumo; — consilarii : P. Levrierii, R. Nycolay, Ja. Paqueti, Jo. Maliardi, A. Gule, Hugon. de Boulo.

(De domo altariensium Sancti Germani.) — Fuit conclusum quod commictatur juratis quod visitent domum pertinentem altariensibus Sancti Germani, que fuit s. domino de Saxo, super quadam differencia inter dictos altarienses et Petrum Perret.

(Constitutio.) — Fuit creatus vigil Anthonius Burnodi, habitator Gebenn., loco Stephani vigilis, ob mortem ipsius Stephani; qui juravit in forma super sacro canone, sub stipendiis assuetis.

Die Veneris xxij septembris. — Sindici : Girardus de Vaudo, Henricus de Nanto; — consilarii : Amedeus Gule, Ja. Paqueti, Hugon. de Boulo.

De domo heredum magistri [Ri]chardi Bienvenuz, barbitonsoris, fuit intimatum filio dicti magistri Richardi quod iret ad domum habitacionis ejus matris et quod sibi notificaret quod mondet domum suam, alias facient mondare hospitalerii infra hodie.

Conclusum fuit quod relicta Petri de Sancto Germano revertatur ad ejus domum.

Equidem fuit conclusum quod magister Ludovicus, condurerius, revertatur ad ejus domum cum familia sua.

Die Martis xxvj septembris. — P. de Maludumo, H. de Nanto, G. de Vaudo; — Ja. Paqueti, A. Peccollacti, Hugon. de Boulo, A. Gule, Ro. Nycolay.

Fuit conclusum quod Furjodus, excofferius, mondaret domum suam; mondata revertatur cum ejus familia ad ejus domum.

Die Veneris xxix septembris. — Girardus de Vaudo, H. de Nanto; — Ja. Paqueti, R. Nycolay, A. Peccollacti, Hugon. de Boulo, Amedeus Gule, Jo. Bueti.

Conclusum fuit quod Johannes Alesii dictus Rosset (quod) mondaret ejus domum; mondata revertatur cum ejus familia.

Fuit conclusum quod sumerentur informaciones si magister Petrus, barbitonsor, fuerit in domo Fratrum Minorum et si tetigerit pestem

cujusdam fratris deffuncti de peste, et, si constet quod tetigerit, banniatur per sex septimanas.

Mandatur thesaurario quod solvat sex vigilibus qui habent onus visitandi civitatem occasione epidemie, videlicet ix ff.

(90) ¹ *Martis tercia octobris.* — Sindici: Vaudo, Nanto, P. de Maludumo; — P. Levrierii, G. Roget, Pecolat, A. Gule, Paquet, Jo. Bueti, R. Nycolay, Boulo, Lambert.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Petri Fabri, serralionus, de Sernex, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis pro et medianibus viij ff.

De illa pauperrima muliere existente prope Palacium, fuit conclusum quod n. sindici, Dei amore, provideant civitatis sumptibus.

Non admictatur in burgensem ille mercator de quo sermo factus extitit, cum non resideat in civitate nec suum foveat domicilium.

Veneris vja octobris. — Sindici: Vaudo, Nanto, Maludumo; — P. Versonnex, P. Levrierii, G. Roget, Pecolat, Paquet, Lyonardi, Malliardi, Boulo, A. Gule.

(*Foyssie.*) — De bulla conficienda rescribatur P. Foyssie, cui detur duplum omnium expletorum, ut res ipsa suum sorciatur effectum. Et tollatur clausula « de consensu quorum intererit etc. »; alias inespedita relinquatur, cum civitati prodesse non videtur.

(*Vigilles.*) — Vigilles restituere habeant brigantinas et secretas et in loco solito reponere.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum G. Quibleti de somma xij ff. j g. et vj d., pro causis in rotulo etc.

Carpentatoribus qui cabanam cuidam pauperrime mulieri fecerunt solvat thesaurarius iiij g.

Solvat equidem homini qui corpus cujusdam mulieris humo tradidit, videlicet iij g.

(*Burgensis.*) — Guiliermus filius quondam Reymondi Pillissonis, de Fillingio, excofferius, parrochie Domine Nostre Nove, fuit creatus burgensis pro viij ff.

¹ Ici reprend régulièrement l'écriture de Louis Montyon.

Martis xa octobris. — Sindici: Vaudo, Nanto; — P. Levrierii, G. Roget, Paquet, Boulo, A. Gule, Lyonardi, R. Nycolay.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Petri Bronnaz, de Mieuciez, vinaterius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis pro viij ff.

Non proclametur vinum novum quousque venda fuerit gitata; et, quia cadit in prejudicium cride, aliquid sibi detur.

(*De licteris gabelle salis.*) — De bullis gabelle ad causam salis facto sermone, fuit conclusum quod fiat memoriale Stephano Mistralis, servitori r. d. Amblardi Goyeti, cui duplum omnium expletorum detur. Et, in bulla conficienda, tollatur illa clausula in calce rescripti apposita de consensu quorum intererit. Que si tolli non possit, fiat bulla tenorem rescripti apostolici insequendo cum illa clausula « de consensu quorum intererit, etc. », conclusionem de hujusmodi materia facta non obstante. Et ipse Stephanus super hiis rescribere habeat, ne res in suspenso maneat, sed mox suum sorciatur effectum.

Remictitur ad Veneris illa mulier vocata Matinaz, hospitaleria.

Veneris xiija octobris. — Sindici: Vaudo, Nanto, Maludumo; — P. Levrierii, G. Roget, Paquet, Pecolat, A. Gule, Ro. Nycolay, Boulo, Lyonardi.

Jaquemeta filia Anthonii Sonnet, relicta Johannis de Albenco, fuit creata hospitaleria hospitalis pontis Rodani; que juravit in forma etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario iiij solidi dati servientibus episcopalibus, pro pena et labore per eosdem susceptis ad causam hominum morbo pestifero infectorum.

(*Secretario.*) — Intrentur thesaurario xij solidi secretario civitatis librati, pro copiis factis ad causam gabelle salis datis tam n. Petro Foyssie quam clerico r. d. Amblardi Goyeti. — (*Solvit.*)

(91) *Martis xvj [xvij] octobris.* — Sindici: Vaudo, Nanto; — P. Levrierii, G. Roget, Paquet, Lyonardi, A. Gule, Ro. Nycolay, Boulo, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Reymondus filius quondam Aymoneti Compeys, de Compeys, parrochie Sancti Germani, miruserius, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius Philiberti Grillion, de Burgo in

Breysia, parrochie Sancti Gervasii, quiblerius, fuit creatus burgensis et juravit in forma etc., pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Johannis de Cappella, de Vendovres, patisserius, parrochie Sancte Crucis, fuit burgensis creatus; qui juravit etc., pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Honestus Glaudius Bonet, filius quondam Petri Boneti, de Sèysello, drapperius, fuit burgensis creatus pro x ff.

(*Burgensis.*) — Guillermus filius quondam Jaquemeti de Marclinge, parrochie Magdalenes, patisserius, fuit burgensis creatus pro viij ff.

Honorabilis Jacobus Paquet puero reperto, cujus pater ignoratur, nutricem reperiat et alimentare habeat ne fame pereat.

Solvat thesaurarius hominibus qui sepulturam cujusdam pauperrime mulieris, nuper deffuncte in porta Tartassie, fecerunt et corpus humo tradiderunt, videlicet sex solidos; et filie que eandem gubernavit, iij solidos, pietatis inthuitu.

Solvat thesaurarius orige adducenti terram extra portam Baudet, pro qualibet quadrigata, j d.

(*Prohibicio.*) — Prohibetur Petro Excofferii ne habeat vendere panem nec vinum, sub pena in franchisesia descripta.

Veneris xxxa octobris. — Sindici: Vaudo, Nanto, Maludumo.

(*Lictere.*) — Fiant lictere Guilliermo Curti, quarum vigore imparciatur licentia expellendi troanos seu quoquinos a civitate.

Vini gabelle exactores tradere debeant Jo. Nergaz, presenti, videlicet l ff. parvi ponderis, pro stipendiis officiariorum.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Guilliermo Curti, dyamanterio, florenos sex parvi ponderis, pro pena per eundem suscepta in expulsionem troanorum, et hoc ultra stipendia dari solita.

Inter Naty et macellarios, fiat concordium si sit possibile.

Martis xxiiija octobris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, G. Rogeti, G. Prepositi, Jo. Bueti, R. Nycolay, Pecolat, Paquet, Lyonardi, Malliardi, Boulo, A. Gule, L. Lestelley.

(*Bessonet.*) — De Bessonet fuit conclusum quod eidem refficiatur mandatum de summa xij ff. v solidorum trium denariorum, eo non obstante quod alias fuerit levatum.

De Soquerii justicia ministretur.

Fiant cride de infectis morbo pestiffero.

Eligantur computorum auditores.

Inhibeatur Naty ne vendere habeat carnes, et suas exhibeat licteras, si quas habeat.

(92) *Veneris xxvij octobris.* — Sindici: Vaudo, Nanto, Maludumo; — G. Roget, G. Prepositi, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Lyonardi, Nergaz, Malliardi, Boulo, A. Gule, L. Lestelley.

Solvat thesaurarius piccas operariorum pontem Sancti Gervasii construendum.

Michael Lyonardi, vigil, circa pestifferos mense futuro durante vacare debeat ut consuevit, sub stipendiis solitis, omnibus aliis vigilibus rejectis.

Inter Perrinum Fontanaz et Guigonam, relictam Francisci Vyolandi, fiat concordium, actento quod promiserunt stare ordinationi consilii.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Petri Morelli, mandamenti Rumilliaci in Albanesio, hospes, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Excofferii alias Rolerii, de Albergamento, parrochie Sancte Crucis, hospes, fuit burgensis creatus pro viij ff.

Admodiatio alarum.

|| Anno Domini mo quingentesimo tercio et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis cridis solitis per Johannem Daguini, preconem civitatis, candela incensa et deinde extincta ut moris est, nobiles et egregii viri Petrus de Orseriis, Girardus de Vaudo, Henricus de Nanto et Peytrimandus de Maludumo, sindici et procuratores civitatis Gebenn., et nomine sindicario, admodiaverunt et expederunt nobili Ludovico de Lestelley, civi Gebennarum, presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum veterum, grossi ponderis et rivagii, cum pertinenciis universis admodiari solitis, per unum annum proximum hodie incohandum, sub firma tercentum et decem florenorum parvi ponderis, per eum in manibus receptoris emolumentorum dicte civitatis n. Johannis Turci, vel qui pro tempore

fuert, solvendorum terminis solitis etc., unacum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc.; submictentes etc.; et ipse Lestelley ydonee cavere hinc ad Martis proximam etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. ubi supra, presentibus Johanne Balli et Michaele Lyonardi, testibus ad premissa rogatis etc. ||

Montyon.

(*Gribellus.*) — Anno Domini m^o quingentesimo tercio, indicione sexta cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, modo premissis, gribellus cum pertinenciis ejusdem solitis, per quos supra expeditus fuit honorabili Johanni Balli, presenti, etc., tanquam plus offerenti, per unum annum hodie incohandum etc., sub firma undecim florenorum parvi ponderis etc., solvendorum terminis solitis etc., unacum dampnis etc.; promictentes etc.; submictentes etc.; renunciantes etc. Actum in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus Georgio Ginodi et Michaele Lyonardi, testibus, etc.

Montyon.

Martis ultima octobris. — Sindici quatuor; — G. Roget, Pecolat, Jo. Fernex, R. Nycolay, Paquet, Lyonardi, Boulo, Jo. Bueti, Prepositi, Nergaz, P. Versonnex.

Fiant vestes vigilibus, ut moris est.

Solvat thesaurarius G. Curti, dyamanterio, xxj g. vj d., pro causis in rotulo etc.

Loquantur P. Versonnex, G. de Vaudo et R. Nycolay cum Paquet venerabili d. Ludovycio Ciclacti, ut hospitale civitati permanet.

Et veniant relaturi.

(*Auditores computorum.*) — Deputantur computorum auditores P. Levrierii, A. Pecolat, secretario juncto.

(93) *Veneris tercia novembris.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, P. Levrierii, G. Roget, Paquet, Pecolat, R. Nycolay, Jo. Nergaz, H. de Boulo, L. Lestelley, A. Gule, Jo. Fernex, G. Prepositi, A. Lyonardi, Jo. Bueti.

(*Caucio.*) — Ibidem, presentibus quibus supra, n. Ludovycus de Lestelley, firmarius alarum, promictit solvere firmam terminis solitis et

cavet per n. Petrum de Orseriis et Nycodum de Lestelley, ejus fratrem. Qui promiserunt in forma etc.; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Et ipse Ludovycus promictit servare indemnes etc., cum clausulis et renunciacionibus opportunis etc.

Johannes Balli, firmarius gribelli, cavet per honorabilem Jacobum Paqueti; qui promiserunt in forma etc.

(*De crida.*) — De Johanne Daguini, crida, conquerente ad causam sui officii, fuit conclusum quod in fine termini admodiacionis sue quicquam sibi detur.

(*Domus infecte.*) — De domibus infectis fuit conclusum quod reperiantur quatuor femine quas reperire habeat Johannes Nergaz, et consindicus Vaudo unam grangiam in qua residere debeant, ne sani horum medio inficiantur, et omnia recte fiant.

Martis vija novembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, P. Levrierii, Paquet, Pecolat, R. Nycolay, Lestelley, Jo. Fernex, G. Prepositi, Jo. Bueti, Boulo, G. Roget.

(*R. d. Lausanensi.*) — R. d. Lausanensi episcopo detur malvaticum et ypocratum.

(*Marlioz.*) — De Marlioz, conquerente de pluribus introgium solvere recusantibus in rotulo nominatis, fuit conclusum quod solvat et diligenciam faciat.

(*De Monetier.*) — Nobilis Monetier de olim gabelle vini exactoribus conqueritur, qui ultra juris debitum nituntur pecunias exigere ad causam ipsius gabelle. Et, ejus querimonia audita, fuit conclusum quod, si dicat in consciencia vinum vendidisse usque ad summam aliquam, eidem credatur. Et eosdem A. Pecolat et Ro. Nycolay, si possibile sit, concordent.

De magistro Aymone, vestem petente, nichil fuit conclusum.

Veneris xa novembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, G. Roget, G. Prepositi, Jo. Bueti, Paquet, Boulo, Lestelley, R. Nycolay, A. Gule, Jo. Nergaz, A. Lyonardi, Pecolat.

Solvat thesaurarius cuidam mulieri vocate Valliante, pro munda-

cione camere infecte Stephani, vigillis, quia eciam impignoravit brigantinas civitati pertinentes, videlicet duos florenos parvi ponderis.

Nominentur in consilio generali de proximo tenendo computorum auditores.

Admodiatio bossetarum.

Anno Domini millesimo quingentesimo tercio, indicione sexta cum eodem anno sumpta, et die undecima mensis novembris, factis debitis proclamacionibus per Johannem Daguini, preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et deinde ut moris est extincta, nobiles et honorabiles P. de Orseriis, G. de Vaudo, Henricus de Nanto et Peytrimandus de Maludumo, syndici et sindicario nomine civitatis, expederunt et admodiaverunt honorabili Francisco Morens, civi Gebenn., presenti, etc., tanquam plus offerenti etc., introgium bossetarum vini cum pertinenciis solitis, cum honore et onere percipi et supportari solitis, perdis, obvaliis assuetis et non assuetis etc., ad et per unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma quinque centum florenorum parvi ponderis et quinquaginta florenorum per eundem Morens solvendorum in manibus (94) honorabilis Johannis Turci, receptoris emolumentorum civitatis, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, et aliam terciam partem in nundenis Pasche, et residuum in sequentibus nundenis augusti tunc proxime tenendis, unacum dampnis etc.; promictentes etc., submittentes, renunciantes etc. Actum Gebenn. in claustro Sancti Petri, presentibus ibidem Petro de Furno et Stephano Jolyti, testibus, etc.

Montyon.

Die Dominica que fuit xija hujus novembris. — Existentibus in consilio generali in claustro Sancti Petri Gebenn. celebrari solito, venerandis dominis Petro Monodi et sigillifero, canonicis Gebenn.; — necnon : P. Orsieres, G. de Vaudo, H. de Nanto et P. de Maludumo sindicis; — P. Versonnex, P. Levrierii, A. Lyonardi, L. Lestelley, Pecolat, R. Nycolay, Boulo, Cadodi, m. G. librarius, Jo. Spatule, Dominicus Lamberti, m. P. de Vitex, Marlioz, magister scholarum, Jo. Balli, P. Joliti,

P. M. Petrus Arlodi, (A. Lyonardi,) Paquet, Jo. Turci, G. Prepositi, Jo. Bueti, Jo. Malliardi, G. Philippi, P. Bonnaz, Jo. Chatronis, M. Chaudiot, Jo. Vuychardi, P. hospes, G. Richardeti, A. de Fonte, Jo. Donzelli, Pensabini, P. chappellerius, Ja. Belli, A. Juglardi, G. Neyrodi, M. Sonier aurifaber, Christinus Tombeti, Bachodi, P. Fabri, G. Vuychardi, A. Marti, Jo. de Orseriis, Ny. Gentilis, Jo. Amiaulx, Jo. de Nemore, H. de Burdignino, Vuarambert.

Gitata fuit venda vini ad quatuor solidos cum dimidio, licet non fuerit major oppinio.

In quorum supra presencia factus sermo extitit : de confratriis; 2° de fusteriis; et 3° de computorum auditoribus.

Super primo fuit conclusum, nemine discrepante, ut pecunie existentes in confratriis civitatis, ultra onera solita et fondatorum intentionem, cum ultime voluntates sint adimplende, herogentur hospitali civitatis ut onera ipsa facilius supportentur¹.

Secundo, quod fusterii fustam in loco determinando per consilium ordinarium vocatis l electis reponant, quibus omnimodam imparciuntur licenciam et potestatem.

Tercio, auditores computorum fuere, nemine contradicente, electi, videlicet : P. Levrierii, A. Pecolat et L. Montyonis.

Martis xiii^a novembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, G. Roget, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Jo. Nergaz, Malliardi, H. de Boulo, Lestelley, Jo. Fernex, Lyonardi, Prepositi, Jo. Bueti.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Nycodi Exchaqueti, conductorius, de Dovenno, parrochie Magdalenes, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Stephanus Bruneti, filius quondam Humberti Bruneti, de Asperomonte, sellierius, fuit burgensis creatus, parrochie Domine Nostre Nove, pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Nemoribus, pro tercia parte reparacionis Ale, jornatis et thegulis, de summa videlicet xxij florenos.

¹ Cet acte du Conseil général, portant le sceau d'Aymon de Montfaucon, évêque de Lausanne et administrateur de l'évêché de Genève, se trouve aux Archives d'Etat, P. H., n° 824; impr. dans M. D. G., t. III, p. 460.

rum viij g. et x d. Et, de aliis duabus, extitit factum mandatum magistro ale P. Joliti.

Petro Duc cujus domus, proph dolor, fuit fonditus igne concremata, detur Dei amore iij ff.

Vigilibus florenus unus detur pro pena quam habuerunt extinguendo ignem in Fusteria incensum.

Solvat thesaurarius Johanni Bocardi, olim vigilli, pro sua veste petita, ad ratam temporis quo servivit, ut suadet equitas.

(95) *Jovis xvj novembris.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Jo. Velluti, Lyonardi, Lestelley, Donzelli, Boulo, P. de Marta, Pecolat, G. Prepositi, H. Pichon, P. Poterel, G. Vellu, (Prepositi,) M. Chaudiot, Jo. Bueti, Ny. Gentil, hospes Crucis Albe, H. Boulardi, Christinus Tombeti, Malliardi, Ny. de Villario, Grassie, R. Nycolay, P. Morel, Pensabini, Ly. Boytet, Ny. Collonier, Bachodi, G. Roget, P. Jehan Bron, P. de Mara, Anzo Hugue, Colinus Colini, Jo. Fernex, H. Bovardi.

Supradictis in consilio existentibus et evocatis, sermo factus extitit de tribus, videlicet: primo de fusteriis, de confratriis et mercato caseorum. Et, vocibus per supranominatos emissis, fuit conclusum quod fusta a platheis communibus removeatur et eisdem fusteriis deputetur locus in quo reponere habeant fustam. Secundo, quod priores confratriarum evocentur et qui priores, ultra onera voluntatem fundatorum insequendo, cum ultime voluntates sint adimplende, pecunias quas habent hospitali civitatis herogare debeant, ut hospitalis onera facilius supportentur, cum primo sit succurre[re] fessis. Tercio, quod mercatum caseorum in loco solito suo in esse remaneat, videlicet in et ante platheam Domine Nostre Nove, actenta consuetudine longeva qua obstante non foret licitum mercatum ipsum in alium transferre locum.

Veneris xvija novembris. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, Paquet, R. Nycolay, (Paquet,) Fernex, Lyonardi, Malliardi, Boulo, Lestelley, Levrierii, Prepositi.

Teneatur scola et fiant sermones prima Dominica Adventus proximi.

Extrahantur erreragia et extractis provideatur pro civitatis utilitate.

Fusterii reponere habeant fustam versus Villam Novam seu retro scolam.

De helemosina hospitali civitatis fienda, loquantur nobiles sindici dominis de capitulo.

(*Caucio.*) — Franciscus Morens, firmarius bossetarum, cavet per nobilem Ludovycum Lestelley, ibidem presentem, qui firmam in admodiacione descriptam terminis in eodem descriptis solvere [promisit,] cum promissionibus et renunciacionibus etc., juri dicenti [principalem] prius fore conveniendum quam fidejussorem, et ceteris clausulis in talibus opportunis. Presentibus Paquet et Lyonardi, testibus, etc.

Conqueratur r. d. vicario de castellano, si recuset vadia restituere.

Martis xxja novembris. — Sindici . Orsieres, Vaudo, Maludumo; — P. Levrierii, P. Versonnex, G. Rogeti, G. Prepositi, Pecolat, Paquet, Lyonardi, Nergaz, Malliardi, Boulo, Lestelley, A. Gule, Jo. Fernex.

Provideatur fusteriis ad formam cridarum.

(*Commissio.*) — Committitur Ro. Nycolay et Jo. Bovardi visitacio confratriarum pro pecuniis hospitali erogandis.

Magister Mandrillionis habeat scolam exercere, alio magistro repulso.

(*Burgensis.*) — Petrus Fontanelli alias Grisi, filius quondam Johannis Fontanelli, de Alex, mercator, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Glaudii Luppi, de Castillione de Dognie in Breysia, macellarius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(96) (*Burgensis.*) — Petrus filius Aymonis de Buffeto, de Bellomonte, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Guilliermi Catiaz, de Vyu in Salacio, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis pro viij ff.

Veneris xxiiija novembris. — Sindici quatuor; — Roget, Paquet, Nergaz, Boulo, A. Gule, Versonnex, P. Levrierii, Pecolat, Jo. Fernex.

(*Rector scole.*) — Admictatur Mandrillionis in rectorem scholarum hujus civitatis per unum annum integrum et ulterius, dum benefecerit etc.

(*R. d. officialis.*) — Nichil percipiat r. d. officialis pro signatura lic-

terarum n. sindicorum, dummodo se nominet in licteris sindicorum. Et sic placuit r. d. officiali moderno Goyeti, cui de hujusmodi re loquutum fuit.

Martis xxviii^a novembris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, Roget, Paquet, R. Nycolay, (Paquet,) Bueti, Lyonardi, Malliardi, Boulo, Lestelley, A. Gule, Jo. Fernex, Prepositi, Nergaz.

(Cride.) — Serventur cride novissime edite per r. d. officialem signate, cum fuerint facte pluribus rationibus laude dignis.

Evocentur confratrarum priores coram n. sindicis in Domo communi.

(Custos porte Rodani.) — Detur una camera custodi porte Rodani in loco magis apto.

(Jo. Rubini.) — Rubini gaudeat franchesiis burgensium more, dummodo constet ejus patrem fuisse burgensem.

Visitetur domus Berthellerii, que minatur ruynam, et refficiatur sumptibus quorum intererit.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Glaudio Rolandi de somma xxx ff. pro tachio scole, recepto per de Crosa sub anno Domini millesimo [quatercentesimo] nonagesimo octavo et die xxiii^a novembris.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Johanni Pollet de somma xj ff. ix g. et viij d., pro causis in rotulo.

(Burgensis.) — Roletus filius quondam Stephani Bonnaz, de Chalex, patisserius, parrochie Sancte Crucis, fuit burgensis pro viij ff.

Veneris prima decembris. — Sindici quatuor; — P. Levrerii, P. Versonnex, G. Roget, Jo. Bueti, Pecolat, Paquet, Lyonardi, Boulo, Lestelley, Fernex, Prepositi, Nergaz, Malliardi.

Detur locagium camere portitori porte pontis Rodani, qui vocatur Johannes Vulliermodi et juravit in forma etc.

Quia munera sumpta ligant, et auxilio et favoribus r. d. episcopi Nyciensis civitas impresenciarum indiget, sitque magnus rex die festi Epiphanie proxime futuri, ideo, civitatis parte et pro suo regno, detur eidem duo dolia vini tam rubei quam albi, quorum unum sit plenum vino de Subtus Mons, continencie decem sestariorum vel circa, aliud vero plenum vino Choutagnie, ejusdem mesure.

Communicentur jura olim gabelle vini exactoribus contra Thorens; ne horum defectu jacturam imposterum subire cogantur. Et, quia ipse Thorens civitatis franchisesias infringere non veretur, suum contra proprium juramentum contraveniendo, ideo borgesia pro se et suis, ut alias extitit conclusum, privetur, habita prius cum consilio episcopali conferencia, ut omnia rite et recte fiant.

(97) De confratriis fuit conclusum quod ab omnibus exigantur pecunie juxta conclusionem generalis consilii.

(Hospitale.) — Fiat instancia erga firmarium introgii bossetarum ut nichil exigere velit de vino hospitali civitatis pertinente. Qui si recuset, super firma deducatur introgium.

(D. de capitulo.) — Venerabiles domini de capitulo dicunt se daturos hospitali civitatis pro helemosina, videlicet viginti florenos parvi ponderis, relacione consindici de Orseriis.

(Ordinacio.) — In diferencia existente inter Perrinum Fontannaz et relictam Vyolandi, assignatam per Johannem Clerici ad audiendum ordinationem, visa relacione per operarios etc., pronunciaverunt et ordinarunt n. sindici, ut in relacione continetur, absente relictis et ipso Fontanaz presente, petente licteras testimoniales que decernuntur, presentibus Boulo et Lestelley etc.

(Burgensis.) — Johannes filius quondam Aymonis Sasodi, marescallus, parrochie Sancte Crucis, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Humbertus filius quondam Jeneti Excofferii, de Ruppe, excofferius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit burgensis pro et mediantibus viij ff.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Glaudii Monachi, de Monitier, excofferius, parrochie Domine Nostre Nove, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

Martis v^a decembris. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, Jo. Bueti, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Boulo, Nergaz, Lestelley, Roget, Levrerii, P. Versonnex, Lyonardi.

(Recogniciones civitatis.) — Fiant recogniciones de rebus moventibus de feudo civitatis, ne horum defectu communitas jacturam subire

cogatur¹, per Lud. Montionis et constituitur commissarius exten-
tarum.

Solvat thesaurarius Michaeli Lyonardi, vigilli, videlicet decem octo
floreos parvi ponderis, pro pena suscepta expellendo a civitate infectos.

Super supplicatione per vigilles porrecta, nichil fuit conclusum.

De fromageriis, fuit conclusum quod serventur cride et civitatis
hujus franchises.

(*Informaciones.*) — Veritas ut prescrutetur de illo qui consilii secreta
pandere et detegere non erubuit, actentis per egregium Levrerii propo-
sitis, sumantur informaciones cum domino Bastide, et deinde fiat
monicio generalis contra scientes, etc., ne talia gravi sine pena per-
transeant.

Detur vigillibus, pro expensis factis in domo Legot pro capcione
mulierum lubricarum, videlicet v g.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius Johannis Bochet, de Dyvona, par-
rochie Sancti Germani, carpentator, fuit admissus burgensis pro et
mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Glaudii Truffon alias Mugnerii,
de Alex, gueynerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro
viiij ff.

Veneris viij^a decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco,
Peyrolerii, Levrerii, Gavid, Paquet, Lyonardi, Nergaz, Bueti, Boulo,
Lestelley, Fernex, Roget, Versonnex, Prepositi.

Fiat fenestra de vitro in hospitali Sancti Jacobi pontis Rodani, et
affigatur in memore.

(*D. L. Ciclacti.*) — Adipiscatur possessio camere d. Ludovyci Ciclacti
primo et ante omnia, qui si velit [con]queratur r. d. vicario, coram
quo sua teneatur exhibere jura.

In quorum supra presencia, Philibertus Berthellerii dixit se fore
contentum stare ordinacioni n. sindicorum et consilii super repara-
cione sue domus, de qua conquestus est Donzelli.

(*Tubicena.*) — Tubicene civitatis fiat una vestis pretio vj ff. et novem
solidorum, more vigillum civitatis.

¹ La fin de l'alinéa est d'une autre encre.

(98) *Martis xij^a decembris.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de
Veyriaco, Gavid, R. Nycolay, Fernex, Bueti, Pecolat, Malliardi, Peyro-
lerii, Roget, Boulo, Lyonardi, Levrerii, Lestelley, Versonnex.

Accedere debeat d. Ludovycus Ciclacti ad consilium Martis proxima,
suis fulsitus juribus, ad causam hospitalis pontis Rodani.

(*G. Curti.*) — Retinetur G. Curti suo in officio per unum mensem
integrum.

(*Processiones.*) — Petantur processiones et per triduum fiant ut, Deo
duce, ab omnibus thueantur adversis cives et incole civitatis.

(*Vigillibus.*) — Quia vigilles nixi sunt viribus totis capere Pinochet
qui, proph dolor, quemdam hominem morti tradidit, videlicet v g.
eisdem dentur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum G. Curti de summa xxiiij floren-
rum, pro octo mensibus effluxis die x^a hujus finitis.

Veneris xv^a decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco,
Gavid, Roget, R. Nycolay, Lestelley, Boulo, Jo. Bueti, Levrerii, Lyo-
nardi, Nergaz, Pecolat.

Lathomi pontis Sancti Gervasii construentes juraverunt juste operam
dedisse et vallidas fecisse jornatas.

(*Marlioz.*) — Viso rotulo per Marlioz exhibito, fuit conclusum quod
super firma admodiacionis sui officii reverberentur, pro introgio cer-
torum bossetorum de quibus nichil exigere potuit, obstante ordinacione
per r. d. Nyciensem facta, videlicet v ff.

Fiat fons aque vive in Fusteria, sumptibus petencium et non civitatis.

Dominus Ludovycus Ciclacti sua exhibeat jura ut visis provideatur.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Francisci Mermaz, de Comba
Boegii, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit burgensis creatus
pro viij ff.

(*Servientes.*) — Gladius Bernardi de Vers, Gladius Manget de Bel-
lomonte et Johannes de Clauso de Chicina in Semina fuere creati
servientes vicedompnatus ad presentacionem n. Francisci Chippri, cast-
tellani.

(*Vigillibus.*) — Vigillibus et unicuique ipsorum vestis una fiat de
somma vj ff. et ix g. et equidem tubicene civitatis, ascendere debentes
in universo ad sommam quaterviginti septem florenorum et ix g.,

laudabilem consuetudinem hactenus observatam sectando, de triennio in triennium.

(*Mandatum.*) — Vigilibus fiat mandatum de summa lx ff., pro stipendiis termini festi Nativitatis proxime venturi, unicuique v ff.

(*Ordinacio.*) — Actenta potestate per Philibertum Berthellerii et Johannem de Mara n. sindicis et consilio ordinario actributa, qui iuraverunt stare eorum ordinacioni, visa primitus per operarios facta relatione, pronunciaverunt ut in eadem continetur, partibus presentibus, dicto Johanne non consenciente et protestante de appellando, et testimoniales que decernuntur. Item pro pena operariorum partes ipse florenos duos solvere debeant, quelibet unum.

Martis xixa decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Pecolat, Peyrolerii, Levrierii, Roget, Bueti, R. Nycolay, Pecolat, Fernex, Lyonardi, Boulo, Lestelley, Nergaz, Prepositi, Versonnex.

(*Leprosi.*) — De leprosis, visa supplicacione, fuit conclusum quod n. sindici loquantur r. d. officiali et sumantur informaciones per n. syndicos, e. Petro Levrierii juncto.

(99) *Mandatum.* — Fiat mandatum Michaeli Lyonardi, vigilli, de somma vj ff. parvi ponderis super uno burgensi percipiendorum.

Evocentur priores confratriarum coram r. d. vicario si recusent computum reddere.

(*D. Ciclacti.*) — Visitentur jura per d. Ludovycum Ciclacti exhibita per P. Levrierii et Peyrolerii, et visitatis refferant, ut eque provideatur.

Macellarii infecti non intrent civitatem quousque Epiphanie festum fuerit celebratum.

(*Burgensis.*) — Glaudius Gallesii, filius Aymonis Bruni alias Berrot, macellarius, de Chamberiaco, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis viij ff.

(*Burgensis.*) — Guilliermus filius quondam Petri Jeneti, de Sancto Jorio, furbiciator, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius Petri Biollesii, de Gebenn., barbitonsor, parrochie Magdalenes, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Monetus Champelli, filius quondam Johannis Cham-

PELLI, de civitate Gebenn., fuit burgensis viij ff., pelliparius, parrochie Sancti Gervasii.

Veneris xxij^a decembris. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Lestelley, Boulo, Lyonardi, Bueti, Levrierii, Roget, Fernex.

Infecti regrediantur ad domum ipsorum et suis in domibus remaneant, nec conversari habeant cum sanis.

Martis xxvj^a decembris. — Sindici: Vaudo, Nanto, Maludumo; — G. Gavid, Roget, Prepositi, Bueti, Pecolat, Paquet, Nergaz, R. Nycolay, Lyonardi, Boulo, Lestelley.

(*Burgensis.*) — Aymo Gosset, filius quondam Johannis Gosseti, de Megeva, affanator, parrochie Sancti Germani, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

De fromageriis serventur cride, prout alias conclusum extitit.

Restituat castellanus hominem quem, n. sindicis insciis, exire permisit, ut justicia ministretur. Qui si facere recuset, evocetur coram domino vicario et de eodem conqueratur.

Veneris xxix^a decembris. — Sindici quatuor; — G. Roget, Bueti, Paquet, Pecolat, R. Nycolay, Lyonardi, Nergaz, Boulo, Lestelley.

Requirunt n. sindici castellanum ut restituat hominem qui furtum commisit, et de hiis testimoniales, que decernuntur.

Capitula hospitale civitatis concernencia legantur Martis proxima sine mora.

(*Burgensis.*) — Jacobus Donzelli, filius quondam Bertheti Burnat, de Cursingio in terra Langini, affanator, fuit burgensis creatus, parrochie Sancte Crucis, viij ff.

Pugniantur macellarii ad formam cridarum.

(100)

1504.

Martis secunda januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Roget, Bueti, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, R. Nycolay,

Paquet, P. Versonnex, Boulo, A. Gule, Jo. Fernex, Lestelley, Levrierii, Malliardi.

De domino Ludovyco Ciclacti facto sermone, fuit conclusum, ut scandallis obvietur, quod ejus camera accipiatur. Salarium cujus civitatis parte eidem domino Ludovyco solvatur, et portitori porte Rodani tradatur.

Accedere debeant n. syndici ad consilium episcopale, cui explicare debeant quod curati seu vicarii parrochialium ecclesiarum civitatis habere volunt sepellimenta horum in hospitali civitatis decedencium, quod equitati non congruit. Cui placeat ut sepellimentum duas dividatur in partes, quarum una curato seu vicario decedentis pertineat et alia hospitali.

Fiant scale, crocheti et excovex, et affigantur in carreriis et locis necessariis, et designeriis tradantur sub debita inventarii descriptione.

Detur vigilibus florenus unus pro extremis ipsorum.

Sumantur informaciones contra d. R. Testuti et alios per n. syndicos nominandos.

(*Burgensis.*) — Andreas filius Johannis Burgondi, oriundus de civitate, tincterius, parrochie Magdalenes, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Petri Baudi, de Vyvereis, conreator, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Glaudii Colombi, de Thono, parrochie Sancti Germani, auriga, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Michaelis Lamberti, oriundus de civitate, burgensis, parrochie Sancti Gervasii, videlicet pro viij ff.

Veneris va januarii. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Nergaz, G. Gavid, Paquet, Pecolat, Roget, Lestelley, Versonnex, G. Prepositi, Boulo, Levrierii, Lyonardi, Bueti.

(*Burgensis.*) — Henricus filius Guichardi Martini, oriundus de civitate, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Andreas filius Glaudii Darmoex, de Animassia, lathomus, fuit burgensis creatus, parrochie Sancte Crucis, pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Hudricus filius quondam Johannis Fabri, de Marri-

gniaco, nauta, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis de Sougeto, de Pringino, serrallionus, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis pro viij ff.

(*D. Bastide et Jo. Pesmes.*) — Exposuerunt n. et potentes d. Bastide et Johannes de Pesmes, contutores liberorum quondam strenui militis domini Petriquini de Pesmes, ad eorum devenisse noticiam n. castellanum civitatis inquilinos domus ipsorum liberorum vadiasse vigore quarundam cridarum factarum, ut asserunt, n. syndicis et consilio civitatis instantibus, quod cadit in prejudicium pupillorum, superque premissis responsio[nem] sibi facere postularunt. Et, hiis auditis, fuit conclusum cridas observari debere inconcusse.

De fusteriis et vinum vredientibus sermo extitit factus quod serventur cride prout pluries fuit conclusum.

De burgensibus creandis, antiqua servetur consuetudo et stillus servetur antiquus.

(101) *Martis ixa januarii.* — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Fernex, Pecolat, Nergaz, Boulo, Lestelley, Paquet, Lyonardi, Bueti, Levrierii, Roget, (Bueti).

Gabelle vini exactores graciosae tractare habeant Franciscum Belloci de vino per ipsum vendito, pietatis inthuitu.

Fiat instancia erga r. d. vicarium per n. syndicos ut pro reipublice bono prorogare habeat exactionem gabelle salis usque ad festum || Omnium Sanctorum || Sancti Johannis Baptiste.

Veneris xija januarii. — Syndici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Bueti, Pecolat, Paquet, Boulo, R. Nycolay, P. Levrierii, Lestelley, Lyonardi, Nergaz, P. Versonnex, Malliardi, Roget.

(*Burgensis.*) — Guigo Cucheti, filius quondam Perret Cucheti, de La Rippe, charrerius, parrochie Sancti Gervasii fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Durandus filius quondam Mermeti Balliodi, merce-rius, de Megeva, parrochie Magdalenes, viij ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Glaudii Reverchon, de Nyviduno, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis, viij ff.

Jo. Magnini assignavit vij curatos seu vicarios; cui detur videlicet ij g. pro pena ipsius.

De tribus unus detur in coadjutorem Nergaz, hospitalarii hospitalis civitatis, qui pecunias custodire debeat.

Glaudius Danelli et Johannes de Fontana super eorum diferencia promiserunt stare ordinacioni sindicorum.

Solvat thesaurarius Jo. Marlioz ix solidos, pro expensis hominis detenti in domo episcopali, per ipsum deputati in exactione introgiurum bossetarum.

Infecti reponantur in domo nova hospitalis, et civitatis neccessaria sumptibus ministrentur.

De Leamon solvat quod civitatis parte exegit.

De pavisserio, pro suis jornatis solvantur eidem videlicet iiij g.

Martis xvja januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Fernex, Lyonardi, P. Versonnex, Roget, Bueti, Levrerii, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Malliardi, Jo. Nergaz, Lestelley, Prepositi, Pesmes, (Pecolat).

Fiat procuratorium per n. syndicos contra d. Bastide et Pesmes, habito prius cum jurisperitis consilio.

(*D. Menthonis.*) — N. et potens dominus Menthonis, assertus commissarius parte serenissimi imperatoris et illu. d. Sabaudie ducis deputatus, dixit n. sindicis cridari facere velle per civitatis carraphos ut omnes se reperire debeant ante Domum communem ad audiendum que explicare voluerit juxta sibi commissa, prout premissa n. sindici actestantur fore vera. Super quibus fuit conclusum quod n. sindici accedere debeant ad r. d. Goyeti, vicarium, ut hanc materiam amplecti velit, et eidem notificare, cum de jurisdictione illu. domini episcopi et principis Gebenn. agatur. Et notificetur d. episcopo Nyciensi et d. Lausanensi, quorum interest jura illu. et r. d. episcopi prothegere; et testimoniales.

(102) (*Burgensis.*) — Johannes de Prato, filius quondam Petri de Prato, de Myonciez, excofferius, parrochie Sancte Crucis, fuit burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Georgius filius quondam Humberti Mollie, de Bona-

villa, verrerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Vuydat, de Traffor, tonsor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro et mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Stephani Bossuti, faciens molas, de Magno Bornando, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocci de somma viij ff. pro causis in rotulo descriptis etc.

Die suprascripta, fuit consilium celebratum hora fere 2^a post meridiem propter dominum Menthonis, subscriptis in eodem existentibus: sindici iiijor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Levrerii, Pesmes, Prepositi, Pecolat, Ro. Nycolay, Lestelley, Jo. Nergaz, Boulo, Roget, Bueti.

In quorum supra presencia, retulerunt n. sindici, organo n. Petri de Orseriis, eidem per r. d. Goyeti preceptum fuisse ut se reperirent subtus Alam dum et quando n. et potens Urbanus baro Menthonis nonnulla loco in eodem habebit explicare coram populo, parte serenissimi imperatoris et illu. d. Sabaudie ducis. Et, si contingat quicquam in enervacionem jurisdictionis ecclesiastice dicere vel facere per eundem dominum Menthonis, se opponant n. sindici et licteras testimoniales petant. Quibus auditis, fuit conclusum quod, constituto de precepto facto eidem n. sindicis de se reperiendo in loco audienciarum tenendarum per ipsum Menthonis, suis cum baculis sindicatus intersint, et se opponant, casu adveniente, quod quicquam fieret in prejudicium jurisdictionis illustris et r. d. Gebenn. episcopi, petentes licteras testimoniales.

Eodem die, fuit facta crida de precepto r. d. Amblardi Goyeti, vicarii episcopatus Gebenn., cujus tenor sequitur et talis est:

« L'on vous fayt asavoyr de la par de nostre tres redoubté Seigneur, « mons^r l'evesque et prince de Geneve, de son vidompne et des pro- « dompnes de la Ville,

« Comment est en ceste cité mons^r de Menthon pour publier et fere « asavoyr certaynes chouses de la part de l'empereur, nostre Sire, et de « nostre tres redoubté Seigneur mons^r le duc de Savoye. Pourquoi ung

« chescung se trovera devant la mayson de la Ville à deux heures
« apres mydi, pour ouyr et entendre ce que ledit Seigneur de Menthon
« vouldra dire et publier. »¹

Die supra proxime descripta, existente magnifico domino Georgio barone Menthonis subtus Alam civitatis Gebenn., pro sua audientia tenenda coram omnibus adesse volentibus, qui nonnulla tam parte serenissimi imperatoris et illu. Sabaudie ducis habebat reserare, supervenerunt nobiles et honorabiles Petrus de Orseriis, Girardus de Vaudo, Henricus de Nanto et Peytrimandus de Maludumo, sindici hujus (hujus) civitatis. Qui, sindicario nomine predicto, formidantes ne jura illu. d. nostri Gebenn. episcopi et principis in hiis que tunc ipse baro Menthonis erat explicaturus remanerent indeffensa et sua juridicio lederetur, antequam ad aliqualem verborum prolacionem procederit memoratus baro Menthonis, protestati sunt quod per aliqua que dicat vel facia(n)t, suam exercendo commissionem, non prejudicet neque in futurum prejudicare possit illustri et reverendissimo Gebenn. episcopo, nec juridicioni sue ecclesiastice quam prothegere et deffendere, ut equitas et ratio suadent, viribus totis satagunt et tenentur, cui civitas pertinet insolidum et subesse dignoscitur; dicentes per eosdem non stare nec stetisse quominus juridicio, libertates et franchises civitatis remaneant illese; requirentes, ne infuturum de negligencie vicio reprehendi possint et quicquam contra eosdem obici facto vel verbo possit, de premissis per me subsignatum publicum fieri instrumentum seu licteras testimoniales; prenominate barone ad premissa dicente et replicante quicquam in prejudicium illu. et r. d. episcopi Gebenn. et in enervacionem sue juridicionis facere velle, nec sue voluntatis esse. De quibus premissis dictis et propositis n. sindicis deposcentibus, ex mei incom-bente officio, testimoniales licteras duxi concedendas et concessi.

Datas Gebenn., subtus Alam civitatis, die xvij hujus januarii mo quingentesimo quarto, presentibus ibidem n. et potente Urbano de Valispergia, necnon spectabilibus utriusque juris doctoribus Claudio Grossi, Petro Millieti, Roberto Conodi, necnon Johanne de Nemore,

¹ Cette publication avait été autorisée par le vicaire Amblard Goyet en date du 15 janvier, Archives d'Etat, P. H., n° 826.

Aymone Chambeti, Anthonio de Fonte, Philiberto Fornerii, Stephano Perrussini, notariis, testibus etc.

Montyon.

(103) *Veneris xix^a januarii*. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Roget, Lyonardi, Paquet, Nergaz, Boulo, A. Gule, Lestelley, Jo. Bueti, Malliardi, Fernex, Prepositi, P. Versonnex, Levrierii, Pecolat.

(*D. Menthonis.*) — Intrentur iij^{or} solidi magnifico domino Menthonis pro vino eidem dato.

(*Fiant recogniciones.*) — Ne jura civitatis pereant et indeffensa remaneant, fiant recogniciones; et recognoscere recusantes via juris compellantur per Ludovycum Montyonis; et ex nunc constituitur commissarius.

(*Vyennoys.*) — Detur egregio Viennoys unus florenus, pro duplo territorii et lictere testimonialis magnifici d. Menthonis.

(*Pensabini.*) — Adjungatur cum Jo. Nergaz, hospitalerio, videlicet Pensabini, ut hospitalis onera facillius susportentur.

(*Ja. de Malvenda.*) — De d. Jacobo de Malvenda, petente se eximi a solutione gabelle, cum sit judex appellacionum antiqua servetur consuetudo.

Causa contra heredes d. Brandicii et Jo. de Pesmes prosequatur viriliter et mandetur apud Viennam procuratorium.

(*Substitutio.*) — Ibidem n. sindici, vigore potestatis attribute in instrumento sindicatus, substituunt Georgium Rolandi et alios practi-cantes in curia metropolitana; cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis; presentibus Petro Lulini et Georgio de Campis, testibus, etc.

(*P. Levrierii.*) — Egregius P. Levrierii, de pecuniis per ipsum receptis eundo ad partes Theotonycas pro civitate computet, et suam antiquam laude dignam sectando consuetudinem faciat rotulum.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxxij floreni et octo solidi, qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

Martis xxii^a januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Jo. Bueti, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Nergaz, Malliardi, Boulo, Lestelley, Gavid, Versonnex, Roget, Levrierii, castellanus.

Justicia de latronibus ministretur ut ceteris cedat in exemplum.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario sex solidi dati portitori licterarum destinatarum apud Viennam contra tutores liberorum domini Brandicii.

Pro gabella salis lapso termino exigenda, fuit conclusum quod n. Petrus de Versonnay destinetur ad r. d. Nyciensem episcopum cum lictera credencie; cui placeat pro reipublice bono terminum ipsius gabelle prorogare usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, actentis civitatis oneribus.

(*Burgensis.*) — Nobilis Franciscus Chippri, castellanus civitatis, fuit burgensis creatus pro gratis serviciis, gratis.

(*Burgensis.*) — Providus Glaudius filius quondam Johannis Vuarnerii, de Ugina, fuit burgensis creatus gratis, juribus civitatis servis, contemplacione eciam n. sindicorum.

De fromageriis, ad Veneris proximam fiat conclusio.

Veneris xxvja januarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Roget, Bueti, Pecolat, R. Nycolay, Paquet, Levrierii, Prepositi, Fernex, Nergaz, Boulo, A. Gule, Lestelley, Lyonardi, castellanus Chippri.

Admodietur domus civitatis magistro Petro, nec de eadem fiat crida.

De uxore Lugo, nichil eidem solvatur, cum non constet sui mariti esse heredem.

(104) *Martis penultima januarii.* — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, G. Gavid, Roget, Pecolat, Malliardi, Boulo, Nergaz, Lyonardi, Paquet, Lestelley, R. Nycolay, Bueti, Prepositi, Jo. Fernex.

De rotulis sermone facto, fuit conclusum quod de tribus in tribus mensibus fiant rotuli per thesaurarium, et legantur in consilio ut inde provideatur.

(*Marlioz.*) — De Marlioz fuit conclusum quod eidem detur xxx solidi, inclusis novem de quibus extitit facta conclusio.

De vigilibus petentibus ob temporis caristiam ut de ipsorum borgeis nichil exigatur hoc anno durante, stetur discretioni receptoris emolumentorum civitatis.

Evocentur ad Jovis l electi pro creacione sindicorum fienda, et interesse volentibus unicuique grossus solvatur unus.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Anthonio Villieti ix ff. et viij g. et quatuor denarios qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Guilliermo Bessonet xv grossos pro causis in rotulo descriptis etc.

(*Domus Fabri.*) — Visa relacione per operarios facta de domo heredum Anthonii Fabri, pronunciaverunt n. sindici ut in eadem continetur, presente Jacobo Frumentini ordinacioni obtemperare volente. Cui injungitur ut domum ipsam, hinc ad festum Pasche, reedificare faciat juxta relata.

(*Mandatum.*) — Solvat receptor magistro Petro Chenevalis videlicet duos florenos xj grossos et vj d.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Johanni Lingocti et Petro Tissocci, videlicet xxxvj ff. x grossos et sex denarios.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario tercentum lxv ff. xj g. x d. cum obolo, pro expensis factis in ponte Sancti Gervasii, ut in rotulo constat etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario centum lxxxv ff. v grossi xj d. cum obolo, pro causis in rotulo etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario ducentum lxxvij ff. vj g. vj d., pro jornatis factis in ponte Sancti Gervasii, ut in rotulo, etc.

(*Admodiatio.*) — Ibidem n. sindici sindicario nomine admodiant et in admodiacionem tradunt Petro Chenevalis, presenti, expinguerio, videlicet domum civitati pertinentem sitam supra pontem Rodani, per spacium trium annorum prima instantis februarii incohendorum et simili die finiendorum annis prius revolutis, sub firma cujusque anni viginti florenorum parvi ponderis solvendorum in manibus receptoris etc., secundum bonos usus et consuetudines civitatis etc.; promictentes ipse partes etc.; submicentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in aula civitatis in qua consilium celebrari solet. Presentibus ibidem Michaele Lyonardi et Anthonio Burnodi, vigilibus, testibus etc.

Montyon.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Mermeto Bessonet de summa xxiiij grossorum, prout in rotulo.

Jovis prima februarii, fuit consilium celebratum in quo interfuerunt subnominati pro sindicorum creacione fienda :

Sindici : Orsieres, Vaudo, Nanto, Maludumo; — Peyrolerii, Malliardi, Boulo, Lestelley, s. d. Fran., Gavid, Versonnex, Roget, Pecolat, Lyonardi, R. Nycolay, Paquet, H. Ferraz, Bueti, H. Pichon. P. Johannes Bruni, Grueti, Christinus Tombeti, de Fonte, P. Fernex, N. Lestelley, A. Gervasii, Satignie, M. Chaudiot, C. Velluti, Balliet, N. de Villario, G. Rolandi, C. Colini, G. Bessonnet, Coppet, P. Tissocci, Levrierii, R. de Plathea, Copet lathomus, Jo. Velluti, Jo. Ballet, P. Biolley, G. Pensabini, H. pictor, Hostellerii, Jo. Morelli, Jo. de Mara, Jo. Marlioz, Grassie, Prepositi, Bachodi, Jo. de Plathea, Jo. Fernex.

Electio sindicorum creandorum die Dominico proxime futuro fuit facta per suprascriptos, et, vocibus emissis, sindici : inferius, Gavid, Versonnex; superius, Levrierii, Prepositi.

Pensabini admittitur in coadjutorem Jo. Nergaz ad regendum hospitale civitatis; qui juravit in forma etc.

1504.

(165) Anno Domini millesimo quingentesimo quarto.

Dominico quarta februarii millesimi quingentesimi quarti, fuere creati sindici subscripti, ad sonum grosse campane ut moris est, in claustro Sancti Petri Gebenn.

Glaudius Gavid, P. Levrierii, G. Prepositi et A. Pecolat.

P. Versonnex, Jo. Pesmes, G. Roget, H. de Burdignino, P. Orsieres, H. de Boulo, G. de Vaudo, P. de Maludumo, (H. de Boulo,) L. de Lestelley, Jo. de Conchiis, Jo. Bueti, Jo. Turci, Jo. Cergaz, P. Lamberti, P. Ogerii, P. Falqueti, S. Brochuti, G. de Verussis, F. Galliardi, A. Ingollardi, Jo. Megerandi, Jo. de Ulmo, G. Vernaz, P. Hospitis, Jo. Folliodi, Jo. Bocardi, S. Frepperii, F. de Leamon, A. Beatrisii, Baudichon Barberii, Christinus Tombeti, P. Burtillion, Ja. Clerici, Jo. de Castro, Jo. Marchiandi, G. Vuychardi, Ja. Guilliocti, H. Boulardi pictor, Jo. Magnini, M. Chaudiot, P. Pollet, Jo. Chastronis, M. Mandrillionis, P. Matellion, P. Brunaz, H. Glaudon, (Jo. Cergaz,) H. Brune, M. Yvonet, Coctant, L. Buctie, Jo. de Fonte, G. Bessonnet, P. Chivrierii,

H. Pichon, A. Gervasii, A. Satignie, G. Velluti, Balliet, C. Colini, Copet lathomus, P. Biolley, G. Pensabini, Jo. Hostelley, Jo. Nycodi, Jo. Marlioz, G. Grassie, Jo. de Plathea, H. de Nanto, P. Johannes Bruni, P. de Furno, (P. Lamberti,) Jo. Pensabini, Jo. Comitiss.

Fuerunt creati sindici et procuratores hujus civitatis Gebenn. vocibus per supranominatos prius emissis, ut moris est, n. et honorabiles Glaudius Gavid, P. Levrierii, G. Prepositi et A. Pecolat, qui solita presterunt juramenta.

Martis vja februarii. — Sindici : Gavid, Levrierii, Prepositi, Pecolat; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Orsieres, G. Roget, Peyrolerii, Jo. Bueti, R. Nycolay, Paquet, Maludumo, Malliardi, Lyonardi, Jo. Nergaz, Boulo, Burdignin, Jo. de Conchiis, Lestelley, Boulo, A. Gule, G. de Borjalli, Jo. Pesmes, P. Versonnex, Nanto.

(*Relacio.*) — Reffert Johannes Spatule visitasse domum magistri Anthonii que pro nunc indiget ut apponatur *des estires* quousque tempus refficiendi affuerit.

Divinum in omni negotio invocandum est auxilium. Ideo, conclusum extitit ut missa diebus Veneris ebdomade celebretur prout diebus Martis celebratur, ut, Deo duce, civitatis negocia decencius regantur.

(*Hospitalerius.*) — Hospitalerius hospitalis civitatis eximetur de solutione introgii bossetarum pro se duntaxat et peste infectis¹.

Visa supplicatione per illos de Sancto Gervasio porrecta, fuit conclusum quod eisdem dentur tres scale, tres crocheti, et in burgo Sancti Gervasii vigilles quatuor deputantur, ut excubie tempore nocturno fiant ut civitatis inhabitantes tute suis in domibus quiescant.

Visitetur carroneria per nobiles syndicos ut omnia recte fiant.

(*Consiliarii.*) — Omnes suprascripti fuere in consiliarios civitatis electi; qui juraverunt solito more.

Hospitaleria pontis Rodani remaneat suo in esse, non obstante requisitione facta per Amyaulx.

(*M. Melduni.*) — Rescribatur rectori scolaram Melduni, eundem regraciando, et quomodo hec civitas de uno rectore jam pro scolis regendis est provisiva.

¹ L'acte d'exemption, signé Montyon, est aux Archives d'Etat, P. H., n° 827; impr. dans M. D. G., t. III, p. 458.

Vinum patrie vendatur iij d., Subtusmons vij d., Chotagnie x. d.

(106) *Veneris ixa februarii.* — Sindici iijor; — s. d. Fran., Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, (Roget,) Boulo, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Malliardi, (Boulo,) N. Burdignino, Jo. de Conchiis, Jo. Pesmes.

Viceofficialis Angiville, de gracia speciali, eximitur a solutione introgii vini pro hac vice duntaxat ne cadat in consequenciam.

Proclametur ne quis habeat vendere aut emere ad pondus vocatum *des romainnes*, sub pena perdicionis et confiscacionis mercanciarum.

Solvat thesaurarius vigilibus quod eisdem debetur, caristia temporis actenta.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxvj floreni vij g. iij d., qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

Martis xij^a februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Nanto, Roget, Peyrolerii, Maludumo, Vaudo, Bueti, de Borjali, Boulo, Burdignino, Lestelley, Jo. de Conchiis, Malliardi, Paquet, R. Nycolay, Lyonardi, Orsieres, Nergaz, A. Gule, Pesmes.

(*Burgensis.*) — Petrus Vulliodi, filius quondam Stephani Vulliodi alias Gabet, de Verniez, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, burgensis effectus pro vij ff.

(*Vigil.*) — Idem admittitur in vigillum burgi Sancti Gervasii, sub stipendiis assuetis.

(*Jo. Monoex.*) — Solvat thesaurarius || culcitrum || coopertorium de quo Johannes de Monoex conquestus est civitatis sumptibus.

(*Infecti.*) — Infecti in hospitali existentes sumptibus civitatis spacio trium ebdomadarum nutiantur.

(*Admodiatio.*) — Ibidem prenominati sindici admodiant archam sitam ante pontem Rodani Jacobo Gocrosii, centurero, presenti, spacio trium annorum prima februarii inchoatorum, precio trium florenorum parvi ponderis pro singulo anno, solvendorum secundum bonos usus etc.; promicentes etc.; renunciantes etc., cum clausulis opportunis.

Veneris xv^a februarii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, H. de Nanto, Roget, Peyrolerii, Maludumo, Nergaz, Bueti, Ro. Ny-

colay, Paquet, Fernex, de Borjali, Orsieres, Burdignin, Lestelley, Boulo, Vaudo, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius Johannis Destrata, de Sonvieu, parrochie Sancti Gervasii, excofferius, burgensis creatus pro et mediantibus vij ff.

(*Vigil.*) — Idem Franciscus admittitur in vigillum burgi Sancti Gervasii, sub stipendiis assuetis.

(*Rector scholarum.*) — Suo in esse maneat rector scholarum civitatis Mandrillionis per unum annum integrum, et de alio ydoneo providere habeat, juxta per ipsum promissa.

Fiant cride de pondere vocato *romannaz* et vino.

(*Vigilles.*) — De vigilibus sermone facto, majorem insequendo opinionem, fuit conclusum quod duo ex duodecim vigilibus deputentur in burgo Sancti Gervasii cum duobus vigilibus jam electis, expense ingentes ut evitentur civitatis pro comodo.

(*Maludumo.*) — De Petrimando de Maludumo fuit dictum quod, si eundem constet consilii secreta revellasse et detegisse, obstante presertim juramento sua in borgesia prestito, privetur a consilio, ut aliis cedat in exemplum, eo prius suis in deffensionibus audito.

(107) *Martis xx^a februarii.* — Sindici: Gavid, Levrerii, Prepositi, Pecolat; — s. d. Fran. de Veyriaco, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, H. de Burdignino, A. Gule, (Paquet), Nergaz, Malliardi, Lestelley, Bueti.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xij solidi dati vigilibus pro eorum carnisprevio.

Appunctuentur magistri scholarum, si sit possibile, sinautem ultima stet conclusio de Mandrillionis facta.

(*Pecolat.*) — Viso rotulo per consindicum Pecolat exhibito, conclusum extitit quod pro omnibus in eodem descriptis eidem solvat thesaurarius videlicet viginti quinque florenos parvi ponderis.

Aliorum exemplo plures quandoque efficiuntur sapientes et felix quem faciunt aliena pericula cautum! Adhuc de Petremando de Maludumo extitit sermo factus: an debeat a consilio expelli? Et ordinatum et conclusum, actenta relatione per Vachon et quemdam alium fromagerium facta, per quam constat eundem consilii secreta detegisse, eun-

dem esse privandum; et privaverunt per unum annum integrum hodie incohandum. Cui ordinationi acquiescere noluit ipse Maludumo, sed de nullitate protestatus est.

Veneris xxiiija februarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Paquet, Lyonardi, de Borjali, Vaudo, Boulo, Burdignino, Lestelley, Peyrolerii, Nergaz, Ro. Nycolay, A. Gule, Maludumo.

(Secretario.) — Detur secretario civitatis, pro pergamento et scriptura licterarum confectarum ad causam gabelle salis et territorii facti pro nonnullis per ipsum propositis d. Menthonis...

(R. d. Amblardus Goyeti.) — Detur reverendo domino Amblardo Goyeti, videlicet decem octo floreni parvi ponderis, pro signatura licterarum ad causam gabelle salis confectarum, pluribusque aliis serviciis civitati per ipsum impensis.

(Maludumo.) — Existentibus n. sindicis et consulibus in consilio ordinario et de civitatis negociis et agibilibus tractantibus, supervenit honorabilis Peytrimandus de Maludumo proponens quod; quanquam die Martis vigesima hujus februarii fuerit per unum annum a civitatis consilio, nobiliumque sindicorum et consiliariorum consorcio privatus et segregatus, constante conclusionem seu ordinationem die superscripta contra eundem facta et promulgata, ob nonnulla verba inadvertenter et sine rationis freno per ipsum prolata, eaque dixisse per modum advisamenti, non ut consilii archana detegeret et revellaret, jurans, ejus medio juramento super sanctis Dei evangeliiis per ipsum corporaliter tactis prestito, nunquam sue voluntatis fuisse nec esse consilii secreta detegisse neque revelare nec revelare velle, requirens hoc ideo suo in pristino esse restitui, et veniam de per ipsum prolatis benigniter postulans, ordinationemque seu conclusionem de qua supra habetur mencio cassari, revocari et annullari. Quo audito, matura prius super premissis deliberacione prehabita, majorem consilii oppinionem amplectendo, actento presertim juramento per eundem prestito, nonnullisque serviciis civitati impensis, cumque justicia virtutum preclarissima absque misericordia esse non possit, et esse phas veniam petentibus censeatur indulgeri prout sacra testatur scriptura, aliisque laude dignis moti respectibus, eundem de Maludumo presentem et cum graciaram actione acceptantem, suo in esse pristino et de consiliariorum numero

restituerunt, ordinationemque seu conclusionem contrario quo processit imperio revocatam esse volunt, illamque revocant, cassant et annullant, petentes de hiis omnibus licteras testimoniales per me, subsignatum civitatis secretarium, quas ex meo officio duxi concedendas, et concessi.

Montyon.

(Predicatori.) — Detur predicatori Fratrum Minorum centum fassine cum sex libris candelarum, ut pias apud Deum dignetur fondere preces.

Secretario Viennesii detur duo floreni pro signatura licterarum ad causam gabelle salis confectarum.

(108) *Martis xxvij februarii.* — Sindici quatuor; — G. Roget, Nanto, Bueti, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Boulo, Paquet, Peyrolerii, Burdignino, Lestelley, Orsieres, Fernex.

(Mandatum.) — Johanni Coytouz fiat mandatum de somma trium florenorum et quatuor grossorum pro causis in rotulo etc.

Peyssonnerie pugniantur ad formam cridarum.

(Cride mandatum.) — Cride dentur xj floreni, pro gratis serviciis, et perscrutetur ab eodem primo si de novo cride officium admodiare velit.

(Archa.) — Fiat una archa fortis in Domo communi tribus clavibus munita, quarum una custodiatur per consindicum primum, alia per hospitalerium et tercia per civitatis thesaurarium, in qua reponantur reliquie et jura hospitale concernencia.

(Vigilles.) — Vigilibus duobus burgi Sancti Gervasii detur per civitatis receptorem plastroni duo et due vyouge.

Evocentur priores Sancti Crispini ad Veneris.

(Burgensis.) — Johannes filius Michaelis quondam Boyssonis, de Castronovo in Britagnia, joellerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff. vj g.

De homine in Insula detento qui incestum commisit, justicia ministretur, ut ceteris cedat in exemplum ¹.

Admodietur crida Johanni Daguini precio triginta florenorum, si admodiare velit.

¹ Pierre Chatron; voir Arch. de Genève, *Procès criminels*, Série II, n° 93.

Veneris prima marci. — Sindici quatuor; — Jo. Fernex, Lyonardi, Paquet, Maludumo, Nergaz, Malliardi, de Borjali, Lestelley, R. Nycolay, Boulo, Jo. de Conchiis, Peyrolerii, Orsieres, Burdignino, Bueti, Nanto, Roget, A. Gule, Vaudo.

Supplicacione per revenditricis piscium oblata non obstante, fuit conclusum quod pugnantur juxta editum novissime factum.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Nycodi Du Chaffaz, de Sancto Liberio, mercator, fuit burgensis creatus, parrochie Sancti Gervasii, pro viij ff.

Martis va marci. — Sindici quatuor; — G. Roget, Nanto, Peyrolerii, Jo. Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Malliardi, de Borjali, Boulo, Burdignino, Lestelley, Fernex, Nergaz.

(*R. Nycolay.*) — Detur Roletto Nycolay, pro duobus annis novissime lapsis quibus vacavit in visitacione pissium, videlicet quinque floreni parvi ponderis. Et, a modo in antea, visitatori eorundem solvat thesaurarius pro singulo anno, videlicet quinque florenos parvi ponderis; et hoc edictum perpetuo inconcusse observetur. Et, quia in pissium visitacione labor est maximus, ideo, eidem Roletto in quoadjutorem detur G. Dyamanterii pro nunc, qui sua, si possibile sit, super penis spretis habeat percipere stipendia.

Dentur favores possibiles olim gabelle vini exactoribus, et jura eisdem communicentur.

(109) De Cassabocton, quia vim vi repellere licet, ideo, edificium per ipsum constructum extra portam Baudet tollatur, tenore franchesiarum servato. Et inde, terminetur et limites apponantur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco Critinaz de somma ij ff. et sex solidorum pro causis in rotulo etc.

Cum in generali consilio, in claustro Sancti Petri Gebenn., die duodecima novembris anni proxime decursi celebrato, nemine discrepante, fuerit conclusum quod omnes pecunie in confratriis civitatis et penes priores earundem existentes, ultra onera solita, pro pauperum et miserabilium personarum [usu] morbo pestifero infectarum in hospitale hujus civitatis existencium, hospitali eidem herogarentur utque onera facilius supportentur; hinc est quod, hac die superscripta, honorabilis Johannes Bernardi, prior confratrie Sanctorum Blasii et Anne, de volun-

tate et consensu confratrum ad invicem pro hac re congregatorum, constante lictera testimoniali per Anthonium Villieti herina die recepta, tradit, cedit et remittit honorabili Johanni Nergaz, moderno hospitalerio, seu n. sindicis, jura et instrumenta inferius designata. Et primo, instrumentum vendicionis census et annui redditus septem florenorum cum dimidio per nobilem et potentem Franciscum de Ravorea debitorem, constante instrumento per Lavenay recepto sub anno Domini m^o quatercentesimo nonagesimo quinto, die vero nona mensis aprilis. Item, instrumentum vendicionis quindecim florenorum annui redditus, debitorum per Johannem Picteti alias Velluti, civem Gebenn., constante instrumento per quem supra recepto sub anno Domini millesimo quingentesimo primo, indicione quarta et die prima mensis aprilis. Item, instrumentum census sexaginta solidorum debitorum per Anthonium Marchiandi de Petra, Jacobo Paqueti, priori dicte confratrie, constante instrumento per quem supra recepto sub anno Domini m^o nonagesimo sexto, indicione xiii^a et die sexta mensis aprilis. Cum promissionibus et renunciacionibus opportunis. Presentibus Michaele Lyonardi vigilli et Aymone Planchans, testibus (testibus) rogatis, etc.

Ibidem, n. sindici, sindicario nomine, promiserunt predictum Johannem Bernardi servare indempnem de reddicione jurium supradesignatarum erga quoscunque, presentibus consulibus superscriptis etc.

Veneris viij marci. — Sindici quatuor; — P. Peyrolerii, P. Orsieres, Jo. Fernex, Nanto, Bueti, Paquet, Lyonardi, Nergaz, de Borjali, Boulo, R. Nycolay, Burdignino, G. Roget, Lestelley, Maludumo.

Prohibetur burgensi Crusellie ne habeat tenere apothecam, sub pena in franchisesia comprehensa.

Detur Johanni Lile tres solidi pro pena quam habuit portando licteras magnifico domino Vyriaci.

Quidam burgensis gratis efficiatur contemplacione r. d. Amblardi Goyeti.

(*Burgensis.*) — Stephanus Brutelli, filius quondam Petri Brutelli, de Thoyrie in terra Gay, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis creatus pro viij ff.

Martis xij^a marci. — Sindici quatuor; — G. Roget, Paquet, Bueti,

Borjali, Boulo, Lyonardi, Nergaz, Peyrolerii, Burdignino, Maludumo, Nanto, R. Nycolay, A. Gule, Lestelley, Jo. Fernex.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Glaudii Piccot, de Lulino, marescalus, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis de Cresto, de Poysie, greyator, parrochie Sancte Crucis, fuit burgensis creatus gratis contemplacione r. d. Amblardi Goyeti.

(110) De vino venali, serventur cride.

De vigille vocato Corboz sermone facto, fuit conclusum quod pietatis inthuitu detur duo floreni.

Dominus Andreas, rector cappelle hospitalis Bolomerii, fatetur non habuisse potestatem creandi hospitalerium. Quare n. sindici et consilium providere habeant et quem voluerint constituent.

|| Admodiatio cride. ||

|| Anno Domini millesimo quingentesimo quarto, indicione septima cum eodem anno sumpta, et die duodecima mensis marcii, personaliter constituti nobiles et honorabiles Gladius Gavid, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, consindici et procuratores dicte civitatis Gebenn., sindicario nomine, admodiant et in admodiacionem tradunt Anthonio Burnodi, de Mura, presenti etc., cridam hujus civitatis cum emolumentis universis percipi solitis, ad et per tres annos crastina die incohandos et simili die finiendos annis prius revolutis, sub firma cujuslibet anni triginta florenorum parvi ponderis, tanquam plus offerenti etc., solvendorum in quadam nundena, videlicet septem florenos cum dimidio, in manibus receptoris qui nunc est et qui pro tempore fuerit etc.; promittentes etc.; submittentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in Domo communi, presentibus ibidem Michaele Lyonardi et Johanne Bueti, testibus, etc. || — (*Quia decessit, ideo vacat.*)

Montyon.

Veneris xv^a marcii. — Sindici iiiij^{or}; — H. de Nanto, Jo. Bueti, Jo. Pesmes, Paquet, Vaudo, Boulo, Maludumo, Nergaz, Burdignino, P. rsieres, Jo. de Conchies, Roget, R. Nycolay, Lyonardi, Jo. Fernex, Lestelley, (Jo. Nergaz).

Intrentur thesaurario duo testoni dati domino Johanni Loys pro appellacione facta contra dominum Bastide et Jo. Pesmes.

Intrentur receptori xij solidi dati s. d. P. Millieti, pro sententia Petri Exsaltier.

(*Hospitalerius.*) — Hugoninus Borgesii fuit creatus hospitalerius hospitalis Bolomerii et presentatus per dominum Andream Thome, rectorem illius. Qui juravit in forma etc. conficere inventarium et cavere ut moris est, etc.

Detur Petro Maniglerii, fornerio, quatuor solidi pro explanando platheam extra portam Baudet.

(*Oratorium.*) — Datur licencia honorabili Johanni Nergaz, construendi oratorium de quo in consilio episcopali sermo factus extitit. Et testimoniales que decernuntur.

Actenta relacione per Johannem de Nanto facta, privetur Petrus Vulliodi ab officio vigillum, tanquam innobediens.

(*Burgensis.*) — Honorabilis vir Aymo filius quondam Amedei de Castro, de Crusillia, tonsor, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

In quorum supra presencia, fuit intimata appellacio Jo. de Pesmes, presenti, eciam domino Bastide in ipsius personam, qui dixit se stare velle ordinacioni consilii. Testimoniales de intimacione per Lyonardi.

Martis xix^a marcii. — Sindici : Gavid, Levrierii, Pecolat; — P. Orsieres, Jo. Pesmes, Roget, Peyrolerii, Jo. Bueti, Paquet, Boulo, Maludumo, Ro. Nycolay, Lyonardi, Jo. Fernex, Nergaz, Vaudo, Burdignino, Lestelley, Nanto.

Nondum suum sortita est effectum bulla ad causam salis marini conficienda. Et, visa et perlecta alia supplicacione, fuit conclusum quod r. d. Nyciensis episcopus seu episcopus Lausanensis assensum et consensum prebeat, cujus interest. Et consensu prestito, videlicet domini Nyciensis, pollicita adimplere non negabuntur. Cui in ejus primo adventu detur duo cartheroni ypocrati et malvatici, iiiij^{or} ollobostra dragie de duabus libris et vj faces ponderantes ij libras cum dimidia.

Construatur una cappella in Domo communi, in qua diebus Martis et Veneris ebdomade missa celebretur. Et fiat dispensacio apostolica

pro missarum celebracione eciam tempore interdicti ecclesiastici in forma solita.

(111) *Veneris xxij marcii.* — Sindici quatuor; — Vaudo, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Burdignino, Malliardi, Maludumo, Boulo, G. Roget, Nanto, Orsieres, Peyrolerii, Lestelley, Nergaz, Lyonardi.

In facto pauperrime leprose, provideatur pietatis inthuitu et Dei amore.

Martis xxvja marcii. — Sindici: Gavid, Levrerii, Pecolat; — G. Roget, Nanto, Peyrolerii, Jo. Bueti, Paquet, R. Nycolay, Maludumo, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Jo. Nergaz, de Borjali, Boulo, A. Gule, Lestelley, Orsieres.

Evocentur macellarii ad Veneris proximam. Qui si venire recusent, pugniantur.

Detur panis dominabus Sancte Clare et aliis pauperibus in quibus major neccessitas inest.

Visitetur locus de quo Amedeus Gule conqueritur.

Prohibetur Petro Solerat, servienti vicedompnatus, ne suum habeat exercere officium.

De Roletto Nycolay, ad Martis proximam fiat sermo.

Veneris xxixa marcii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Jo. Bueti, Paqueti, Vaudo, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, Burdignino, Lestelley, R. Nycolay.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Humberti Mermeti, excoferius, de Chisirie, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Stephani de Nemore, de Chalex, hospes, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro viij ff.

(*Macellarii.*) — A festo Pasche usque ad festum Sancti Johannis, macellarii habeant vendere carnes, videlicet libram muthonis vij d. et bovinales tres fortes; et, a festo Sancti Johannis usque ad festum Sancti Andree, libram muthonis vj d. et bovinales iiij d. Et aliis temporibus vij d. tres fortes, et carnes porci ad rationem muthonis. Et non vendantur porci excoreati in civitate.

(*Tachium.*) — || In exitu consilii, presentibus Michaele Lyonardi,

vigille, et Roletto Nycolay, testibus rogatis etc., n. Glaudius Gavid et Anthōnius Pecolat, consindici civitatis, dant in tachium magistro Glaudio Gota, lathomo, presenti, ad construendum cappellam in Domo communi fiendam modo depicto, videlicet quod in eadem facere teneatur una croysiata, unum armatorium, unam fenestram in summitate ipsius cappelle, unum penacle supra et arma civitatis, et omnia sumptuare et ipsius sumptibus facere, precio lxx florenorum parvi ponderis, solvendum construenti ipsam cappellam. Promictentes ipsi n. consindici solvere etc., et ipse Gotaz ipsam cappellam modo suprascripto perficere hinc et per totum mensem aprilis proxime futurum etc., cum clausulis opportunis etc. ||

(112) *Martis secunda aprilis.* — Sindici quatuor; — G. Roget, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Malliardi, Peyrolerii, Burdignino, Lestelley, Nanto, Ro. Nycolay, Orsieres, Bueti, Boulo.

(*R. Nycolay.*) — De facto Roleti Nycolay, fuit conclusum quod visitentur libri, ut veritas habeatur.

(*Predicatori.*) — Predicatori detur viginti testoni ut Deum pro civitate dignetur fondere preces.

Macellarii vendere debeant carnes precio taxato et ut conclusum extitit.

Veneris sancta, non fuit consilium celebratum ob Christi passionis misterium, sed *die Jovis quarta aprilis.* — Sindici: Gavid, Levrerii, Prepositi, Pecolat; — Maludumo, Bueti, Ro. Nycolay, Boulo, Paqueti, G. de Vaudo, Nanto.

Martis ixa aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Franciscus, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Boulo, Maludumo, Nergaz, Lestelley, Nanto, A. Lyonardi, Bueti, A. Gule.

Macellarii, remictitur ad Veneris proximam.

De Pinochet, loquatur primo r. d. vicario, et deinde pro justicie debito capiatur.

Trutani et pauperes ocio viventes a civitate expellantur et expellendi G. Curti impartita est potestas.

Sumantur informaciones per consindicum Prepositi contra unum ex vigillibus Sancti Gervasii, et examinetur G. Gessonis.

Veneris xija aprilis. — Sindici quatuor; — s. d. Fran. de Veyriaco, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Lestelley, Boulo, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Borjali, Burdignino, Bueti, Nergaz, Malliardi.

(Injunctio.) — Egregius procurator fiscalis injunxit Petro Chivallerii ut absentare habeat civitatem cum tota ejus familia, hinc ad octo dies proximos, sub pena fustigacionis etc.

(Fruventini.) — Jacobo Fruventini prohibetur franchesia cum non sit burgensis. Cui injungitur ut domum de qua in relatione habetur mencio reedificare faciat hinc ad vj maii inclusive, cum comminatione quod domus ipsa in terram prosterneretur.

Francesia relicta Curti se submictit sponte fustigacioni per civitatem, latronum more, casu quo quis homo domum suam a festis pascalibus citra intraverit causa voluptatis adimplende cum quadam filia vocata la Postaz.

Egregius Petrus Levrerii, procurator fiscalis, requirit n. Franciscum Chippri, castellanum, ut Franciscum in castro Insule impresenciarum detentum tanquam clericum remictat et relaxet pro justicia de eodem ministranda.

(Burgensis.) — Guiliermus filius quondam Richardi de Ulmo, de Gye, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro viij ff.

(113) *Martis xvja aprilis.* — Sindici : Gavid, Prepositi, Pecolat; — Roget, Peyrolerii, Vaudo, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Boulo, Burdignino, de Borjali, Lestelley, (Boulo,) Malliardi, R. Nycolay.

Cridentur plathee communes et plus offerenti expedianur.

(Joly et Furno.) — Visa lictera missiva per olim vini gabelle exactores, fuit conclusum quod jura ad opus ipsorum faciencia ministrentur, et non assumat civitas onus deffensionis cause, cum eorum admodiatio canat cum honore et onere.

Admodietur furnus Petro Fomerii precio solito.

De oratorio, loquatur consindico Petro Levrerii.

(Burgensis.) — Mermetus filius quondam Nycodi Gubey, du Villard in Comba Boegii, condurerius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Veneris xixa aprilis. — Sindici quatuor; — Peyrolerii, Roget, Nanto, Bueti, Vaudo, Maludumo, Lyonardi, Nergaz, Fernex, Boulo, Burdignino, R. Nycolay, Paquet, Lestelley.

Visitetur domus quondam Petri de Veyriaco.

Rescribatur in favorem olim vini gabelle exactorum r. d. Nyciensi episcopo.

Martis xxijja aprilis. — Sindici : Gavid, Levrerii et Pecolat; — Jo. Fernex, Vaudo, Maludumo, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Malliardi, (Vaudo), Burdignino, Lyonardi, Paquet, Lestelley, Nergaz, Nanto.

(Hospitalerius.) — Jacobus Experonerius, parrochie Contamine, fuit creatus hospitalerius hospitalis Sancti Bernardi; juravit in forma etc.

Providus vir Stephanus Jolyti admictitur in designerium porte Sancti Anthonii; qui juravit in forma etc.

De fusteriis, visitetur locus et, visitato, in hujusmodi negotio finis apponatur.

Visa lictera missiva per procuratorem serenissimi regis Francorum n. sindicis et consulibus civitatis transmissa, fuit conclusum quod eidem rescribatur, habita prius cum r. d. vicario conferencia.

(Chappuysii.) — Gladius Chappuysii in Castro Insule impresenciarum detentus, suis causantibus demeritis, fustigetur per carraphos civitatis ut aliis cedat in exemplum.

Fromagerii vendere debeant ad formam cridarum.

(Pesmes.) — Prosequatur appellacio contra dominum Bastide et Johannem de Pesmes, et destinatur ad Urbem sumptibus civitatis, ne secretarius ecclesiasticis innodetur censuris.

Veneris xxvja aprilis. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Burdignino, Ro. Nycolay, Paquet, A. Gule, Bueti, Vaudo, Nergaz, Lestelley, Boulo, Lyonardi, Fernex, Borjali.

Petantur processiones et, licencia obtenta, fiant in parrochialibus ecclesiis ix dierum spacio ob temporis indisposicionem.

(114) (*Procuratorium.*) — Ibidem, n. sindici et consules faciunt et constituunt procuratorem in omnibus causis motis et movendis, videlicet egregium Anthonium Lyonardi, ibidem presentem, cum potestate substituendi; sub condicionibus descriptis, videlicet quod ipse Lyonardi percipere debeat anno singulo pro suis stipendiis, videlicet decem florenos parvi ponderis; item et scripturas causarum in quibus suum prestabit patrocinium exigere; item mediantibus dictis decem florenis teneatur processus et jura civitati pertinencia reddere et restituere. Eciam si contingat eundem ab hac valle miserie decedere, sui heredes omnia jura pro et mediantibus dictis decem florenis reddere teneantur et debeant. Et, si in causis fiant cedulae, posiciones et juris allegaciones, civitatis thesaurarius solvere teneatur. Qui Lyonardi, ejus mediante juramento, promittit in premissis non contravenire, sed ea inviolabiliter observare, cum renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus Nanto et Roget, testibus etc.

(*Messilliarum.*) — Vigilles xij constituuntur messilliarum sub stipendiis assuetis. Qui juraverunt sub pena fustigacionis neminem pretextu officii opprimere etc.

(*Burgensis.*) — Egregius Petrus de Leta, curie r. d. officialis Gebenn. juratus, fuit burgensis creatus pro et mediantibus x ff.

De dampno facto recluse, relacione per deputatos audita, solvat iiij grossos Joly.

Domus que quondam fuit Petri de Veyriaco refficiatur hinc ad xv dies proximos.

Martis ultima aprilis. — Sindici quatuor; — Roget, Peyrolerii, B. Nycolay, Lestelley, Paquet, Nergaz, Lyonardi, Nanto, Fernex, castellanus, Boulo, Vaudo.

(*Pavimentum.*) — Fiat pavimentum Templi et compellantur vicini facere recusantes.

(*Presidi.*) — Detur malvaticum et ypocratum s. d. de Messires presidi, suo in primo adventu, et eidem loquatur de lictera missiva parte procuratoris regis transmissa.

(*Cride.*) — Fiant cride de menchiis, quoquinis, platheis communibus et bocheriis etc.

Admodiatio plathearum civitatis.

Anno Domini m^o quingentesimo quarto et die ultima mensis aprilis, supranominati nobiles sindici sindicario nomine admodiant Petro Rosetaz, presenti, etc., platheas communes, videlicet Molaris, Longemale, Fusterie et Domine Nostre pontis Rodani, ad illas mondandas qualibet ebdomada et fumum recolligendum, per unum annum integrum die prima marcii novissime lapsi incohatum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma decem florenorum parvi ponderis, solvendorum in principio anni medietatem et aliam in fine anni in manibus receptoris qui nunc est et qui pro tempore fuerit etc.; promittentes ipse partes; submittens se et bona sua dictus Rosetaz etc.; cum clausulis opportunis etc. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus Jacobo Paqueti et Henrico de Nanto, testibus etc.

Veneris tercia maii. — Sindici quatuor; — Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Fernex, Malliardi, Boulo, Burdignino, Lestelley, A. Gule, Lyonardi, Nanto, Borjali, Nergaz.

Johannes Daguini stipendiis suis ad causam tubicene datis a modo inantea privatur.

Visitetur scannum Lullini et justicia ministretur.

(115) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum provido Johanni Bueti de somma septem florenorum et sex solidorum pro terra remota ante Sanctam Claram.

(*De calce.*) — De vendentibus calcem habeatur conferencia cum quatuor lathomis, et deinde provideatur.

(*Fusterii.*) — Fusterii reponere habeant fustam in grangiis, si velint, quas locare habeant.

Martis vij maii. — Sindici iiijor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Lyonardi, Fernex, Nergaz, Malliardi, Boulo, Burdignino, Lestelley, Malodumo, castellanus, Vaudo, Peyrolerii.

De fromageriis, serventur cride prout pluries extitit conclusum.

De vigilibus Sancti Gervasii, servetur conclusio.

Solvat thesaurarius P. Sollerat iij^{or} solidos pro veste impignorata ad causam cujusdam fustigati.

Honorabiles Pecolat et Ro. Nycolay hinc ad Martis Penthecostes de exactis computum reddere habeant precise.

(*Vigilles.*) — Johannes de Mollario et Petrus Alliodi fuere creati vigilles, presertim in burgo Sancti Gervasii, sub stipendiis assuetis; qui juraverunt in forma etc.

Veneris x^a maii. — Sindici: Prepositi, Pecolat; — P. Orsieres, Vaudo, Roget, Maludumo, Nanto, Fernex, Lestelley, Peyrolerii, Paquet, R. Nycolay, Bueti, Versonnex, Lyonardi, Nergaz, Boulo.

(*Viget semper pestis.*) — De peste proph dolor in hac civitate vigente, fuit conclusum quod nobiles sindici omne remedium possibile adhibere debeant, ut eorum adjutorio civitas ab omni morbo pestifero liberetur, divino prius implorato auxilio.

Visitentur rotuli per thesaurarium exhibiti per consindicum Pecolat et Henricum de Nanto, qui Martis veniant relaturi.

Evocentur ad Martis proximam habentes domus juxta civitatis menia, et fiat pavementum, parte civitatis pro medietate et pro alia medietate per habentes domus.

(*Macellarii.*) — Messillarii creati de quibus per macellarios extitit facta querimonia percipere debeant pro trigenario ovium in dampno repertarum videlicet tres solidos et a trigenario infra, pro quolibet muthono fortem unum percipere possint.

Domus seu muri sponda de qua d. curatus de Choulex conqueritur visitetur per expertos et inde refferant ut, relatione audita, provideatur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Curti, pro quinque mensibus novissime fluxis hodie finitis, pro stipendiis suis eidem constitutis pro expulsionem quoquinorum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Claudio Gotaz, lathomo, de somma septuaginta florenorum parvi ponderis, causa in instrumento tachii descripta. Item et de somma xvj ff., pro blancheatura et platomento per ipsum factis in Domo communi.

(116) *Die Dominica xij maii*, fuit consilium in domo Fratrum Mino-

rum celebratum, in quo subscripti interfuerunt, sindici: Levrerii, Prepositi, Pecolat; — Peyrolerii, R. Nycolay, Vaudo, Nergaz, Orsieres, Roget, Paquet, Lestelley, Boulo, Versonnex.

(*Tileta affixa.*) — Facto sermone de tilletis repertis in carraphis civitatis, fuit conclusum quod si quis reperire possit scriptorem horum || tilletorum || seu affixorem detur quinque solidi.

De differencia existente inter dominos Bellimontis et Dominicum de Vyriaco loquantur n. sindici r. d. vicario, junctis tribus aut quatuor de consilio, ut pax imponatur pro reipublice bono.

De domino Menthonis, ut omnia matura cum deliberacione fiant, videatur registrum de Crosa, olim civitatis secretarii.

Martis xiiij^a maii. — Sindici: Levrerii, Prepositi, Pecolat; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Burdignino, Boulo, Lestelley, de Conchiis, Ro. Nycolay, Versonnex, castellanus.

Intrentur thesaurario pecuniarum sommas in rotulis per ipsum exhibitis descriptas, actento juramento per eundem prestito.

Mulieri que visitavit infectos in domo Bochet detur videlicet vj g.

Visa supplicacione per nonnullos ystoriarum lusores porrecta, fuit conclusum, actenta temporis indisposicione, quod supersedere debeant quousque licencia ludendi detur.

Jolyti et de Furno, olim vini gabelle admodiatores: dentur duo floreni pro eundo apud r. d. Nyciensem episcopum pro revocacione de qua conqueruntur habenda, et rescribatur in ipsorum favorem.

Grangia de qua Ogeri conqueritur visitetur per nobiles sindicos.

Veneris xvij^a maii. — Sindici: Levrerii, Prepositi, Pecolat; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Lestelley, Versonnex.

(*Vigilibus Sancti Gervasii.*) — Johanni Molaris, Petro Alliodi et Francisco de Strata cuilibet ipsorum detur plastronus cum una allabarda, et emat thesaurarius.

(*Johanni Nergaz.*) — Mutuo dentur honorabili Johanni Nergaz, hospitalerio civitatis, videlicet centum floreni parvi ponderis quos reddere debeat hinc ad festa Natalia proxime futura.

(*Fusterii.*) — Fusterii, de quibus pluries sermo factus extitit, in quantitate exigua fustam ante domus suas tenere debeant. Et fiant chivalleti in quibus etiam reponere debeant. Et, si non sufficiant, in grangiis per ipsos locandis et admodiandis, plathee communes ut ab omnibus impedimentis liberentur.

(*G. Grossi.*) — Nichil exigatur pro introgio bossetarum a s. d. Claudio Grossi, quia iudex est temporalis.

Cancellentur bastube quousque tempus convaluerit.

(*Constitutio pro reipublice bono.*) — Michael Lyonardi, Guiliermus Bocardi, crida, et Bajolaz fuere constituti pro pestifferorum visitacione. Vadant et veniant relaturi quanta horum occasione emineant pericula, ut graviora evitentur, sub stipendiis xvij grossorum pro quolibet mense quo in hiis vacare contingerit.

Non prohibeatur scola donec aliud fuerit deliberatum et conclusum.

(117) *Martis xxja maii.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Roget, Lestelley, castellanus.

(*Pauperes.*) — Quia civitatis opera precunctis sunt preferenda, et impresenciarum plures in hospitali non infecti consistunt, alimententur in eodem, et, ut ab infectorum consorcio liberentur, fiant duodecim cabane in quibus reponantur.

Reparetur carroneria pro et mediantibus vj ff. parvi ponderis.

Peste proph dolor vigente impresenciarum in hac civitate, non fiant sermones nec teneatur scola.

(*Jo. Loys.*) — Detur s. d. Johanni Loys, pro cedula appellatoria contra dominum Bastide et Pesmes, videlicet ix g. vj d.

(*Ludovycus Montyonis.*) — Facto sermone de Ludovycus Montyonis, qui, instantibus domino Bastide et Johanne de Pesmes, tutoribus liberorum quondam domini de Brandix, fuit monitus et deinde agravatus auctoritate metropolitana, constantibus copiis etc., ad dandum cridas factas fromageriorum occasione, fuit conclusum nemine discrepante, inherendo conclusioni jam de hujusmodi materia facte vigesima tertia aprilis proxime lapsi¹, quod prosequatur appellacio contra eosdem

¹ Voir ci-dessus, p. 187.

dominum Bastide et Johannem de Pesmes. Et destinetur ad Urbem, eciam apud Viennam si opus sit, civitatis sumptibus. Et, quia ipsi dominus Bastide et Pesmes contra eundem Ludovycum privato nomine agunt, ne imposterum jacturam ipse Ludovycus horum occasione subire cogatur, nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levrierii, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, sindici moderni, de consensu quorum supra, sindicario nomine, eundem Ludovycum horum pretextu, eorum mediantibus juramentis super sanctis Dei evangeliis in mis notarii subsignati [manibus] prestitis, servare erga eosdem dominum Bastide et Johannem de Pesmes illesum; precipientes hoc ideo prenominati sindici, de quorum supra consensu, civitatis thesaurario quatenus pecunias neccessarias habeat ministrare, ne res indiscussa remaneat; precipientes michi notario subsignato quod de premissis fiat publicum instrumentum ad opus dicti Ludovyci, presentibus quibus supra.

J. Bueti.¹

(*Confratrie.*) — Non fiant convivia fieri solita in confratriis civitatis, sed unusquisque dimidium solvere debeat debitum, duntaxat.

(*Oratorium.*) — Supersedeatur in domificationem oratorii quousque aliud fuerit deliberatum.

(*Crida civitatis.*) — Pestis dira cridam civitatis arripuit, qua obstante suum non potest exercere officium. Re ex qua loco sui aliquis per mensem reperiatur.

(*Hospitale.*) — Hospitale pontis Rodani claudatur, reperta prius grangia pro peregrinis transitum per civitatem facientibus hospitandis.

Veneris xxiiija maii. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Maludumo, Vaudo, Nergaz, de Borjali, Boulo, Burdignino, Lestelley, Peyrolerii.

Remictuntur Petro Perroctini videlicet tres solidi pro plathea Aque Viridis, cum sue admodiacionis durante fuerit factum pavimentum.

(*Vigil.*) — Vigilli Sancti Gervasii ab officio expulso condigna fiat satisfacio per thesaurarium ad ratam temporis.

(*Vigilibus.*) — Solvat thesaurarius vigilibus unicuique ipsorum

¹ Cet acte signé Bueti est de la main de Pierre Montyon.

videlicet solidos duodecem, in deductionem suorum stipendiorum termini festi Sancti Johannis proxime futuri.

Fiat sermo in conventu Fratrum Minorum et Palatii die Dominica proxima duntaxat.

Quia non constat Ludovycum Scarronis vinum publice vendidisse, ideo non inquietetur per castellanum civitatis.

(118) Aymo Planchans, vigil, substituitur loco cride civitatis; qui suum inchoavit terminum xxj maii, et pro firma ab eodem singulis diebus grossus unus exigatur.

Pugniantur caseorum emptores, ut aliis cedat in exemplum.

(*Serviens.*) — Johannes Jacobi admittitur in servientem vicedompnatus; et solitum ut moris est prestitit juramentum.

(*Burgensis.*) — Nycodus Martini, filius quondam Jacobi Martini, de Compeys, carpentator, parrochie Magdalenes, fuit burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocti, pavisserio, de somma xxij ff. vj g., pro causis in rotulo etc.

Nomina macellariorum.

Ibidem et in quorum supra presencia, Franciscus Villaris, Petrus Roset, G. Chambet, P. Pastoris, Ja. Comitris, A. Comitris, Jo. Gerdillis, Girardus Ricouz, Glaudius de Ponte, A. Thome, Michael Sermeti, Glaudius Naty, Johannes Sorlini, P. Collet, Johannes Gerdillis de Sancto Gervasio, G. Barme, G. Regis, Ro. de Gerdilli, Ludovycus Durandi, G. Berrocti, P. Mercerii, Ja. Sermodi, P. Jacobi et Petrus Chex promiserunt, super sanctis Dei evvangeliis per ipsos et quemlibet ipsorum prestitis etc., bene, legaliter ac probe civitati servire, unusquisque juxta sue possibilitatis vires, bonas carnes et legales vendere justo pondere, et libram muthonis unicuique emere volenti precio septem denariorum, et bovinalium trium fortium, toto anno durante omnique impedimento cessante, etiam in carnisprevio tradere et expedire, sub pena per n. syndicos organo n. Glaudii Gavid eisdem declarata, videlicet privacionis borgesie et officine macellarie, etiam confiscacionis et perdicionis carni-um. Ac tamen condicione adjuncta quod, si ipsi macellarii seu alter ipsorum vendere velint carnes bovinales alte pinguedinis, quod primo

taxentur per n. syndicos seu alterum ipsorum, et taxatis precioque posito, cuiquam non libeat precium neque precii limites excedere, sub predictis penis, sub pactis eciam in cridis descriptis, quas n. syndici et consilium inconcusse observari volunt. De quibus premissis dictis macellariis licteras testimoniales concessi, presentibus quibus supra.

Martis xxvii^a maii. — Syndici : Gavid, Levverii, Pecolat; — P. Versonnex, Paquet, Peyrolerii, Vaudo, Boulo, Lyonardi, Maludumo, Nergaz, Bueti, Burdignino, Lestelley, Fernex, Nanto, Roget, R. Nycolay.

Prohibetur Humberto, fornerio, ut in loco solito et determinato fassinas reponere habeat.

(*Confratrie.*) — Confratriarum priores confratres librare teneantur, conclusione de re hujusmodi facta non obstante.

De pavisserio facto sermone, fuit conclusum quod rotulus suo in esse remaneat.

Petantur processiones ix dierum spacio ob temporis indisposicionem.

(*Fusterii.*) — Limitetur locus in quo fusterii fustam reponere habeant, sumpto prandio, per n. syndicos.

(*Crida.*) — Fiat concordium inter cridam modernum et cridam infectum.

Veneris ultima maii. — Syndici quatuor; — Roget, Nanto, Peyrolerii, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Boulo, Burdignino, Lestelley, Nergaz, Versonnex, Bueti, Lyonardi, Fernex.

Nycodus Collognier sua in domo introclusus remaneat cum tota ejus familia, nec hospicium tenere presumat, quousque eidem imparciatur licencia.

(119) Infecti in domo Nobletorum existentes civitatem absentare habeant. Et, [si] facere recusent, vi, violenter et de facto per hospitalarios infectos expellantur.

(*Pecolat, Ro. Nycolay.*) — Ut omnis suspicio tollatur de medio, cum de facto reipublice agatur, honorabiles Anthonius Pecolat et Roletus Nycolay, vini et salis gabelle per n. syndicos et consilium exactores deputati, in manibus n. Petri Versonnex et Percivalli Peyrolerii et Petri Levverii reddere habeant computum. Et auditis, veniant relaturi.

Qui exactores exigere et recuperare debeant erreragia et hiis computum integrum reddere teneantur.

Martis quarta jugnii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Peyrolerii, Nanto, Ro. Nycolay, Paquet, Vaudo, Fernex, Nergaz, Malliardi, (Vaudo,) Burdignino, Bueti, Maludumo, Lestelley.

De monetis sermone facto, fuit conclusum quod evocentur mercatores plures numero pro conferencia de eisdem habenda, edicto prius per illu. Sabaudie ducem facto.

Roget et Boulo suis in domibus resideant et a consilio expellantur et a sanorum consorcio per spacium xxx^a dierum.

(*Admodiatio.*) — Ibidem n. sindici suprascripti sindicario nomine admodiant Francisco Christine, burgensi Gebenn., cabaretum teneri solitum subtus Alam, per unum annum integrum die prima hujus incohatum et simili die finiendum anno prius revoluto, precio quatuor florenorum parvi ponderis, solvendorum in manibus receptoris moderni etc., secundum bonos usus etc.; promictentes etc.; submictentes etc.; renunciantes etc., cum clausulis opportunis. Presentibus quibus supra.

(*Admodiatio, Daguini.*) — Anno Domini m^o quingentesimo quarto, indicione septima cum eodem anno sumpta, et die quarta mensis jugnii, personaliter constituti nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levrerii, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, sindici et procuratores civitatis Gebenn., nomine sindicario admodiant et in admodiacionem tradunt Johanni Daguini, presenti etc., cridam hujus civitatis cum emolumentis universis percipere solitis, ad et per tres annos die septima hujus mensis incohandos et simili die finiendos annis prius revolutis, sub firma cujuslibet anni triginta florenorum parvi ponderis, solvendorum in manibus receptoris moderni et qui pro tempore fuerit, terminis solvi solitis etc.; promictentes ipse partes etc.; renunciantes etc.; submictentes etc., et ipse Daguini fidejubere ydonee. Presentibus consulibus superius descriptis etc.

Rescribatur r. d. Nyciensi episcopo de facto domini Bastide et Johannis de Pesmes, cujus interest hanc materiam amplecti, et destinetur Joly cum lictera missiva.

Veneris vij jugnii, fuit consilium celebratum in conventu Fratrum Minorum, existentibus: Levrerii, Prepositi, Pecolat; — Paquet, Lyonardi, Maludumo, Nanto, Bueti, Nergaz, Burdignino, Vaudo, R. Nycolay, Peyrolerii.

Solvat thesaurarius tres florenos pro pane dato hominibus in processionibus venientibus, pietatis inthuitu.

Detur panis et vinum civitatis parte venire debentibus die hodierna in processionibus, cum plures sint paupertate pecunie oppressi.

Evocentur mercatores in ala civitatis, pro facto monetarum.

(120) *Die vij jugnii*, in aula magna Fratrum Predicatorum Palatii, subscriptis existentibus: P. Levrerii, Prepositi, Pecolat; — P. Versonnex, R. Nycolay, Nergaz, Nanto, N. Mononis, R. de Moneta, Jo. Fernex, Jo. Balliet, Frillini, G. Megex, P. Cornaz, bastardus de Brandix, Lullini, Lyonardi, Fran. Villaris, F. Pecolat, Ja. Seraceni(?), Maludumo.

(*Prior Maludumo.*) — Quia, ob mortem Johannis Donzelli, ultimi prioris confratrie Heucaristie Christi, opus est, ne confratrie jura pereant et indefensa remaneant, providere de alio ydoneo; et, vocibus per supranominatos emissis, majorem insequendo oppinionem, supranominati elegerunt honorabilem Petrimandum de Maludumo, ibidem presentem et onus acceptantem etc., qui juravit in forma etc.; eundem constituendo procuratorem etiam quoad causas, cum potestate substituendi etc.; et hoc per spacium trium annorum hodie incohandorum et simili die finiendorum etc.; cum promissionibus et renunciacionibus et clausulis opportunis. Presentibus Fran. Pecolat et Guilliermo Megex, testibus etc.

Lune x^a jugnii. — Sindici quatuor; — Paquet, Fernex, Maludumo, Vaudo, Bueti, Burdignino, Nergaz, Ro. Nycolay.

(*Pons Sancti Gervasii.*) — De ponte Sancti Gervasii fuit conclusum quod refficiatur sumptibus illu. et reveren. domini episcopi, cujus interest refficere.

Claudantur hospitalia inspecta et in aliis non hospitentur advene.

Martis xj^a jugnii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Pey-

rolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Burdignino, Lestelley, de Borjali.

(*D. Bastide, Pesmes et Thorens.*) — Visis licteris patentibus et missivis tam consilio episcopali quam civitati parte r. d. Nyciensis transmissis, mencionem facientibus de domino Bastide et Jo. Pesmes et Thorens, fuit conclusum quod evocentur dominus Bastide et Pesmes coram r. d. Amblardo Goyeti, vicario, quibus notificetur tenorem ipsarum licterarum ut a ceptis desistant. Qui, si cor eorum ut Pharaonis fuerit induratum, instare habeant erga eundem d. vicarium ut contra eosdem et ipsorum quemlibet provideatur et procedatur juxta formam ipsarum licterarum. Et, quia jam conclusum extitit ut Thoreni priventur borgesia, ea tamen non obstante, fuit nunc conclusum quod ipse Thorens et mater ad Veneris evocentur in consilio, quo tunc unum de duobus facere teneantur: aut jurare si in aliquo vini olim gabelle exactoribus ad causam vini per eosdem venditi tenentur, aut de gabella satisfacere. Si vero id facere recusent, priventur franchisesia.

(*Processiones.*) — Fiant processiones in conventibus civitatis ix dierum spacio, et una quolibet die missa celebretur ob temporis indisposicionem, eciam ut pestis dira et hominibus noxiva multorum preces intervenientes evanescat.

Consindico Pecolat impartitur licencia reperiendi barbitonsorem moraturum in hospitali Civitatis, precio cum eodem concordando.

Glaudius Crepini juravit juste et sancte loco cride dolea mensurare, et facere que suo incumbunt officio.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Balardi de somma viij ff. ij g. et iij d., pro causis in rotulo etc.

Fiat mandatum quatuor vigilibus deputatis pro epidimie morbo in civitate regnante. Et, de novo, duodecim constituuntur qui alternative visitare habeant, ut moris est.

(121) *Die Veneris xiii^a jugnii.* — Sindici: Levrerii, Prepositi et Pecolat; — Versonnex, Nanto, Lyonardi, Paquet, Fernex, Maludumo, Burdignino, Buctini, Nergaz, Lestelley, Bueti, Vaudo, Peyrolerii; R. Nycolay, castellanus.

Die suprascripta, fuit consilium in castro Insule celebratum, pro justicia de detentis ministranda.

Qua die fuit conclusum quod scuti ad solem, juxta editum ducalis celsitudinis decidentur ad xxxviij grossos. Et fiat crida de hujusmodi re.

Martis xviii jugnii. — Sindici: Gavid, Levrerii, Prepositi, Maludumo pro Pecolat; — P. Versonnex, Nanto, Nergaz, Borjali, Lestelley, Paquet, R. Nycolay, Jo. Bueti, Vaudo, castellanus, Peyrolerii, G. dyamanterius, Buctini.

(*Thorens. Joly.*) — Inherendo conclusioni novissime facte de Thoma Thorens, fuit iterum conclusum quod ipse Thorens jurare teneatur, aut olim gabelle vini exactoribus solvere, presertim de somma l florenorum quos alias voluit solvere. Et, si alterum de duobus recuset facere, privetur borgesia, obstante juramento per eundem prestito, prout conclusum extitit.

(*Potestas atributa n. sindicis et consulibus per Thorens et Joly.*) — Postquam conclusionem in ipsius Thorens et Percivalli Peyrolerii ausencia factam, supervenit ipse Thomas Thorens, cui per n. consindicum Gavid reserata extitit conclusio de eodem facta. Qui Thorens jussibus et mandatis n. sindicorum et consilii, super differentia inter ipsum et olim gabelle vini exactores orta, dixit se obtemperare velle et ordinationi stare, rejectis nonnullis sibi suspectis loco et tempore nominandis, ut utricuique justicia ministretur, et consilium de hujusmodi re, per litium aufractus tam in hac civitate quam in curia metropolitana deducta, alcius informetur, sua contentus est exhibere jura. Quo audito et conclusione de eodem non obstante, actenta eciam oblacione per eundem facta, non privetur borgesia. Sed ipsi ibidem presentes hinc ad tres septimanas teneantur exhibere jura, volentes ulterius ipse partes litium aufractus evitare utque partium parcat laboribus et expensis, promiserunt et juraverunt super sanctis Dei evvangeliis etc. stare ordini consilii super hujusmodi negocio et controvercia etc., cui dant omnimodam potestatem pronunciandi, cognoscendi, arbitrandi, decidendi super juribus et fine debito terminandi et faciendi, prout eque et (et) racionabiliter fiendum videbitur. Et ex nunc ipse partes cedunt liti et cause etc. Ac condicione per partes adjecta quod in hujusmodi concordio fiendo non intersint suspecti per alteram partem allegandi, ut omnis suspicio tollatur de medio. Sub pena eciam, ordinationi per consilium fiende non obtemperanti per partem, xxv scutorum auri parvi ponderis.

Promictens ipse Stephanus Joly, presens, premissa ratificari facere per Petrum de Furno, conexactorem etc. Cum et sub promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis etc. Actum Gebenn. in castro Insule, presentibus ibidem providis viris Anthonio de Fonte et Johanne Buctini, testibus vocatis et rogatis etc.

Precipitur thesaurario ut mutuo tradat Guilliermo Curti decem florenos parvi ponderis, pro pauperum peste infectorum alimentacione.

Corrige mandatum iii^{or} vigillum de data hodierna.

Veneris xxja jugnii. — Sindici : Gavid, Levrerii, Pecolat; — Versonnex, Pesmes, Burdignino, Nergaz, R. Nycolay, Paquet, Bueti, Vaudo, Fernex, Nanto, castellanus, de Tulia, de Borjali, filius Levrerii.

Admodietur carroneria moderno carronerio et loquatur eidem ad Martis proximam.

(122) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Coytouz de somma xj florenorum, pro constructione oris carronerie.

Continuentur processiones adhuc ix dierum spacio. Et solvat thesaurarius in quolibet conventu, videlicet florenos duos, ut qui cuncta cernit ab alto eorum precibus mediantibus nos juvare dignetur.

Nobilis Johannes de Pesmes in quorum supra presencia dixit contra civitatem litigare nolle.

Solvat thesaurarius convivium in castro Insule (Insule) fiendum pro justicia de detentis ocus ministranda, in qua die hodierna fuit consilium celebratum.

Loco cride alius constituatur, cum sit infectus.

Die Martis xxva jugnii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, castellanus, Vaudo, Nanto, Lyonardi, Paquet, Lestelley, Nergaz, R. Nycolay, Borjali, G. Curti.

Nycodus Collognier suam exeat domum, cum mandatis fuerit obediens. Sed Roget et Boulo, racione inobediencie, non presumant accedere ad consilium nec cum sanis conversari, sed suis in domibus quousque eisdem fuerit data licencia remaneant.

Viso rotulo et in quorum supra presencia perlecto per consindicum Pecolat exhibito, fuit conclusum quod fiat mandatum de somma in eodem descripta etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xiiij floreni et iiiij solidi, pro rescripto contra dominum Bastide et Pesmes obtento.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus de somma lx ff. parvi ponderis, pro stipendiis termini festi Sancti Johannis novissime decursi.

Expellantur a civitate morbo pestifero infecti, graviora ne succedant.

Mercuri xxvj jugnii. — Sindici quatuor; — Peyrolerii, Vaudo, Paquet, Nanto, Nergaz, Burdignino.

Ibidem, supranominatis sindicis et consulibus in consilio die hodierna existentibus, supervenit n. et potens d. Longefans, magister hospicii illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis, qui exposuit parte ipsius principis huc venisse pro consultacione habenda cum consilio episcopali et civitatis, ad causam pontis Rodani disrupti casu fortuito; et si ipse illustris dominus episcopus reedificare teneatur, aut civitas, aut insimul civitas et dictus episcopus; et, super hiis, sindici in consilio episcopali faciant die crastina responsionem. Quo audito, matura super premissis deliberacione prehabita, fuit conclusum quod n. sindici explicare teneantur raciones validas ob quas civita(ta)s contribuere non tenetur in reedificacione dicti pontis: tum primo, quia ipse illu. episcopus et princeps exigit peagium dicti pontis, et qui sentit comodum, racione suadente, debet sentire incomodum; tum et 2^o, quia nusquam visum extitit per quemquam quod pontem ipsum reedificari fecerit, et nunc reedificare civitati posset obesse; tum et 3^o, quia civitas paupertate nimia opprimitur, caristia proph dolor vigente. Et, ne trahatur in consequenciam, totalis consilio episcopali fiat responsio: quod civitati non interest ipsum pontem reedificare, causis et racionibus suprascriptis obstantibus.

Die xxviija Veneris jugnii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Burdignino.

(*Burgensis.*) — Guigo Panent, filius quondam Johannis Panent, excofferius, parrochie Magdalenes, burgensis admissus pro viij ff.

Idem admictitur in vigillum; qui juravit in forma; sub stipendiis assuetis.

Supersedeatur in processionibus, et quatuor conventibus detur xvj ff., cuilibet quatuor, qui thesaurario intrentur.

De fromageriis, servantur cride.

(123) De ponte Rodani sermone facto, fuit conclusum quod loquatur magistro hospicii et reperiantur pecunie si possibile sit per particulares pro constructione dicti pontis.

(*Pesmes.*) — De causa in curia metropolitana indecisa vertente, instantibus d. Bastide et Pesmes, fuit conclusum quod Johannes de Pesmes se desistere debeat, alias hinc ad octo dies exequantur lictere r. d. episcopi contra eundem.

Loquatur alteri carronerio antequam expellatur modernus.

Ad Veneris vini et salis gabelle exactores computum apportare debeant.

Ille serviens appellatus Clabaud ab officio expellatur, suis causantibus demeritis.

Die Sabacti xxix^a jugnii. — Sindici: Gavid, Levrerii, Prepositi; — Peyrolerii, Nanto, R. Nycolay, Paquet, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Vaudo.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xij ff. parvi ponderis dati domino Longefans pro gratis serviciis.

(*P. Arbalisterii.*) — Fiat mandatum Petro Arbalisterii, olim vigilli, de somma x ff. parvi ponderis, pro gratis serviciis etc.

In quorum supra presencia, adhuc sermo extitit factus de constructione pontis Rodani, et conclusum quod evocentur in rotulo nominati pro admodiacione alarum fienda, et admodientur parte r. d. Gebenn. episcopi per unum particularem quem civitas indempnem servare promictet.

Sabacti xxix^a jugnii. — Sindici: Levrerii, Prepositi; — Roget, Paquet, P. Cornaz, R. Nycolay, A. Gule, P. Montyon, P. Balli, Maludumo, Lestelley, Jo. Fernex.

(*Roget.*) — Qua die, in ala civitatis suprascriptis existentibus ut responsio fiat d. Longefans de admodiacione alarum fienda, fuit conclusum, majorem insequendo opinionem, quod n. Guillermus Roget admodiet

alas illu. et r. d. Gebenn. episcopi pertinentes, et admodiacione non obstante, civitas eundem servabit indempnem.

Martis secunda jullii. — Sindici quatuor; — G. Roget, Bueti, Paquet, Nergaz, Vaudo, Malliardi, R. Nycolay, Lyonardi, Boulo, Nanto.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Raymondo Compens de somma xxvj ff. parvi ponderis, pro devesiis factis in Domo communi.

(*G. Curti.*) — Mutuo detur Guilliermo Curti, videlicet x ff. parvi ponderis, pro pauperum in hospitali existencium alimentacione.

De hominibus, presertim ecclesiasticis, in armis tempore nocturno per civitatem euntibus, loquantur n. sindici consilio episcopali ut scandallis obvietur.

Repetatur ille homo detentus in Insula appellatus La Barbaz, ut veritas ex ejus ore eruatur.

Rescribatur r. d. Nyciensi episcopo de ponte Rodani et aliis rebus impresenciarum occurrentibus.

(124) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Maniglerii de somma quinque florenorum parvi ponderis, pro causis in rotulo descriptis.

(*De Furno, Joly, Thorens.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, Petrus de Furno ratificat appunctuamentum factum per Joly cum Thorens, promictens, ejus mediante juramento, etc., non contravenire, presentibus quibus supra; et exhibuit libellum et acta cum quibusdam licteris patentibus a r. d. Nyciensi episcopo emanatis, cum renunciacionibus et clausulis opportunis etc., presentibus Michaele Lyonardi et G. Bocardi, testibus etc.

Veneris va jullii. — Sindici: Gavid, Prepositi, Pecolat; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Vaudo, Boulo, Lyonardi, Nergaz, Maludumo, Peyrolerii, Paquet, R. Nycolay.

(*Thorens.*) — Thomas Thorens contra olim gabelle vini exactores sua exhibuit jura, ut justicia ministretur.

Loquatur pacterio ne, tempore pestiffero, suas habeat vendere mercancias.

Rescribatur r. d. Nyciensi episcopo de fratre Aymone, pocterio, qui auctoritate propria latronibus habitum posuit in maximum civitatis dedecus; et, loco ipsius, alius deputetur, ut sue voluntatis sit provin-

ciali rescribere et providere de alio sufficiente et ydoneo ad bene beate- que vivendum¹.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum A. Pecolat de somma c et quinquaginta florenorum mutuo datorum Jo. Nergaz, pro oneribus hospitalis.

Percivallus Guilliardi, Johannes Gandoz et Johannes de Chevrens promiserunt stare ordinacioni consilii, petentes per operarios refferri et, audita relacione, n. Gavid, Prepositi et Pecolat pronunciaverunt ut in relacione continetur, presentibus Michaeli Lyonardi et Philiberto Bertellerii, testibus etc.

Martis ixa jullii. — Sindici quatuor; — Nanto, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Nergaz, Vaudo, Lyonardi, Boulo, Burdignino, P. Versonnex, Roget.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Bocardi, vigilli, pro viij diebus quibus vacavit eundo et redeundo apud r. d. Nyciensem pro civitatis negociis, tam pro expensis quam pena et labore etc., de somma iiiij ff. parvi ponderis.

(*Vigilles.*) — Retinentur vigilles adhuc per unum mensem, ut omnia, Deo duce, voto succedant prospero.

(*Crida.*) — De patisseriis et bolongeriis fiat crida et prohibeatur panis albus, temporis caristia actenta; et fiat panis de ij grossis, uno grosso, vj d. et tribus d., juxta taxam imponendam.

(*Rogemont.*) — Johannes Rogemont, apothecarius, in presencia n. Gavid, Pecolat, Nanto, Paquet, Boulo, fatetur delinxisse vendendo faces; petit veniam sibi impartiri, actento quod bona sua fere omnia igne proph dolor fuere concremata. Cui indulgetur pro hac vice, condicione adjecta quod, si redeat ad vomitum, faces publice comburantur et deinde bona sua confiscentur. Promictens ejus mediante juramento in hiis non contravenire etc.

Veneris xija jullii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Lyonardi, Paquet, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Borjali, Boulo.

¹ En marge, d'une écriture plus récente : *Contra fratrem Potterii; latrones evasi a patibulo.*

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Petri Seymenz, parrochie Sancti Gervasii, excofferius, de Cheyserie, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(125) Visitetur porta Trium Regum, et, si fuerit expediens, claudatur.

(*Carroneria.*) — N. sindici Gavid, Levrierii, Prepositi et Pecolat admodiant et in admodiacionem sindicario nomine tradunt carroneriam civitati pertinentem Roletto filio quondam Nycodi de Chamusii, presenti etc., spacio trium annorum incohendorum die finite admodiacionis per de Crosa, tunc secretarium, recepte, precio in eadem descripto solvendo terminis assuetis in eadem admodiacione descriptis; promictentes etc.; renunciantes etc.; cum clausulis opportunis. Presentibus Michaeli Lyonardi et G. Bocardi, vigilibus, testibus etc.

(*Roget.*) — Ibidem et in quorum supra presencia et de consensu omnium consiliariorum, prenominati n. sindici sindicario nomine promictunt, eorum mediis juramentis etc., servare indempnem et illesum n. Guilliermum Rogeti, ibidem presentem, admodiatarium alarum illu. et r. d. Gebenn. episcopo pertinencium, de somma viij c. florenorum parvi ponderis, et de pecuniis per ipsum carpentatoribus pro constructione pontis Rodani exbursandis, de quibus tamen legitime apparebit. Cum clausulis opportunis etc.

De detentis in Insula justicia ministretur peritorum consilio.

Fiat mandatum xij vigilibus de data hodierna.

Martis xvja jullii. — Sindici : Gavid, Prepositi, Pecolat; — Nanto, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, Lestelley, Roget, Paquet.

(*Borjali.*) — Inventarizata bona remaneant penes Gabrielem de Borjali, cui de cammera in qua consistunt condigna fiat satisfacio.

Compellatur Bouloz ad restituendum bona horum de quibus justicia fuit ministrata.

Sumantur informaciones contra fornerium, et sumptis provideatur.

Visitetur La Barbaz per Boliffrez.

Die xx^a [xix^a] jullii Veneris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto,

Roget, Bueti, Ro. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Jo. Fernex, Lyonardi, Nergaz, Boulo, Burdignino, Paquet, Borjali.

(*Notificacio.*) — Nobilis castellanus Terniaci notificavit n. sindicis licteras ducales ad causam maladerie Quercus seu Carrogii impetratas, cum civitati displicere nollet.

Johannes Darboex et ejus uxor promiserunt super eorum differentiis stare ordinacioni n. sindicorum et consilii.

Sumantur informaciones contra Megex, et, si constet illum esse morbosum, pugniatur aliorum more.

Rescribatur Baudisalvo de Columbibus si Alexandri de Columbibus, ejus fratris, acceptare velit hereditatem.

Martis xxii^a jullii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget, R. Nycolay, Vaudo, Burdignino, Nergaz, Boulo, Paquet, Bueti, Nanto, P. Versonnex, Lyonardi.

Prohibetur pellipario ne emat bladum nisi unam cupam die Sabacti, pro sua provisione.

(126) Rescribatur in favorem r. fratris in conventu Rippe existentis.

De La Barbaz sermone facto, majorem insequendo opinionem, fuit conclusum quod bampniatur perpetuo.

(*Lyonardi, Bocardi.*) — Michael Lyonardi et Bocardi, vigilles, custodire habeant bladum vendentes et ementes in hac civitate Gebenn. diebus mercati.

Veneris xxvj jullii. — Sindici: Gavid, Levrerii, Pecolat; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Nergaz, (Vaudo,) Paquet, A. Gule.

Fuere lictere directive ministro et diffinitoribus provincie Sancti Bonaventure perlecte, quas dicunt bene stare.

Martis penultima jullii. — Sindici: Gavid, Prepositi, Pecolat; — s. d. Fran. de Veyriaco, Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, Paquet.

(*G. Curti.*) — Detur Guiliermo Curti, pro pauperum et miserabilium personarum in hospitali existencium substentacione, videlicet floreni decem parvi ponderis.

De gabella salis, loquantur n. sindici r. d. Amblardo Goyeti, et si opus sit destinetur ad Urbem.

Evocentur confratres, ut de priore provideatur ydoneo.

(*Brune.*) — Reffert in quorum supra presencia Aymo Planchans, vigil, peciisse vice bina providum Henricum Brune, notarium. Et, secunda vice, eidem dixisse sub pena sua in borgesia comprehensa, ut veniret et accederet ad consilium pro nonnullis per n. syndicos et consilium sibi proponendis, ipso Brune tunc reperto in domo Petri Anthonii et in ipsius Petri Anthonii et egregii Petri Lamberti presencia. Qui Brune respondit verba sequencia, seu in effectu similia: « Il ne me chault pas d'ung bouc de leur bougesie. Je n'y entreray ja. » Et ea ipse vigil ejus medio juramento etc. retulit. Quo tunc, habita prius deliberacione super hiis matura, nemine discrepante, actenta relacione per vigillem facta, [fuit conclusum] illum Brune pro se et suis esse, racione inobediencie et perjurii, privandum borgesia, eundemque privant et privatum esse volunt, ut aliis cedat in exemplum¹.

Veneris secunda augusti. — Sindici: Gavid, Prepositi, Pecolat; — s. d. Fran. de Veyriaco, Nanto, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Boulo, Paquet, Bueti, Roget, Borjali.

(*Custos vinearum.*) Girardus du Biez admittitur in custodem vinearum de Coctazro; qui juravit in forma.

(*Mandatum.*) — Detur magistro Anthonio, barbitonsori, videlicet duos florenos parvi ponderis, pro medicamentis datis a Laz Barbaz.

De Bochu, loquantur n. sindici r. d. Goyeti, ut justicia ministretur.

Audiant n. consindici Prepositi et Pecolat, junctis Bueti et Ro. Nycolay, computos quictoni, et inde veniant relaturi.

Apponantur pauperes in hospitalibus, et in hiis provideat Guiliermus, dyamanterius, cui datur onus.

(127) *Martis v^a augusti.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Burdignino, Lestelley, Paquet, Boulo.

(*Notificacio.*) — Johannes Luppi, Cadodi, Johannes du Soex, Ludo-

¹ En marge, est écrit: *Debit evocari antequam privari.*

vycus Chamoex, A. Paccoti et Jo. de Mara notificaverunt n. sindicis et consilio quod Glaudius Pitarti, Humbertus Bernardi, Johannes Prodon, Percivallus Guilliardi et Henricus Pollerii, mercatores et burgenses Gebennarum, habent merces sicuti pagnos a pluribus mercatoribus de Burgundia, quos extra nundenas emere volentibus tam in minuto quam grosso vendunt, in maximum prejudicium mercatorum civitatis et enervacionem franchiesiarum quas juraverunt observare inconcusse. Et, hiis auditis, fuit conclusum quod pugnantur ad formam franchiesie per d. procuratorem fiscalem.

Ibidem Humbertus Bernardi fatetur vendidisse pagnos Jo. Heyricourt extra nundenas, vigore commissionis sibi per dictum Heyricourt facte. Et, actenta confessione, e. P. Levrierii, procurator fiscalis, reduxit pagnos ad manus r. d. Gebenn. episcopi et principis, et de hiis fiat inventarium.

De leprosis, actenta relatione per deputatos facta, privetur quictonus, et interim videantur computi.

Die penultima jullii. — Nobiles Glaudius Gavid, Petrus de Orseriis, arbitri parte n. et potentis domini de Fernex et n. Petri Veteris deputati, vigore potestatis, ut asserunt, actribute, prolongant compromissum receptum per Pribelli, hinc ad festum Nativitatis et interim quandocunque, presentibus Paquet et s. d. Fran. de Veyriaco, testibus etc.

Gaspardus Puth et nonnulli Theotonici requisierunt n. syndicos ut Georgius Genodi suo in officio remaneat. Sed, quia magistro alarum pertinet cognicio, ideo provideat de eodem, si sue fuerit voluntatis.

Veneris ixa augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Fernex, Nergaz, Boulo, Peyrolerii.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum G. Bessonet de somma xxj ff. et ij g. pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum xij vigilibus pro mense novissime lapso.

Visitentur itinera publica per R. Nycolay et G. Velluti.

Die Martis xiiija augusti. — Sindici : Gavid, Pecolat, Levrierii; —

Roget, Bueti, Paquet, Nergaz, R. Nycolay, Boulo, A. Gule, Nanto, Fernex, Burdignino, Orsieres, Peyrolerii, Vaudo.

(*Burgensis.*) — Nobilis Guillermus Conaz, filius quondam nobilis Johannis Conaz, de Thononio, parrochie Magdalenes, mercator, burgensis creatus pro viij ff.

(*Confessio.*) — Ibidem honorabilis Johannes Nergaz confitetur habuisse ab honorabili Anthonio Pecolat, videlicet centum et quinquaginta florenos parvi ponderis, pro pauperum in hospitali existencium sustentatione, presentibus quibus supra; de quibus quictat etc.

(*Custos vinearum.*) — Petrus Brunaz, burgensis Gebenn., admittitur in custodem vinearum de Gergonant; qui juravit in forma etc.

(128) *Veneris xvja augusti.* — Sindici : Gavid, Pecolat; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Fernex, Vaudo, Nergaz, Boulo, Burdignino, A. Gule, Lestelley, Maludumo, Paquet, de Borjali.

Ad Martis precise fiat appunctuamentum, si sit possibile, in facto Thorene.

Acceptet Paquet hereditatem Alexandri de Columbibus cum beneficio legis et inventarii, ut creditoribus condigna fiat satisfacio.

Solvantur expense illius pueri, et patri restituantur bona sua.

Instent n. sindici erga r. d. vicarium ne yniago asserti miraculi affigatur in ecclesia Domine Nostre Graciarum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco Christini de somma trium florenorum, causis in rotulo etc.

Die Martis xx^a augusti. — Sindici; Gavid, Prepositi, Pecolat, Levrierii; — Orsieres, Nanto, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Fernex, Nergaz, A. Gule, Lestelley, Boulo, Roget.

Vinum venale de Subtus Mons vendatur precio viij d. et Choutagnie xij d.

Fiat pavimentum in locis necessariis.

(*Pronunciacio.*) — || De facto Thorene, Joly et de Furno, olim gabelle vini exactoribus, nobiles sindici et consilium, visis juribus hincinde productis, vigore potestatis actribute constante instrumento etc., pronunciarunt et ordinaverunt quod ipse Thorens, pro vino vendito

tempore admodiacionis dictorum exactorum durante, solvere teneatur eisdem videlicet viginti quinque florenos parvi ponderis. Item, quod unusquisque expensas factas occasione ipsius gabelle solvere teneatur etc. Et de premissis testimoniales etc. ||

Admodiatio ponderis bladi.

Anno Domini m^o quingentesimo quarto et die decima septima mensis augusti, factis debitis proclamacionibus per Johanem Daguini, preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et deinde extincta ut moris est, nullus compertus est qui tantum dare vellet de pondere bladi cum pertinenciis ejusdem quantum honestus vir Petrus de Cresto, burgensis Gebennarum, qui de ipso pondere se daturum obtulit centum et quinque florenos parvi ponderis. Et, hiis gestis, nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levrierii, et Anthonius Pecolat, consindici, sindicario nomine, et egregius Glaudius Viennesii, secretarius episcopatus, pro illu. et r. d. Gebenn. episcopo etc., ipsum pondus bladi cum pertinenciis expederunt et admodiaverunt prenominato Petro, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., per unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma dictorum centum et quinque florenorum, solvendorum terminis assuetis etc. in manibus receptoris episcopatus, Jo. Turci et qui pro tempore fuerit etc.; promictentes etc. et ipse Petrus cavere ydonee etc.; submictentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus Petro de Furno, clerico, et Michaele Lyonardi, testibus etc.

(Caucio.) — Ibidem, die xx^a augusti, prenominatus Petrus de Cresto, firmarius ponderis bladi etc., cavet per Petrum Rosseti et Petrum Chenevalis, qui et ipsorum quilibet insolidum firmam in suprascripta admodiacione descriptam solvere promictunt etc., terminis in eadem descriptis. Et ipse Petrus eosdem promictit servare indempnes etc.; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. et omnibus aliis juribus etc.; cum et sub promissionibus et renunciacionibus opportunis; presentibus Michaele Lyonardi et Guilliermo Bocardi, testibus etc.

(129) Veneris xxii^a augusti. — Sindici quatuor; — P. Versonnex,

Peyrolerii, Orsieres, Roget, Paquet, R. Nycolay, Nergaz, Burdignino, Lestelley, Vaudo, Boulo, A. Gule, Jo. Fernex, castellanus.

Existentibus suprascriptis in Insula, in qua consilium ordinarium tentum et celebratum extitit, et sermo factus de causa contra dominum Bastide et Pesmes in curia metropolitana vertente, et, lect(r)a lictera missiva, conclusum quod loquatur Jo. Pesmes, et, si velit litigare, prosequatur causa.

Consulatur processus illius detenti et inde justitia ministretur.

Nota : quod post torturam datam prenominato detento supervenit n. Johannes de Fernex, unus ex consulibus civitatis etc.

Martis xxvi^a augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Versonnex, Nanto, Roget, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Lestelley, Boulo, Fernex, castellanus.

Fiant cride de patisseriis, et in contrarium facientes pugnantur.

Rescribatur in favorem macellariorum et eisdem favores dentur possibiles.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario iij^{or} quartheroni vini dati s. d. presidenti Mesire.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario vj quarteroni vini, unum olobostrum dragie et tres dimidios potos malvatici dati r. p. ministro Fratrum Minorum.

Veneris xxx^a augusti. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Jo. Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Lestelley, Versonnex.

Detur magistro Anthonio florenus unus, pro medicamentis datis homini in Insula detento.

(Balisterii.) — De balisteriis sermone facto, conclusum extitit quod civitatis parte detur aliquid pro ludendo balistam usque ad sommam unius scuti regis.

Detur Parvo Johanni, vigilli, pietatis inthuiti, videlicet duo floreni.

Detur equidem Lire, vigilli, videlicet duo solidi pro quodam homine examinato in Insula.

Conclusionone de vino venali facta non obstante, vendatur pro nunc

vendere volentibus vinum de Subtus Mons de octo ad novem denarios, et Choutagnie xij d.

Martis 3^a septembris. — Sindici : Gavid, Prepositi, Levrierii, Pecolat; — P. Orsieres, Paquet, Roget, (Paquet,) Maludumo, Vaudo, R. Nycolay, Lestelley, A. Gule, Jo. Nergaz, Nanto, Versonnex, Boulo, Jo. Fernex.

Non proclametur vinum novum quousque fuerit aliud deliberatum.

De vigille, corroboretur vigil usque ad numerum xvij, ut scandallis obvietur.

(*R. d. Nyciensis.*) — Quia de proximo r. d. Nyciensis episcopus venturus est, in ejus adventu detur unus cartheronus ypocrati et alius malvatici et duo olobostra dragie, quodlibet de duabus libris, cum tribus cartheronis vini rubei et totidem albi.

(130) *Veneris vja septembris.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Roget, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Boulo, Lestelley, Fernex, Orsieres, Peyrolerii, Nanto, Maludumo.

(*Serviens vicedompni.*) — Mermetus Bren admittitur in servientem vicedompnatus; qui juravit in forma etc.

(*Vigil.*) — Humbertus Trenchent admittitur in vigillum civitatis; qui juravit in forma etc., sub stipendiis assuetis.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario v floreni parvi ponderis dati Joly, pro eundo apud r. d. Nyciensem episcopum, pro differencia existente inter dominum Bellimontis et nonnullos civitatis burgenses.

Martis xa septembris. — Sindici : Gavid, Pecolat, Levrierii; — Orsieres, Paquet, Vaudo, Nanto, Maludumo, Boulo, Peyrolerii, R. Nycolay, Nergaz, Roget, Bueti.

(*Solvat.*) — Jacobo Bolliez, Petro Maniglerii, Petro facienti aquam vite et Stephano Chappellerii, pro corroborando excubias, unicuique detur pro tribus diebus, videlicet tres solidi monete.

(*R. d. Nyciensis.*) — Pro pernicious datis r. d. Nyciensi episcopo, intrentur thesaurario, videlicet xvij g.

Videantur jura parte exactorum gabelle vini producta novissime.

(*G. Curti.*) — Fiat mandatum Guilliermo Curti, dyamanterio, de

somma xij ff. parvi ponderis, pro quatuor mensibus hodie finitis pro suis stipendiis ad causam quoquinorum et pro expulsionem eorundem.

Veneris xij^a septembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Nergaz, Vaudo, Maludumo, Fernex, A. Gule, Boulo, Lestelley.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xij solidi dati s. d. Johanni Loys, pro duabus cedulis factis contra dominum Bastide et Johannem de Pesmes.

(*Dux Sabaudie.*) — Fuere de morte illustrissimi d. Sabaudie ducis nova propalata, cujus anima vivat cum beatis¹.

De plathea Longemale, loquantur n. sindici consilio episcopali, ut rescribere velit domino Cambere.

(*Mandatum.*) — Detur G. Curti, dyamanterio, pro serviciis factis in doino hospitali[s], videlicet v ff. parvi ponderis; et serviat si velit expellendo quoquinos sub stipendiis duorum florenorum pro quolibet mense, et retineatur de mense in mensem.

Martis xvij septembris. — Sindici quatuor; — Peyrolerii, Nanto, Bueti, Fernex, Burdignino, Vaudo, Paquet, Roget, Maludumo, A. Gule, Boulo, R. Nycolay, Orsieres, Jo. Nergaz, Lestelley, Versonnex.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum xij vigilibus de somma x ff., pro pulsatione grosse campane.

De Thorens et Joly, remittuntur ad Veneris ad audiendum ordinationem.

(131) (*Burgensis.*) — Petrus Nycodi, alias Garnerii, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, fuit constitutus burgensis pro viij ff.

Jovis xvij[xviii] septembris. — Sindici : Gavid, Levrierii, Pecolat; — P. Versonnex, Bueti, Peyrolerii, Paquet, Vaudo, A. Gule, Fernex, Nergaz, Roget.

Hora meridiana fuit consilium celebratum, presertim ob pestiferum morbum, et conclusum quod infecti a civitate expellantur.

¹ Note postérieure en marge : *Nova de morte ducis Philiberti, apud Bourg defuncti.* — Philibert II mourut à Pont-d'Ain le 10 septembre.

De barbitonsore hospitalis, fuit conclusum quod Johannes Nergaz loquatur eidem, et deinde fiat relacio per eundem.

(*Vigilibus.*) — Guiliermus Bocardi, Johannes Martini, Planchans et Georgius de Campis vigilles constituuntur per unum mensem ad expellendum epidymie morbo infectos, sub stipendiis assuetis sex florenorum parvi ponderis, et ex nunc fiat mandatum pro uno mense.

Veneris xx^a septembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Lestelley, Paquet, Nanto.

(*Martinaz.*) — De muliere vocata Martinaz, que nonnullorum relatione hospitali sua contenta est dare bona, fuit conclusum quod loquatur eidem, et ea audita provideatur.

Martis xxv^a [xxiii^a] septembris. — Sindici quatuor; — de Nanto, Petrus Orsieres, Peyrolerii, Vaudo, Roget, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Paquet, R. Nycolay.

(*P. Fabri.*) — Dominus Petrus Fabri, presbiter, fuit admissus in hospitalerium Civitatis; qui juravit in manibus consindici Prepositi.

Rescribatur sindicis Aquiani super novo imposito.

(*Magister Nycolaus.*) — Magister Nycolaus sua in domo resideat, nec suum presumat exercere officium, peste proph dolor obstante impresenciarum vigente; et si recuset, a sannorum consorcio expellatur.

(*Fratres Palacii.*) — De fratribus Palacii qui, subtilli ingenio, nixi sunt habere pecunias existentes in confratria Sancti Yvonis, fuit conclusum quod eisdem per consindicum Levrerii et Nergaz fiat responsio quod videbitur computum et viso providebitur.

Stephanus Oddeti promisit stare ordinacioni consilii.

Martinaz suo in esse remaneat quanquam sit contenta hospitali largiri bona.

Supersedeatur in sermonibus, scola et bastubis, peste causante.

De peste provideat Johannes Nergaz sic quod, Deo duce, ab omni epidimie morbo liberemur, sine cujus auxilio ruunt omnia.

Vigilles quatuor pro epidimie morbo deputati defferre debeant quatuor baculos, et infectos a sannorum consorcio expellere.

(132) *Veneris xxviii^a [xxvii^a] septembris.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Paquet, Lestelley.

(*Burgensis gratis.*) — Petrus Guiliardi, parrochie de Eloyse, barbitonsor, fuit burgensis creatus gratis, pro gratis serviciis civitati et hospitali pestiffero impensis.

Idem admittitur in barbitonsorem hospitalis; qui juravit in forma, et promisit et juravit servire hospitali per unum annum integrum hodie incohandum et simili die finiendum, anno prius revoluto, casu adveniente quod pestis vigeat in civitate, quod Deus advertat.

(*xv.*) — Feratur ordinacio Thorens et gabellariorum hinc ad xv dies proximos, cum comminacione quod presentibus aut absentibus partibus pronunciabitur. Et ratifficat gesta per Peyrolerii quoad hujusmodi actum.

(*Mensem.*) — Lectis computis gabelle vini, videantur computi et claudatur hinc ad mensem.

Dividantur bona Chousardi per medium inter relictam dicti Chousardi et hospitalerium.

Die Martis prima octobris. — Sindici: Gavid, Levrerii, Pecolat; — s. d. Fran., Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Burdignino, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, A. Gule.

Admittitur Jo. Malliardi in consiliarium hujus civitatis.

Citentur olim confratrie Heucaristie Christi priores ad reddendum computum per modernum priorem Maludumo.

Visa supplicacione et perlecta n. sindicis et consilio exhibita per Mandrillionis, fuit conclusum quod sua eidem detur borgesia gratis, duntaxat.

(*Ordinacio.*) — Egregius Gladius Curteti et Stephanus Oddeti super eorum differencia petunt refferri per lathomos ibidem presentes. Qui, eorum mediantibus juramentis, retulerunt ut in relatione etc. Qua visa, n. sindici pronunciaverunt ut in eadem continetur, partibus presentibus. Presentibus Michaelae Lyonardi et Jo. Bocardi, testibus.

Veneris iii^a octobris. — Sindici: Gavid, Levrerii, Pecolat; — s. d.

Fran. de Veyriaco, P. Orsieres. Roget, Peyrolerii, Bueti, Paquet, Nanto, Vaudo, Fernex, Nergaz, Boulo, Lestelley.

Instetur erga r. d. vicarium ut justicia de eo qui se dixit depredatum fuisse per n. syndicos et vigilles ministretur pro honore civitatis, ne talia gravi sine pena pertranseant.

Detur Johanni de Nanto, vigilli, xxx solidi pro eundo apud Chamberiacum, licteram missivam r. d. Nyciensi episcopo pro debato magistri Jacobi condurerii exhibiturus.

In differencia existente inter egregium Jo. de Planis et Philisiam et ejus filiam, relacione per operarios facta non obstante, fuit conclusum quod remictantur partes ad octavam ut ordinacio matura cum deliberacione feratur. Quo interim partes, si sua putaverint interesse, teneantur exhibere jura ut omnia recto claudantur fine.

Dentur magistro Johanni Mandrillonis, videlicet octo floreni parvi ponderis pro gratis serviciis etc.

(133) *Martis viija octobris.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Maludumo, Fernex, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Peyrolerii, Boulo, Burdignino, A. Gule, Lestelley, Vaudo, Borjali, Nergaz.

(*Vigilibus.*) — Stipendia dari solita Guillermo Curti, dyamanterio, dentur quatuor vigilibus pro epydimie morbo deputatis, et unicuique de somma vj grossorum augmententur stipendia. Et deinde expellere debeant trutanos. Et ex nunc, G. Curti suo privatur officio.

(*Carronerio.*) — De carronerio sermone factò, fuit conclusum quod, — admodiacione eidem facta non obstante que se precedentibus admodiacionibus per quondam G. de Crosa receptis de somma duorum millium carronorum reffert, actenta nonnullorum consiliariorum relacione, dicencium fuisse carroneriam admodiatam eidem pro somma duorum millium et v^c carronorum, et per secretarium obmisisse scribere, — quod solvere teneatur duo mille et v^c carronos anno singulo, tempore sue admodiacionis durante.

Veneris xja octobris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Boulo, Maludumo, Fernex, Borjali, Nergaz.

(*Burnoz.*) — De Burnoz, cujus Peytrimandus de Maludumo est heres

cum beneficio legis et inventarii, fuit conclusum quod solvat civitati xij ff. parvi ponderis et residuum pro missarum celebracione pro anime ipsius remedio detur.

De macellariis Joly et Brune, justicia ministretur:

(*R. Conodi.*) — Detur s. d. R. Conodi duo testoni, pro testibus examinatis pro civitate contra magistrum Jacobum, condurerium, et barbitonsoribus qui eundem visitaverunt unicuique videlicet vj solidi monete.

Die Martis xv^a octobris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Lestelley, A. Gule, Paquet, R. Nycolay, P. Versonnex, Peyrolerii, Borjali.

Puer vulgo quesitus nutriatur et perscrutetur cujus sit filius.

Loquatur cride, morbo pestifero infecto, ut loco ipsius alium substituat.

(*Ordinacio.*) — Comparet honorabilis Thomas Thorens; petit ordinari super controversia existente inter ipsum et olim gabelle vini exactores, et pagnos restitui. Nobiles sindici Gavid, Prepositi et Pecolat, de quorum supra voluntate et nemine discrepante, ordinarunt: primo, quod ipse Thorens dare et solvere teneatur prenomatis Joly et de Furno, videlicet xxv ff. Item, quod uniusquisque solvere teneatur expensas occasione gabelle factas. Item, pagnos esse restituendos etc. Quam pronunciacionem dictus Thorens acceptavit etc., et testimoniales; presente Joly non consenciente etc., absente de Furno assignato in personam dicti Joly etc. — (*Levatum.*)

(*Vigilibus iijor.*) — De blado venali constituentur quatuor vigilles, quorum duo permaneant in ala mercati et duo in Longamala, ne bladum, actenta caristia vigente, deportetur extra patriam Sabaudie.

(134) *Veneris xvija octobris.* — Sindici: Gavid, Pecolat; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Maludumo, Fernex, Nergaz, Lestelley, A. Gule, Paquet, Vaudo, Orsieres, P. Versonnex, Boulo.

Fiat mandatum quatuor vigilibus deputatis pro peste, pro uno mense proxime futuro die hodierna incohato, de somma viij ff., cuilibet ij ff. parvi ponderis.

Rescribatur d. presidentibus Meyssieres et Dyvone super policia bladi

et pro habendo processum cujusdam malefactoris, et fiant due lictere credencie in personam n. Petri Versonnay.

De confratriis sermone facto, fuit conclusum quod exponantur in proximo consilio generali onera hospitalis pestifferi, que dietim excrescere videntur, ut pecunie in confratriis existentes converta[n]tur in utilitatem hospitalis.

Martis xxij^a octobris. — Sindici iijor; — P. Orsieres, Roget, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Burdignino, Nanto, Peyrolerii, Boulo, Lestelley.

Reffert vigil apposuisse crucem super blado cujusdam mugnerii qui nichillominus ultra formam cridarum vendidit et emit.

Die Veneris xxv^a octobris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, A. Gule, Lestelley, Ro. Nycolay, P. Orsierz, Borjali.

(De Bignino castellanus admissus.) — Nobilis Anthonius de Bignino fuit admissus in castellanum civitatis Gebenn.; qui juravit in forma etc.

(Constitutio.) — Michael Lyonardi, Johannes Vulliet, Johannes Clerici et Guigo Panent fuere constituti pro granorum visitacione, sub stipendiis unius floreni pro || mense || qualibet ebdomada.

(Pons Rodani.) — De ponte Rodani qui adhuc minatur ruynam, fuit conclusum quod fiat lictera testimonialis contra carpentatores qui tachium perficiendi et construendi acceperunt, ne civitas paciatur detrimentum.

(P. Grueti.) — Detur r. d. Petro Grueti unus scutus auri seu xxxvij solidi pro sententia lata contra dominum Bastide et Johannem de Pesmes in favorem Lydovyci Montyonis.

(Consules confratrie H. Christi.) — Johannes de Fernex, Percivallus Peyrolerii et Johannes Bueti juraverunt super sanctis evvangeliis, bene, legaliter et probe consulere P. de Maludumo, priorem confratrie Heucaristie Christi.

Detur r. d. episcopo Lausanensi malvaticum et ypocratum cum duobus ollobostriis dragie.

Non pasciatur et penitus prohibeatur ne advene ad hospitale pestifferum defferantur quorum corpora morbo pestiffero sunt infecta.

(135)

Admodiatio alarum.

Anno Domini m^o quing[nte]simo quarto, indicione septima cum eodem anno sumpta et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebennarum, factis prius tribus cridis solitis per cridam communem, candela incensa et deinde ut moris est extincta, nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levreii, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, communitatis Gebenn. sindici et procuratores, sindicario nomine, admodiaverunt et expediverunt nobili Petro de Quarro, civi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum veteris, grossi ponderis et rivagii, cum pertinentiis universis admodiari solitis, per unum annum proximum hodie incohandum et die eodem finiendum, sub firma tercentum florenorum auri parvi ponderis per eundem in manibus receptoris dicte civitatis n. Johannis Turci, vel qui pro tempore fuerit, solvendorum terminis solitis etc., unacum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc., et ipse de Quarro ydonee cavere hinc ad Martis proximam; renunciantes etc. Actum Gebenn. ubi supra, presentibus nobilibus Guilliermo Rogeti et Ludovycio de Lestelley ac pluribus aliis testibus vocatis et rogatis etc.

Montyon.

Anno, indicione et die quibus supra proxime, modo premissis, gribellus cum pertinentiis per quos supra fuit expeditus Glaudio Belleti, presenti etc., tanquam plus offerenti, per unum annum hodie xxvij incohandum etc., sub firma duodecim florenorum parvi ponderis solvendorum in manibus receptoris etc., terminis solitis etc., unacum dampnis etc.; promictentes etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus quibus supra.

Montyon.

Die Martis xxix^a octobris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget, Nergaz, Fernex, Boulo, Peyrolerii, Paquet, Vaudo, Borjali, A. Gule, Bueti, Nanto.

Cridetur macellum Longemale et plus offerenti expediatur.

Pugniatur ad formam franchisesie hospes carterii Sancti Gervasii, ut ceteris cedat in exemplum.

(Caucio.) — Ibidem et in quorum supra presencia, n. Petrus de

Carro, firmarius alarum, constante instrumento etc., cavet per Nycodum Collognerii, presentem. Qui fidejussor et principalis promittit solvere firmam in instrumento admodiacionis per me recepto terminis assuetis in manibus receptoris etc., et ipse de Quarro equidem servare indempenem etc.; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis etc.; presentibus Michaele Lyonardi et G. Bocardi, testibus vocatis et rogatis etc.

|| *Veneris* || *Jovis ultima octobris, vigilia Omnium Sanctorum.* — Sindici : Levrierii, Pecolat; — Roget, Vaudo, Paquet.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum quatuor vigilibus pro visitacione bladi deputatis, pro xv diebus novissime fluxis, de somma xxiiij solidorum.

Johanneta relicta Johannis Gursillion promittit se representare tociens quociens etc.

Die Martis 4^a novembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Lestelley, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Burdignino, (Vaudo,) A. Gule.

(*Vigilli.*) — Detur Dei amore pietatisque inthuitu vigilli Henrico, infirmo, videlicet duos florenos parvi ponderis.

(136) (*Ordinacio.*) — Nobilis Girardinus de Rippa, suo et n. Anthonii nominibus, petit refferri per operarios, et Andreas Marqueti, suo et fratrum nominibus, equidem refferri. Operarii dant relacionem; qua visa, n. sindici pronunciant ut in relacione continetur, presentibus quibus supra.

De blado, apponatur policia super civibus et burgensibus in civitate existentibus.

Visa lictera missiva n. sindicis et consilio per fratrem Marchepaluz transmissa, fuit conclusum quod conferatur cum consilio episcopali, et conferencia habita, provideatur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum G. Curti a toto tempore preterito usque in diem privacionis sui officii.

Hodie de pecuniis libratis die hodierna in bursa existentibus fuerunt soluti in consilio superscripta die *Veneris* existentes.

Veneris viija novembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget, Peyrolerii, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Boulo, Burdignino, Nanto, R. Nycolay, Lestelley.

Fiant injunciones habentibus domus infectas ut infra octo dies mundare debeant, alias mundabuntur civitatis sumptibus.

Roletus Nycolay instet erga hominem census vendere volentem, ut justo precio civitati vendat.

Magister Jacobus de Fonte admittitur in carpentatorem et civitatis operarium sub stipendiis assuetis; qui solitum prestetit juramentum.

Detur Jacobo Prophenat iij solidi, pro copiis per ipsum factis ad causam hospitalis civitatis.

Martis duodecima novembris. — Sindici : Levrierii, Prepositi, Pecolat; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Jo. Fernex, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, Lestelley.

Impartitur licencia Jacobo Paqueti et R. Nycolay concordandi cum n. Johanne Ludovyco Versonnay de redditibus quos vult vendere civitati seu communitati, et justo precio emantur.

Heres Daguini satisfaciat Parvo Johanni, cride moderno, substituto dicti Daguini.

Admodiacio introgii bossetarum.

Anno Domini m^o quingentesimo quarto, indicione septima cum eodem anno sumpta et die undecima mensis novembris, factis debitis proclamacionibus per preconem communem hujus civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et deinde extincta, ut moris est, nobiles et honorabiles Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, consindici et procuratores civitatis Gebenn., sindicario nomine admodiaverunt egregio Petro Navis et Glaudio Serventis, presentibus, tanquam plus offerentibus etc., introgium bossetarum vini cum pertinentiis solitis, cum honore et onere percipi et supportari solitis, obvaliis assuetis et non assuetis etc., ad et per unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma quinque centum quaterviginti et quinque florenorum parvi ponderis per eosdem firmarios solvendorum in manibus honorabilis Johannis Turci, receptoris gene-

ralis qui nunc est et qui pro tempore fuerit, terminis assuetis, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, et aliam terciam partem in nundenis Pasche, et residuum in sequentibus nundenis augusti, unacum dampnis etc.; promictentes etc.; submitentes, etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem Michaele Lyonardi et Guilliermo Bocardi, vigilibus, testibus etc.

Montyon.

(137) (*Caucio.*) — Anno Domini m^o quingentesimo quarto, indictione septima et die duodecima mensis novembris, in mis notarii etc. constituti providi Petrus Navis et Glaudius Serventis, filius Petri Serventis, burgensis Gebenn., qui gratis etc., — ipse Glaudius Serventis, de voluntate ejus patris, presentis et auctoritatem dantis quoad hunc actum etc., — promiserunt super sanctis Dei evangeliis etc., sommam in admodiacione descriptam, terminis in eadem descriptis, in manibus receptoris etc. solvere, et unus alterum et econtra indempnem servare; ad quorum preces et requisicionem se dat et constituit fidejussor et principalis insolidum prenomatus Petrus Serventis qui, ejus medio juramento subque suorum bonorum obligacione expressa, v^c quaterviginti et quinque florenos in admodiacione prenomatis Petro Navis et Glaudio ejus filio facta, per me subsignatum recepta die xj novembris hujus anni descriptos, solvere promisit in manibus receptoris moderni et qui pro tempore fuerit, terminis ut prefertur in admodiacione descriptis. Et ipsi firmarii eundem illesum servare etc. et quilibet ipsorum principaliter et insolidum eosdem v^c quaterviginti et quinque florenos solvere; renunciantes etc. juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc., cum et sub promissionibus, renunciacionibus et aliis clausulis in talibus opportunis que hic pro expressis habeantur. Actum Gebenn. in Domo communi et in aula consilii, presentibus Michaele Lyonardi et Guilliermo Bocardi, vigilibus, testibus etc.

Admodiacio cride.

Anno Domini m^o quingentesimo quarto et die duodecima mensis novembris, personaliter constituti n. Petrus Levrierii, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, consindici civitatis et sindicario nomine, admo-

diant cridam hujus civitatis cum emolumentis universis percipi solitis Ludovycio filio Mathei Chaudiot, burgensi Gebenn., ad et per tres annos hodie incohandos et simili die finiendos etc., sub firma cujuslibet anni triginta quinque florenorum parvi ponderis solvendorum in manibus receptoris etc., terminis solitis etc.; renunciantes etc.; submitentes etc.; promictentes etc., et ipse Ludovycus ydonee cavere etc. Actum Gebenn. in Domo communi, presentibus Michaele Lyonardi et Guilliermo Bocardi, vigilibus, testibus etc.

(*Caucio.*) — Anno et die quibus supra proxime, presentibus ibidem egregiis Glaudio Samoem et Francisco Trocterii, testibus etc., prenomatus Ludovycus, firmarius cride, de consensu et auctoritate Mathei Chaudiot, ejus patris ibidem presentis, promictit solvere xxxv ff. in admodiacione suprascripta descriptos, et cavet per prenomatum ejus patrem et Franciscum Voudesii, parrochie Magdalenes, qui promiserunt in forma etc.; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Actum in bancha officialatus etc.

Veneris xv^a novembris. — Sindici: Levrierii, Prepositi, Pecolat; — Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Fernex, Nergaz, Borjali, Boulo, Burdignino, A. Gule, Lestelley, Bueti.

Clerico qui scripsit rotulum domorum infectarum dentur solidi tres. Retinentur quatuor vigilles adhuc per unum mensem et fiat mandatum die termini finiti.

Die xvij Dominico post festum Sancti Martini, in claustro Sancti Petri Gebenn., fuit generale consilium celebratum in quo interfuerunt subscripti:

Sindici: Levrierii, Prepositi, Pecolat; — r. d. P. Grueti, d. Jo. de Lornex; — P. Orsieres, Peyrolerii, Burdignino, Nergaz, Vaudo, Boulo, (Nergaz,) A. Juglardi, Nanto, Jo. Marchiandi, Fran. de Fossali, Petrus Marescalli, Jo. du Biez, L. Philippi, Pensabini, Jo. Velluti, L. Durandi, G. de Mez, Party excofferius, G. Patry, Theodolus Magni, Hestor de Rages, Vouterius Fini, G. Bolliffroz, Jo. Guiosii (?), G. Vulliardi, Jo. Thomasseti, Buctiez, Maludumo, Cadodi, Jo. Regis, Matellon, P. Maniglerii.

Venda vini, majorem opinionem suprascriptorum insequendo, gitata fuit ad iiij g.

(138) — Facto sermone de confratriis, fuit conclusum, nemine discrepante, quod hujusmodi negocium tractetur per consilium ordinarium junctis I consiliariis electis, quibus dant omnimodam potestatem, eciam pro electione auditorum computorum ipsarum confratriarum fienda¹.

Die Martis xixa novembris. — Sindici quatuor; — Paquet, Orsieres, Peyrolerii, Vaudo, Burdignino, Nergaz, Fernex, Boulo, R. Nycolay, Roget, Maludumo, A. Gule, Lestelley, Borjali, Lyonardi; — Balliet, P. Fernex, Bachodi, Grueti, hospes † Albe, Jo. de Mara, L. Neyrodi, H. pictor, Pichon, L. Boytet, P. Poterelli, Grassie, Christinus Tombeti, A. Gervex, Pensabini, Ja. Nepotis, M. Chaudiot, Co. Chicandi.

(*Burgensis.*) — Ludovycus Boverii, parrochie Sancti Germani, condurerius, et burgensis fuit admissus pro viij ff.

(*Hospitalerius.*) — Dominus Georgius Laurencii admittitur in hospitalerium hospitalis pestifferi sub stipendiis assuetis; qui juravit in forma.

(*Lambertus.*) — || Lambertus Aymonis, chappellerius, heres Daguini, promittit solvere receptori civitatis decem et quinque solidos pro firma dicti quondam Daguini cride, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc., hinc ad festum Nativitatis Domini etc. ||

(*Grueti et Ro. Nycolay.*) — In quorum supra presencia, fuit sermo factus pro electione auditorum computorum fienda, inherendo conclusioni die xvij hujus novembris in generali consilio facte, pro pauperum et miserabilium personarum in hospitali pestiffero existencium et affluentium utilitate. Et, vocibus per supranominatos et quemlibet ipsorum emissis, fuere deputati computorum auditores confratriarum civitatis e. Humbertus Grueti et R. Nycolay, juncto uno aut duobus sindicis, dum et quociens fuerit expediens, per unum annum etc., sub

¹ Voir un mandement du vicaire général, en date du 20 nov. 1504, adressé, à la requête des syndics, au vidomne et aux officiers de l'évêque, pour qu'ils contraignent les recteurs des confréries à rendre leurs comptes entre les mains des commissaires de la communauté, suivant la décision, prise en conseil général (ci-dessus, p. 157), d'appliquer l'argent des confréries à l'hôpital des pestiférés; Arch. de Genève, P. H., n° 829.

stipendiis per consilium ordinarium declarandis. Qui juraverunt in forma etc. et, computis auditis, ordinario consilio referre, ut omnia recto claudantur fine.

Veneris xxija novembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Orsieres, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Borjali, Boulo, A. Gule, Lestelley, Nergaz.

(*Crida.*) — Fiat una vestis cride moderno aliorum more civitatis livria usque ad sommam vj ff. parvi ponderis et ix solidorum.

Vinum de Subtus Mons vendatur v d. monete, et patrie iiij^{or}.

(*Burgensis.*) — Jacobus Covaz, filius quondam Francisci Coubaz, de Communie, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

Martis xxvja novembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Maludumo, Fernex, Lyonardi, Borjali, Boulo, Lestelley, Nergaz, Vaudo.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Glaudii Marcleys, de Bons, parrochie Sancti Germani, excofferius, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri de Ripa, de Luyn, parrochie Sancti Germani, carpentator, burgensis pro viij ff.

De Follieuz petente sibi solvi contenta in rotulo, actenta relacione, fuit conclusum quod eidem detur videlicet vj ff.

Patisserii pugniantur discrecione n. sindicorum.

Instent n. sindici erga castellanum ut sinat impacem Bulliffroz qui unum ex vigilibus arripuit per crines, dummodo petat veniam illu. et r. d. episcopo et sindicis, vigillique.

(139) Admodiatio macelli de Longemale.

Anno Domini m^o quingentesimo quarto, indicione septima cum eodem anno sumpta, et die vigesima sexta mensis novembris, nobiles Glaudius Gavid, Petrus Levrierii, Guigo Prepositi et Anthonius Pecolat, sindici hujus civitatis et sindicario nomine, admodiant et in admodiacionem tradunt Ludovycu Durandi, Glaudio Barmaz, Petro Jaquemoz, Petro Pastoris, Jacobo Sermodi, Glaudio Chambet, Amedeo Thome et Roleto de Gerdilli, macellariis, presentibus etc., macellum Longe-

male cum octo scannis in eodem existentibus, ad et per tres annos proximos die vigesima prima nuper lapsi mensis octobris incohatos et simili die finiendos etc., sub firma cujuslibet anni centum florenorum auri parvi ponderis per eosdem firmarios solvendorum, videlicet in principio termini seu anni medietatem et residuum in fine anni cujuslibet annorum trium pretactorum, in manibus receptorum episcopalis et hujus civitatis, cujuslibet pro semisse, et sic de anno in annum usque ad complementum solucionis dictorum trium annorum; volentes pre-nominati macellarii et expresse consencientes quod, casu quo alter ipsorum deficeret in solucione terminorum prescriptorum, quod aliis licitum sit banchum solvere recusantis auctoritate propria accipere et eundem admodiare, et ad sue voluntatis libitum facere, et expellere a consorcio ipsorum; promictentes etc., dicti sindici sindicario nomine manutenere, et ipsi firmarii et quilibet ipsorum principaliter et insolidum solvere terminis preexpressis. Se hiidem firmarii unus pro alio et alter pro altero erga prefatum illu. et r. dominum episcopum Gebenn. ac predictos syndicos ac me notarium etc. fidejussores et principales solutores, quilibet principaliter et insolidum, constituentes; submictentes etc.; renunciantes etc., presertim juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistoledivi Adriani Nove constitutioni: *De duobus vel pluribus reis etc.*; volentes duo instrumenta etc. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus ibidem providis viris Henrico de Nanto et Ro. Nycolay, testibus vocatis et rogatis etc.

Montyon.

Veneris penultima novembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Fernex, Vaudo, Nergaz, Burdignino, Maludumo, Lestelley, Borjali.

Expellantur infecti prout pluries extitit conclusum.

Fiant cride de patisseriis et infectis.

(Burgensis.) — Nycolaus filius quondam Petri Alliodi, de Cheyserie, patisserius, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Aymo filius quondam Humberti Leaz, de Sancto Jorio, parrochie Sancte Crucis, excofferius, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Glaudius filius Petri Bongear, marescallus, de Fisterna, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(Burgensis.) — Avretus filius quondam Petri Ros alias Quent, de mandamento Balleysonis, miruserius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

(Vandelli.) — Fiat responsio Vandelli quod ea que petit non sunt juri consona, et permictere sibi domum in civitatis meniis appodiare cum esset licitum.

(Mandatum.) — Fiat mandatum vigilibus quatuor deputatis pro granorum visitacione pro uno mense proxime lapso, videlicet iiiij ff. parvi ponderis.

Martis 3^a decembris. — Sindici: Gavid, Prepositi, Pecolat. — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Boulo, Maludumo, Lyonardi, Nergaz, Lestelley.

Generalis Roget tractare graciose habeat mercatorem salis.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Moneto Bessonet de somma v ff. et vj d., pro causis in rotulo etc.

(Mandatum.) — Fiat eidem aliud mandatum de somma xxxiiij ff. iiiij g., pro causis in rotulo etc.

(Burgensis.) — Glaudius filius quondam Johannis Furjodi, de Boegio, excofferius, burgensis Gebenn. pro viij ff.

Ille barbitonsor infectus non presumat civitatem intrare, si constet domum suam mundasse.

(140) Veneris vja decembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Vaudo, Maludumo, Bueti, Nergaz, Borjali, Lestelley, Lyonardi, R. Nycolay.

(Burgensis.) — Franciscus filius quondam Roleti Germez, de Sergie, parrochie Sancti Gervasii, lathomus, burgensis pro viij ff.

Capiatur Glaudius Arthaudi, actentis per ipsum forefactis.

De Vandelli qui satagit domifficare, appodiando in menniis civitatis, fuit conclusum quod nullo modo eidem permictatur, eciam si casu adveniente foret consilii episcopalis voluntas. Et, si dictus Vandelli videatur adherere, rescribatur r. d. episcopo Lausanensi.

Claves quas petunt archerius et Clerici restituantur eidem archerio de mandato r. d. vicarii.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Pollet de somma xj ff., pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum relicte Glaudii Rolandi de somma, videlicet xiiij ff. parvi ponderis, pro causis in rotulo etc.

Die x^a decembris, Martis. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Vaudo, Maludumo, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Burdignino, Lestelley.

Bellecerfz ad Veneris remictitur, et si constet delinquisse pugnatur.

Detur homini mondanti carrerias publicas, pro labore suscepto mondando carreriam vocatam la Doye, videlicet florenus unus.

(*Jo. Ruphi.*) — De Johanne Ruphi, serviente episcopatus, fuit conclusum quod, actento juramento per eundem prestito et nobilium sindicorum relatione, cancelletur instrumentum obligationis.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Bertheti Mercerii, de Servent, parrochie Sancti Germani, excofferius, et burgensis admictitur pro viij ff.

Veneris xiiij decembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Vaudo, Lestelley, Nanto, Lyonardi, R. Nycolay, Roget, Maludumo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Michaeli Lyonardi, vigilli, de somma vj ff. parvi ponderis super uno burgensi percipiendorum, pro gratis serviciis.

(*Mandatum.*) — Intrentur Petro Ros, servienti, vij ff. parvi ponderis qui sibi debentur pro serviciis civitati impensis tempore exactionis tallie Allemanorum, cui spacio unius anni servivit, actento juramento per eundem prestito.

(*Prolungacio.*) — Nobiles Glaudius Gavid, Petrus de Orseriis prolongant compromissum factum inter n. Ludovycum dominum de Fernex et n. Petrum Veteris quondam, hinc ad carnisprevium, cum promissionibus opportunis etc.

Fiat mandatum Guillermo Bessonet, videlicet iiij ff. ij g., pro causis in rotulo descriptis.

(*Burgensis.*) — Glaudius Chappuysii, filius quondam Petri Chappuysii, de Brecorens, parrochie Sancti Gervasii, excofferius, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Fiat mandatum vigilibus de somma lx ff. pro stipendiis termini festi Nativitatis Domini.

(141) *Martis xviiij^a [xvija] decembris.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Vaudo, Paquet, Burdignino, Nergaz, Borjali, Bueti, Maludumo, Boulo, R. Nycolay, Lyonardi, Roget, Nanto, Peyrolerii, (Orsieres).

Nichil pro nunc detur r. d. episcopo Lausanensi, sed supersedeatur quousque dominus de Fossas, gubernator illu. domini episcopi et principis Gebenn., huc veniat.

Evocetur dominus Lanternerii coram r. d. Lausanensi, ne sua audacia temeraria presumat pauperum elemosinas tollere.

Veneris xx^a decembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Paquet, Lyonardi, Vaudo, Lestelley, Boulo, Maludumo, Orsieres, P. Versonnay, Burdignino, Roget, Nergaz, Peyrolerii, Bueti.

(*Bocardi.*) — Solvat thesaurarius Guillermo Bocardi, vigilli, videlicet triginta solidos monete, pro pena et labore susceptis defferendo licteras apud Chamberiacum magistris computorum super policia bladi et salis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Bochet de somma videlicet iiij ff. xj g., pro causis et rationibus in eodem descriptis.

Martis xxiiij decembris. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget, Paquet, Vaudo, Borjali, Burdignino, Bueti, P. Versonnex, Boulo, Nanto, R. Nycolay, Lyonardi, Maludumo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus Sancti Gervasii de somma xv ff., pro suis stipendiis etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Busco de somma xxxv ff. ij g. j d., pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum xij vigilibus de somma xxx g. pro quolibet, pro vestibis suis etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guillermo Bocardi de somma iiij ff. vj g., pro pena et labore susceptis eundo et reddeundo apud Chamberiacum. — (*Levatum.*)

Veneris xxvij decembris. — Sindici: Gavid, Prepositi, Pecolat; —

Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Jo. Conchiis, P. Versonnex, Maludumo, Nergaz, Borjali, Burdignino, Lestelley, Boulo, A. Gule.

(*Vigilibus.*) — Fiat mandatum vigilibus de somma xv grossorum pro quolibet, suis pro vestibus annuatim debitis illis de Sancto Gervasio.

(142) *Martis ultima decembris.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Vaudo, Maludumo, Borjali, Burdignino, Boulo, Lestelley, A. Gule, Peyrolerii.

(*Balisteriis.*) — Fiat balisteriis donum archeriorum seu architenencium more, quibus detur scutus auri tempore debito.

Veneris 3^a januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Burdignino, Boulo, Lestelley, P. Versonnex.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus pro peste deputatis, de mense novissime lapso, cuilibet quatuor vigillum de somma viij ff. parvi ponderis, de xix^a decembris.

(*Prior V Plagarum Christi.*) — Gladius filius Anthonii Marescalli, bonaterius et burgensis Gebenn., admittitur in priorem confratrie V Plagarum Christi; qui solitum prestitit juramentum etc.

(*Burgensis.*) — Nycodus filius Richardi Hemite, de Landissiez, parrochie Sancti Victoris, marescallus, fuit burgensis admissus pro viij ff.

De macellariis sermone facto, fuit conclusum quod primus recusans vendere carnes ad formam promissionis facte carceribus Insule mancipetur et pugniatur tenorem promissionis insequendo.

(*Vigilibus.*) — Vigilibus Sancti Gervasii et civitatis detur pro extrenis, videlicet xv g.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Bessonet de somma iiiij ff. ij g., pro causis in rotulo descriptis.

Martis vij januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Nergaz, Vaudo, Maludumo, Burdignino, Peyrolerii, Borjali, Boulo, Lestelley, P. Versonnex.

(*De juridicione.*) — De juridicione illu. et r. domini Gebenn. episcopi et principis, que impresenciarum per nonnullos officarios ducales

leditur, in contemptum juridicionis ecclesiaticae et tocus civitatis, fuit conclusum, cum intersit omnium juridicionem prothegere, quod nobiles sindici loquantur consilio episcopali et dominis de capitulo ut in hujusmodi negotio provideatur.

(*Mandatum vigilibus.*) — Fiat mandatum iiiij^{or} vigilibus, pro mense novissime lapso die ultima decembris finito, de summa iiiij^{or} ff. parvi ponderis.

Veneris x^a januarii. — Sindici quatuor; — Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Vaudo, Maludumo, Boulo, Paquet, Nergaz, P. Orsieres, Nanto, Burdignino, Lestelley, Bueti, P. Versonnex, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Johannis de Nanto, de Montagnie, parrochie Magdalenes, condurerius, burgensis pro viij ff.

(143) (*Relacio.*) — Visa relatione per operarios de domibus supra pontem Rodani existentibus et ruynam minantibus, fuit injunctum habentibus domus ut infra festum Pasche unusquisque domum suam reedificet, ne scandallum defectu reparacionum oriatur; protestantes contra eosdem de dampnis, interesse etc., in casum in quem domus seu altera earundem caderet in ruynam.

(*Bellet.*) — Gladius Bellet, firmarius gribelli, cavet per n. Petrum de Versonnex, qui promisit in forma; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, presentibus quibus supra.

(*A. Pecolat.*) — Visis binis rotulis per honorabilem Anthonium Pecolat exhibitis, conclusum extitit, actento juramento prestito, quod thesaurarius solvat contenta in eisdem cum quictancia valida etc.

(*Jo. Nergaz.*) — Johannes Nergaz se offert paratum reddere computum in manibus deputandorum ad causam hospitalis pestifferi cujus est rector; quo audito et vocibus per supranominatos emissis, fuit conclusum quod auditores computorum emolumentorum civitatis audiant computos dicti Johannis Nergaz.

Fornario civitatis nichil de firma reverberetur, sed, tempore suo finito, de alio provideatur.

Loquantur n. sindici de juridicione gribelli et presbiteris gabellam solvere recusantibus.

Martis xiiij januarii. — Sindici : Gavid, Levrerii, Pecolat ; — P. Orsieres, P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Burdignino, Lyonardi, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Nergaz, Borjali, Boulo, Lestelley.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Chenevalis de contentis in rotulo etc., actento juramento etc.

(*Burgensis.*) — Nicodus filius quondam Petri de Marvaz, de Pigney, foſnerius, burgensis creatus pro viij ff.

(*Vandelli.*) — De Vandelli qui, ut fertur, super communi edificium facere nititur, sindicis et consilio civitatis invitis, fuit conclusum quod requirant officarii, tenore franchises servato; et testimoniales. Qui, si recuset tollere edificium, per nobiles syndicos impune tollatur.

(*Vigil Sancti Gervasii.*) — Quidam vigil burgi Sancti Gervasii, nonnullorum relacione, ad se retinuit quendam argenti quantitatem sibi remissam per quendam detentum in Insula vocatum Arthaud, qui, si de hiis legitime constet, capiatur et pugnatur.

De charavaria Hostesterii fuit conclusum, majorem opinionem insequendo, quod vicinis detur et per eosdem fiat, ceteris repulsis.

De gribello fiat crida, cum sit consilii episcopalis Gebenn. voluntas.

Veneris xvij januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Paquet, Nanto, A. Gule, Burdignino, Lyonardi, Maludumo, Boulo, Vaudo, R. Nycolay, P. Versonnex, Peyrolerii, Nergaz, Borjali, Lestelley, P. Cornaz, Roget.

(*Burgensis.*) — Roletus Badelli, filius quondam Julliani Badelli, parrochie Sancti Jullini, mercator, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Michaelis Probi, de Burcino, parrochie Sancti Gervasii, excofferius, burgensis pro viij ff.

(144) (*Vandelli.*) — Visis licteris per Vandelli exhibitis, fuit conclusum quod nobiles syndici accedant ad dominum vicarium, cui fiant demonstrationes non licuisse neque licere dicto Vandelli in prejudicium communitatis edificium facere, nec super Turci (turri?) civitatis appodiare, cum presertim sit aliene nacionis, et licteris concessis ipso instante non obstantibus. Si recuset ipse d. vicarius providere, interponatur appellacio et, si opus sit, illu. et r. d. Gebenn. episcopo notificetur.

Ad Martis evocentur apothecarii ut in eorum negotio provideatur. Ille vigil vocatus Franciscus Destrata suo privetur officio.

Formetur processus contra filiam Pribelli, et formato justicia ministretur.

(*Aymo Porrallis.*) — Constito Porrallis mercatore fore cum fratribus suis indivisum, civitatis franchisesis gaudeat.

Martis xxj januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Burdignino, Boulo, Nergaz, Lyonardi, Cornaz, P. Versonnex.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Glaudii Aberjouz, de Compeys, patisserius, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxvj ff. viij g. iij d., iij (m) millia et centum carroni, pro causis in rotulo etc.

(*Notificacio facta consilio ordinario.*) — In quorum supra presencia, egregius Petrus Levrerii, consindicus, exposuit quomodo, Mercuri proxime preterita, nobilis Nicodus Lestelley, civis Gebenn., eidem conquestus est de domino Johanne Braseti, canonico Sedunensi, qui, quanquam fuere lictere a r. d. vicario obtente ad instanciam egregii domini procuratoris fiscalis contra eundem dominum Johannem, quarum vigore fuit inhibitum, sub penis in eisdem licteris descriptis, ne Janam filiam quondam egregii Nantermeti a domo et laribus paternis ullo modo extrahere presumeret, ipse tamen Braseti, in spretum inhibitionum et ipsis non obstantibus, dictam Janam per nonnullos suos complices apud Sedunensem dyocesim transferre satagebat, et jam ipsam Janam paterna in domo rapuerat et quo voluerat conduxerat. Re ex qua, graviora ne succederent, requirebat, nomine sue uxoris et tanquam conjuncta persona, eundem dominum detinere quousque dicta filia in domo paterna in qua fuerat rapta restituatur, actento presertim quod, post solis occasum, nobiles syndici super quibuscunque personis habeant omnimodam exercere jurisdictionem. Et, querimonia facta, dictus Levrerii cum honorabili Anthonio Pecolat domum in qua inhabitat Mononis intraverunt et ipsum dominum Braseti in eadem repertum alloquuti sunt, ut eandem filiam remicteret eisdem, quacunque dilacione cessante, actenta denunciacione contra eundem facta. Qui temerarie respondit filiam remictere nolle et nescire ubi erat filia.

Quo tunc, auditis verbis per eundem prolatis, ad Domum communem cum suis complicitibus Lambert et Porrals conduxerunt. Et conducendo prope seu ante Domum communem, uxor dicti nobilis Nycodi recto contra eosdem n. syndicos procedens tramicta, denuo querimoniam fecit de eodem domino Johanne Braseti, requirens eundem tute detineri donec dicta Jana eidem remictatur, aut de eadem assequeretur, partem expressam contra eundem faciendo, gesta que per ejus virum suo nomine ratificando. Cumque dictus d. Johannes modico temporis spacio in Domo communi detineretur, prius per n. syndicos monitus ut filiam exhiberet aut ydoneam prestaret cautionem ad formam civitatis franchisesie, ad ipsorum pervenit aures dictam filiam in domo dicti Mononis existere. Ob quam rem, ad domum ipsam suos direxerunt gressus; qui in eadem filiam reperiunt, et reperta n. Johanni Francisci tute custodiendam sub penis remiserunt, quousque foret cognitum per r. d. vicarium cui vel quibus dicta filia veniat relaxanda. Et, hiis peractis, ipsum dominum a Domo communi abire permiserunt. Et, quia premissa pre-nominati Petrus Levrierii et Anthonius Pecolat sindicario nomine civitatis fecerunt, tenorem ipsius franchisesie insequendo, consilio notificant ut gesta per eosdem approbare et ratificare velint; et in casum in quem ipse Braset litem horum occasione movere vellet, in se assumere et de hiis serventur indemnes et illesi, cum plerumque videamus plures, in bene agendo ad bene beateque vivendum in hac valle miserie pro justitia manutenenda, jacturam et detrimentum pati. Quibus auditis, matura super hujusmodi re deliberacione consilii prehabita, petita per eosdem consyndicos dixerunt fore fienda et ratificanda, et que approbant et ratificant, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

(145) *Veneris xxiiij^a januarii.* — Sindici quatuor; — P. Orsieres, P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Maludumo, Burdignino, Boulo, P. Cornaz, Lestelley.

Viso rotulo per apothecarios exhibito, fuit conclusum quod hinc ad Martis provideatur.

Prohibetur Francisco, barbitonsori, sub penis in eisdem descriptis.

Martis xxvii^a januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Roget,

Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Maludumo, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, A. Gule, Nanto, Vaudo, Burdignino.

Detur regi balistariorum et regi archeriorum cuilibet vj ff. parvi ponderis, pro anno presenti et estate proxime futura.

De apothecariis fiant cride de candelis et facibus.

Licteris per Vandelli impetratis non obstantibus, instent n. syndici erga eundem r. d. vicarium ut revocare et abolire velit easdem licteras; alias d. Lausanensi episcopo fiat querimonia.

Veneris ultima januarii. — Sindici quatuor; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, d. vicedompnus, Vaudo, Maludumo, Burdignino, Boulo, Nergaz, A. Gule, P. Versonnex.

(*Episcopo Sedunensi.*) — Visa lictera missiva n. sindicis et consilio transmissa per r. d. episcopum Sedunensem in favorem domini Braseti, fuit conclusum quod eidem fiat responsio in qua narrentur omnia gesta, ut veritas elucescat.

Discusciatur materia Vandelli ad Martis proximam.

Vigilibus detur creoborum, morem sectando antiquum.

Martis iii^a februarii. — Sindici quatuor. — Consilium die superscripta fuit in castro Insule celebratum, in quo interfuerunt subscripti: Paquet, Vaudo, Boulo, Bueti, Nergaz, R. Nycolay, Burdignino, Lyonardi, Roget, Jo. Conchiis, Maludumo, Lestelley, A. Gule, P. Versonnex, Nanto, clericus vicedompni.

Detur centum fassine custodi carcerum Insule.

(*Computorum auditores.*) — Solvat thesaurarius e. P. Levrierii, Anthonio Pecolat et Ludovyco Montyonis, unicuique ipsorum, xx^{ti} solidos, pro audiendis computis thesaurarii. Et ulterius unicuique viij ff. iiij g., pro gratis serviciis etc.

(146) *Veneris vij februarii.* — Sindici quatuor; — Roget, Vaudo, Paquet, Maludumo, Nergaz, Boulo, R. Nycolay, Nanto, Burdignino, P. Orsieres, Bueti, Lyonardi, P. Versonnex, Lestelley; — P. de Mara, H. Pichon, N. Lestelley, Fusserii, Bachodi, Nemore, Byollesii, Balliet, R. de Plathea, P. Poterel, Colet Colini, P. Lingocti, N. Gentillis, Milanessii, Grueti, S. Jolyti, F. Morens, Mahuet, Jo. Bernardi, Ja. de Bosco,

G. Bessonnet, P. Fernex, Lullini, Anzo Hugue, M. Chaudiot, P. Billolesii, Grassie, N. Janini, m. Hugo pictor, Ja. Nepotis, Marlioz, Christinus Tombeti, Lyonardus Boytet, N. de Villario, L. Neyrodi.

Die suprascripta fuit consilium celebratum pro creacione sindicorum fienda. Et fuere l electi vocati, de quibus interfuerunt suprascripti et elegerunt ut in rotulo continetur.

(*Burgensis.*) — Guiliermus Banosii, filius quondam Jaquemeti Banosii, de Lanrens, parrochie Sancti Germani, tabernarius, burgensis creatus pro et mediantibus viij ff.

Dentur predicatori Palacii c facine nemoris et vj libre candelarum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de contentis in rotulis per Pecolat exhibitis.

(*Montyonis.*) — Detur Ludovyco Montyonis, secretario, pro testibus per ipsum examinatis contra Johannem de Fossali et copiis factis ad causam patisseriorum, videlicet ij ff.

Solvat thesaurarius Georgio de Campis, vigilli, videlicet vj g., pro eundo apud Versonnex et Galliardum pro civitatis negociis.

(*Mandatum vigilibus.*) — Vigilibus pro granorum visitacione et peste deputatis fiat mandatum pro tempore lapso. Et, ex nunc, suis privantur officiis.

(*Jo. Nergaz.*) — Solvat honorabilis Johannes Nergaz medelas pauperibus epydimie percussis in hospitali pestiffero estate preterita existentibus datas.

Duo solidi vigilibus Sancti Gervasii dentur pro eorum carnisprevio.

(*Intrentur thesaurario.*) — Intrentur thesaurario xv solidi castellano Galliardi dati.

Processus contra Arthaud formatus visitetur per jurisperitos, et inde justicia ministretur.

(*Intrentur pro thesaurario.*) — Intrentur thesaurario ducentum xxij ff. iij g. iij d. cum obolo, pro causis in rotulo etc.

Sabacti viija februarii. — Sindici iijor; — P. Versonnex, P. Orsieres, Nanto, Roget, Maludumo, Bueti, A. Gule, R. Nycolay, Paquet, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Burdignino, Boulo, Lestelley.

Suprascriptis in consilio existentibus et de Arthaudi sermone facto,

fuit conclusum, majorem insequendo oppinionem, illum esse furchis suspendendum, suis causantibus demeritis.

(147) *Nona februarii mo quingentesimo quinto*, fuere consilium in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn. celebratum et sindici per subscriptos electi :

Maludumo, Burdignino, Cadodi, S. Byollesii, Nanto, Jo. Turci, Boulo, Baudichon, Bachodi, A. Lyonardi, Lambert, Jo. Bernardi, R. Nycolay, Boulo, R. de Plathea, Copet lathomus, P. Byollesii, Jo. Clerici, G. Pensabini, Ja. Nepotis, Christinus Tombeti, Grueti, A. Beatrisii, G. Vuychardi, P. de Fontana, Jo. Hostellerii, P. Versonnex, F. Morens, m. Hugo pictor, S. Jolyti, Balliet, Lyonardus Boytet, Vaudo, P. Poterel, m. Mandrillionis, Jo. de Fonte, Fran. de Leamon, Jo. Marchiandi, L. Buctiez, P. Chevrerii, Jo. Bocardi, Bertheracti.

Sindici et procuratores creati fuere n. et honorabiles Petrus Levrerii, Hugoninus de Burdignino, P. Orsieres et Peitrimandus de Maludumo, cives et burgenses Gebenn., qui solita prestiterunt juramenta.

Die xja februarii, Martis. — Sindici : Levrerii, Orsieres, Maludumo et Burdignino.

(*Rejectus castellanus de Bignino.*) — Consiliarii electi sunt subscripti, rejecto castellano :

Et primo, Guigo Prepositi, G. Gavid, Nanto, Roget, A. Gule, Bueti, Jo. Malliardi, Ja. Paquet, Lestelley, R. Nycolay, Lyonardi, Nergaz, (Paquet,) Pecolat, Vaudo, Jo. Fernex, P. Versonnex, Borjali, Peyrolerii, castellanus, Conches.

Roletto Nycolay et Gabrieli de Borjali commictatur ut tractare debeant cum illo mercatore bladi, et emere debeant usque ad sommam quinque aut sex centum florenorum, precipiendo Jo. Turci, receptori, ut pecias quas habet magistro monete tradere debeat, minori tamen incommodo quo fieri poterit.

(*A. Pecolat.*) — Pro gabella salis destinetur Anthonius Pecolat ad r. d. Lausanensem episcopum cum lictera credencie.

(*De burgensibus edictum.*) — Quis a modo in antea non admictatur in burgensem, nisi prius solvat xxi solidos monete.

Visitacio piscium commictitur R. Nycolay et Anthonio Pecolat, quibus detur v ff.

Sumantur informationes contra illum bonaterium et sumptis justitia ministretur.

Criminosi restituantur n. sindicis, iudicibus causarum criminalium, in eo statu in quo capti fuere. Et, pro nunc, carcerum custos concordet cum carnifice cui florenus unus detur pro clamide Arthaudi, suis causantibus demeritis suspensi patibulo.

(148) *Veneris xiii^a februarii.* — Sindici quatuor; — G. Gavid, P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Prepositi, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Boulo, Lestelley.

Franciscus Morens, olim exactor bossetarum, solvat thesaurario pecuniarum sommam horum occasione debitam.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario xxi solidi cum dimidio dati vigilibus pro prandio per ipsos facto post generale consilium celebratum.

Solvat Thomas Thorens vj g. et exactores gabelle equidem vj pro custodia pagnorum dicti Thorens.

Martis xviii^a februarii. — Sindici: Levrierii, Maludumo, Burdignino; — G. Gavid, Nanto, Roget, R. Nycolay, Paquet, Pecolat, Vaudo, Fernex, Boulo, Lestelley, Grueti, Prepositi, Lyonardi.

(*Hospitalerius.*) — Dominus Petrus Guilliardi, mandamenti Serrate, Lugdunensis dyocesis, admittitur in rectorem hospitalis pestifferi sub stipendiis assuetis, oneribus et honoribus; qui solitum prestitit iuramentum etc.

(*A. Pecolat.*) — Solvat thesaurarius Anthonio Pecolat, videlicet decem ff., qui fuit destinatus ad r. d. Lausanensem pro prolongacione gabelle salis obtinenda, tam pro scriptura licterarum quam expensis et locagio equorum.

Visitatoribus piscium detur v. ff. unicuique annis singulis.

Ludere debentibus ystoriā detur burgensis unus, causis in supplicacione per eosdem porrecta actentis.

Solvat thesaurarius cuidam fornerio pro fassinis xvij g., et Guilliermo Banosii, videlicet ij ff. parvi ponderis.

Veneris xxj^a februarii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, P. Fernex,

Nanto, Roget, Peyrolerii, Prepositi, Bueti, A. Gule, Paquet, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Boulo, Lestelley, Grueti.

(*Vandelli.*) — De edificio per Vandelli fiendo, stetur conclusioni novissime facte.

Vigilibus Sancti Gervasii detur iiiij^{or} solidi pro burgensibus hoc anno creatis.

(*Moche.*) — Moche et sui complices piscariam in loco eis per n. syndicos limitato faciant seu fieri faciant.

Martis xxv^a februarii. — Sindici quatuor; — Gavid, P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Lestelley, Jo. Conches, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Boulo, Prepositi.

De detentis in castro Insule, loquantur nobiles sindici r. d. vicario.

(149) (*Hospitaleria.*) — Peroneta, relicta Petri Cotouz, admittitur in hospitaleriam hospitalis Domine Nostre Civitatis ad presentacionem domini Gervasii Lanternerii; que solitum prestitit iuramentum etc., cum clausulis opportunis.

Veneris (pen)ultima februarii. — iiiij^{or} sindici; — Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Boulo, A. Gule, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Borjali, Lestelley, Malliardi, castellanus.

(*Burgensis.*) — Bartholomeus filius quondam Mathei Peroneti, de Megeva, affanator, parrochie Sancti Germani, admittitur in burgensem pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Honestus vir Johannes Panpignie, filius Jacobi Panpignie, de Albona, parrochie Magdalenes, condurerius, burgensis pro viij ff.

(*De detentis.*) — De detentis in Insula, loquantur n. sindici r. d. Lausanensi, administratori illi. et r. d. Gebenn. episcopi et principis, cujus interest hanc materiam amplecti, et rescribatur parte consilii episcopalis et civitatis, et destinetur quis prudens cui sufficiant in dicendo pauca.

(*D. Lausanensis.*) — Detur prenomato r. d. Lausanensi due amphore malvatici et ypocrati et duo ollobostra dragie quamprimum suo in hospicio recipietur.

Tollantur edificia super communi constructa per quemdam serralionum retro Soquerii, hinc ad octo dies proximos.

Visitentur terralia de quibus conqueritur Amedeus Gule, et visitatis provideatur.

Iterum et denuo de edificio per Vandelli fiendo extitit sermo factus et conclusum prout in conclusionibus superius descriptis.

Martis iijta marcii. — Sindici quatuor; — G. Gavid, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, A. Lyonardi, Boulo, Grueti, Malliardi, Jo. Fernex, Lestelley, P. Versonnex, (Maludumo,) A. Gule.

De Ludovyco Montyonis, narrante que in consilio peregit, fuit conclusum quod dominus Bastide et Johannes de Pesmes solvant expensas in quibus fuere condemnati, si sit possibile.

Petro Vandelli, albergare volenti quandam terre peciam sitam in Areneriis, non fiat albergamentum.

Veneris viija [vija] marcii. — Sindici iijor; — Gavid, Nanto, Roget, Bueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Boulo, R. Nycolay, Lyonardi, Lestelley, A. Gule, Fernex, Grueti, Peyrolerii, Versonnex, Prepositi, Bignin castellanus.

Servientes vicedompnatus solita prestant juramenta, alias suis preventur officiis.

(150) Loquantur n. sindici r. d. Lausanensi de detentis in Insula, Vandelli et terralibus Sancti Gervasii, et destinetur quis ydoneus apud illu. et r. d. Gebenn. episcopum, cui quanta in capcione illorum de patria Vaudi emineant pericula explanare debeat, cum capcio in enervationem juridicionis fuerit facta et franchesiarum civitatis.

Si dominus Bastide et Johannes de Pesmes velint renunciare liti et cause vertenti in curia metropolitana, de expensis factis contra civitatis secretarium graciose tractentur.

Intrentur thesaurario xvij solidi librati Petro Bovardi, hospiti Sancti Gervasii, pro expensis in eadem sua domo factis post terralium visitacionem.

Martis xija [xja] marcii. — Sindici iijor; — G. Gavid, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Boulo, P. Versonnex, Vaudo, Lyonardi, Peyrolerii, Pecolat, Prepositi, Lestelley.

(D. L. Cielacti.) — Solvat thesaurarius d. Ludovyco Cielacti salarium camere domus existentis juxta pontem Rodani.

(Barbitonsor.) — Retineatur barbitonsor hospitalis sub salario viginti quatuor florenorum parvi ponderis pro anno singulo quamdiu benefecerit et nobilium sindicorum et consilii fuerit voluntatis. Et fiat satisfacio de mense in mensem. Et hoc ultra stipendia dari solita eidem tempore pestiffero.

Affigantur limites in terralibus, et, pro licteris habendis, accedant n. sindici ad consilium episcopale.

Tollatur edificium factum per Petrum Taconis super communi, officariis prius requisitis ad formam franchisesie. Quod et fecerunt nobiles sindici; requisierunt r. d. Amblardum, vicarium; et testimoniales, presentibus Michaele Lyonardi et Bocardi, vigilibus.

Veneris xva [xiva] marcii. — Sindici iijor; — s. d. Franciscus de Veyriaco, G. Gavid, Peyrolerii, Bueti, Paquet, Pecolat, Lestelley, Vaudo, A. Gule, G. Roget, Nanto, Prepositi, Versonnex, Grueti, Lyonardi, Boulo, Fernex, R. Nycolay.

(Vigilibus.) — Unicuique vigillum solvat thesaurarius xxx solidos et quatuor ex ipsis deinceps alternative servire debeant.

De hospitaleria, loquantur Johanni Nergaz hospitalerio, et, eo audito, provideatur.

Fiat querimonia domino Viriaci de castellano Bignin, qui non erubuit franchisesias civitatis infringere quas promisit servare illesas.

Nichil pro nunc barbitonsori hospitalis detur, qui recusavit servire precio sibi statuto.

Martis xvijta marcii. — Sindici iijor; — s. d. Fran. de Veyriaco, P. Versonnex, G. Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Grueti, Jo. Fernex, R. Nycolay, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Vaudo, Lestelley, Bueti, Prepositi, Boulo.

(151) De magistro scole, fuit conclusum quod sua exigat debita more solito.

De domino vicedompno, fuit conclusum quod reparet offensam per eundem factam contra civitatis franchisesias, ut in futurum constare possit.

De insultu facto in personas vigillum, fuit conclusum quod evocentur ad Jovis proximam pater et filii, quibus fiant condignas demonstrationes.

Custodiatur Johannes filius Flandrie, in Insula detentus, et de eo justicia ministretur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus Sancti Gervasii de somma v florenorum parvi ponderis.

Jovis Sancta xx^a marcii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Peyrolerii, Vaudo, Pecolat, Grueti, Boulo, R. Nycolay.

(*Vigil.*) — Johannes filius quondam Petri de Sancto Paulo, de Rusino, admittitur in vigillum civitatis sub stipendiis assuetis; qui juravit in forma.

(*Burgensis.*) — Et idem admittitur burgensis pro et mediantibus, videlicet viij ff.

Martis xxv^a marcii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Prepositi, Peyrolerii, Pecolat, Vaudo, Grueti, Nergaz, Boulo, Lestelley, Nanto, Roget, R. Nycolay.

Nobilis Johannes de Pesmes domum suam existentem supra pontem Rodani claudere debeat, cum sit morbo pestifero infecta.

Quia quidam carceratus in Insula die Pasche carceres evasit et aufugit, fuit conclusum quod n. sindici instare habeant erga r. d. vicarium ut Petrus de Furno, commentariensis Insule, detineatur.

De fratribus Domine Nostre Graciarum, fuit conclusum quod suo in esse remaneant nec presumant barras nemoris ante ecclesiam Domine Nostre affigere.

Veneris xxvii^a marcii. — Sindici quatuor; — Gavid, P. Versonnex, Nanto, Peyrolerii, R. Nycolay, Roget, Grueti, Paquet, Vaudo, Boulo, Fernex, Nergaz.

Evocentur macellarii ad Martis proximam.

In qualibet parrochiali ecclesia civitatis presbiter unus deputetur pro sacramentis infectis ministrandis, et fiat provisio in episcopali consilio.

De valore et costu aurologii de quo sermo extitit factus, sumantur informaciones.

Refficiatur pons Rodani sumptibus illu. et r. d. episcopi, et erga r. d. vicarium n. sindici crebras facere debeant instancias.

(152) *Martis prima aprilis.* — Sindici quatuor; — G. Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Pecolat, Boulo, Nergaz, Vaudo, Lestelley, Versonnex, Paquet.

In differencia existente inter dominum Johannem Montagnerii et Collognier ad causam cujusdam orti, nobiles sindici pronunciaverunt, actento tenore franchisesie que canit neminem sua possessione privari debere jure incognito, actenta eciam relacione per Johannem Magnini et Johannem de Semina facta, quod dictus Montagnie et hii a quibus causam habet possideant modo per eosdem possesso, et voluntate dicti Collognier et Johannis de Archa in eodem ortho affigantur limites per eo[s]dem de Semina et Magnini. Quam pronunciacionem acceptaverunt partes etc.; et testimoniales.

(*De bulla aurea.*) — Quia nobilis Petrus de Orseriis suum die crastina apud Chamberiacum arripit iter, promictendi potestas impartitur scutos quinquaginta auri domino de Azelio pro bulla aurea deperdita invenienda.

Macellarii ad Veneris remittuntur. Et Glaudio Megoz, de Chamberiaco, servitori Naty, qui farcimentum in ovibus posuit, prohibetur ne macellarie officium exercere presumat. Et pugniatur ad formam franchise.

De puero cujus pater patriam absentavit, fuit conclusum quod nutrice singulo mense super olobostro Omnium Animarum detur solidi sex, pietatis inthuitu.

De detenta in Insula justicia ministretur, que est omnium virtutum preclarissima.

Veneris iii^a aprilis. — Sindici: Levrierii, Maludumo; — P. Versonnex, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, (Maludumo,) Pecolat, Nanto, Boulo, Fernex, Nergaz, Vaudo, Lestelley, Gavid.

(*Sex solidi.*) — De pecuniis in bursa existentibus fuere librati solidi sex nutrice illius pueri vulgo quesiti.

Messiliarii deputandi sua super bampnis percipere debeant stipendia.

Bastardus Bothollierii, minas egregio Guigoni Prepositi inferenti, sine armis per civitatem incedere debeat sub penis eidem declarandis.

De blado quod nunc nonnullarum personarum occasione carius venditur, fuit conclusum quod tales caristiam in prejudicium reipublice imponere satagentes pugniantur ad formam cridarum etc.

Ad Veneris proximam macellarii remictuntur, quo interim solito more carnes vendere debeant.

(*P. Joly.*) — Petrus Joly, apothecarius, et Ludovycus Durandi promiserunt stare ordinationi nobilium sindicorum, sub pena duorum florenorum parvi ponderis.

Martis viija aprilis. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Borjali, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Nergaz, P. Versonnex.

De blado venali, antequam aliqua fiat provisio, loquantur n. sindici d. vicario.

(153) (*Levrerii.*) — Fuere librati egregio Petro Levrerii tres solidi, per ipsum librati nutrici [pueri] per Johannem Nycodi, ut fertur, geniti.

Et eidem nutrici, librati de mandato nobilium sindicorum, videlicet octo solidi.

(*Pecolat et R. Nycolay.*) — Roletus Nycolay et Anthonius Pecolat fuere deputati pro granorum visitacione, sub stipendiis declarandis; qui juraverunt in forma etc.

Veneris xija aprilis. — Sindici quatuor; — Dominus vicedompnus Gactz, dominus de Bignino, Gavid, Roget, Versonnex, Pecolat, Grueti, Jo. Fernex, Prepositi, Bueti, Peyrolerii, Nergaz, Vaudo, Borjali, Nanto, R. Nycolay.

Visitentur orrea et apperiantur, et in quibus grana consistunt claudantur, nemini expedienda sine n. sindicorum licencia.

(*De Muro.*) — De Muro petente relaxari bladum suum, fuit conclusum quod non relaxetur nisi pro ejus familia et provisione duntaxat; residuum vero precio competenti vendatur emere volentibus; et aliis, pro reipublice bono, fiat similiter.

Visis licteris missiva et patentibus per illu. dominum ducem concessis,

fuit conclusum quod rescribatur responsio magistro hospicii Guvillie et relaxetur bladum sequestratum.

(*Privacio.*) — Ille patisserius, gesta per nobiles syndicos approbando, privetur per unum annum integrum.

Martis xv^a aprilis. — Sindici quatuor; — Gavid, P. Versonnex, Nanto, Peyrolerii, Grueti, Vaudo, Prepositi, Fernex, Borjali, A. Gule, Roget, R. Nycolay, Nergaz, Bueti, castellanus.

Detentus qui carceres Insule auffugit petatur magnifico vicedompno, et instetur contra eum justicia mediante.

(*Vigilibus.*) — De laboribus per vigilles susceptis, eisdem condigna fiat satisfacio discretionem n. sindicorum.

(*Macellarii.*) — Fiat crida de macellariis recusantibus servire modo per n. syndicos declarato.

Veneris xvij^a aprilis. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Borjali, Lestelley, Lyonardi, Grueti, Versonnex, Prepositi.

(*Leprosa.*) — Neptis Colini Chicandi in maladeria Carrogii recipitur que, proph dolor, lazara effecta est.

De artillieria vocata *aquebuc* fuit conclusum quod commictatur duobus expertis, et si precio competenti velit vendere, ematur, facta prius per expertos experientia.

Evocentur confratres seu priores confratriarum ad Martis proximam.

(*Destrata.*) — Fiat mandatum Francisco Destrata, olim vigilli, de somma xvij solidorum cum dimidio.

(*Jo. Nycodi.*) — Pro alimentacione pueri Johannis Nycodi librati fuere duo solidi cum dimidio.

(154) *Martis xxija aprilis.* — Sindici quatuor; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Borjali, Lestelley, A. Gule, Prepositi, R. Nycolay, Bueti.

Cridentur terralia ludi baliste et plus offerenti expediantur solito more.

(*Ro. Nycolay.*) — Visis licteris dominicalibus super policia bladi concessis, fuit conclusum quod destinetur Roletus Nycolay ad patriam

Vaudi pro exequuione earundem fienda, cum lictera missiva destinanda domino gubernatori patrie ¹.

(*Planchans; thesaurarius.*) — Solvat thesaurarius Planchans, qui hominem peste mortuum sepellivit, videlicet duos florenos parvi ponderis.

Leodegarius de Nanto et Glaudius Theobaldi promiserunt stare ordinationi consilii super eorum diferencia.

P. Rosset, L. Dubiez, A. Comitit, G. Comitit, G. Chambet, P. Pastorit, L. Durandi, Jo. Gerdillis, Ja. Comitit, Jo. Belleceffz, Jo. de Lyone, G. Regis, G. Barme, Jo. Gerdilli, P. Colleti, P. Jacobi, M. Sermeti, Ja. Sermodi, relicta Curti, H. Volant, Jo. Dubiez, M. Regis, Jo. Veluti, Jo. de Gerdilli alias Cotaz, A. Danellet.

(*Macellarii.*) — Macellarii suprascripti juraverunt toto anno durante civitati servire sub pactis et condicionibus anno preterito declaratis, et vendere libram muthonis vij d. et bovis tres fortes, sub pena privacionis macellarie officii et perdicionis carniū.

Expinguerio restituatur rasperia fracta.

(*Confratrie.*) — Confratrie fieri solite in civitate, causante granorum penuria, remictantur post preysiam.

Veneris xxv aprilis. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Vaudo, Fernex, Bueti, Lestelley, Prepositi, Nergaz, Versonnex, Lyonardi, Peyrolerii, A. Gule, Pecolat.

(*Johannes Nycodi.*) — Johannes Nycodi contentus est accipere puerum et solvere expensas occasione alimenti factas et fiendas, prout ejus medio juramento ea facere promisit.

(*Patisserio.*) — Pietatis inthuitu, indulgetur patisserio cui fuit interdictum patisserie officium, cum comminatione quod, si redeat ad vomitum, privabitur perpetue.

(*Planchans.*) — Detur cuidam appellato Planchans florenus unus, pro visitacione cujusdam corporilis deffuncti.

(*Du Reth.*) — Solvat thesaurarius Johanni du Reth unum testonum, pro licteris ad causam hominis qui carceres Insule auffugit confectis.

(*Crida.*) — De pane, monetis et carreriis immondis, fiat crida.

¹ Défense par le duc Charles d'accaparer du blé et ordre à ceux qui en ont de le vendre au marché, Annecy 16 avril 1505, Arch. de Genève, P. H., n° 835.

Admodiatio.

(*Admodiatio furni.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, prenominati nobiles sindici admodiaverunt Petro Maniglerii, presenti etc., videlicet furnum civitati pertinentem cum pertinentiis ejusdem, per spacium trium annorum die quindecima proximi mensis maii incohandum et simili die finiendorum annis prius revolutis, sub firma cujuslibet anni viginti florenorum parvi ponderis et cc fassarum nemoris, solvendorum terminis solitis etc.; cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis ad hec neccessariis etc.

(*Absolucio.*) — Loquantur nobiles sindici consilio episcopali ut omnes excommunicati, presertim tempore processionum, absolvantur, ut, precibus nostris intervenientibus, iram Dei placare possimus et pestis dira, quam pro peccatis nostris patimur, stet procul a nobis.

(155) *Martis xxix^a aprilis.* — Sindici quatuor; — G. Gavid, P. Versonnex, Nanto, Roget, Grueti, Pecolat, Vaudo, Nergaz, Lestelley, A. Gule, Fernex, Prepositi.

Jacobo Paqueti, procuratori Omnium Animarum, adjungatur Petrus Lambert, ut agibilia rectius gubernentur.

Custodiantur quatercentum floreni per thesaurarium civitatis librati consindico Maludumo et n. Guillierno Rogeti, quousque aliud fuerit ordinatum.

(*Admodiatio.*) — Ibidem nobiles sindici admodiaverunt platheas communes Petro Rosetaz, presenti etc., per unum annum integrum die finite admodiacionis incohandum etc., precio decem ff. parvi ponderis, solvendorum terminis solitis etc., cum et sub promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus quibus supra etc.

Veneris secunda maii. — Sindici quatuor; — Gavid, P. Versonnex, Nanto, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Borjali, A. Gule, Lestelley, Prepositi, Grueti, Roget; Bueti.

(*Burgensis.*) — Egregius Petrus Anthonii, notarius, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus x ff., de Nantuaco.

(*Curti.*) — Guilliermus Curti, dyamanterius, deputatur pro administratione pauperum morbo pestifero infectorum, eciam expulsionem tru-

tanorum, sub stipendiis trium florenorum parvi ponderis pro quolibet mense etc.; qui juravit in forma etc.

Philibertus Pillosii rex balistariorum, et capitaneus Guiliermus Curti.

Johannes Covaz rex archerriorum seu architenencium, et capitaneus Philibertus Bertellerii.

(*Designerius.*) — Michael Rogemont, designerius Corraterie; qui juravit in forma etc.

Petrus Rosaz, designerius loco de Mantillion.

Reymondus Thorens, designerius Rutisserie.

Johannes Rosetaz, designerius carrerie Civitatis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Mantillion de somma xvij ff. iij g. vj d., pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Aymoni Bessonnet de somma viij ff. ij g. vj d., pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum.*) — Mandatum fiat magistro Jacobo de Bosco de somma xxxvij ff. v g. vj d., pro causis in rotulo etc.

Martis vja maii. — Sindici quatuor; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Lestelley, Lyonardi, Bueti.

(*Festi.*) — Sumantur informaciones contra Ludovycum Festi, de verbis per ipsum prolatis.

(*Maludumo.*) — Destinetur Maludumo ad illu. dominum ducem, pro piagio Nyviduni et excessibus in civitate perpetratis, cum lictera credencie et instructionibus.

(*Vigilles.*) — Deputantur duo vigilles pro pestifferorum visitacione.

(*Relacio.*) — Reffert magister Nycolaus visitasse neptem Colini Chiacandi, quam comperit esse leprosam et morbo lepre infectam, et ita suo juramento reffert.

(156) *Veneris ixa maii.* — Sindici: Levrierii, Orsieres; — Gavid, Nanto, R. Nycolay, Pecolat, Grueti, Nergaz, Borjali, Vaudo, Bueti, Lestelley, Lyonardi.

Dati fuere servienti Lebretz et Johanni Martini tres solidi, pro assignacione testium contra Festi examinatorum.

Item, pro alimentacione cujusdam pueri, videlicet vj solidi.

(*Bladum.*) — Vendatur bladum civitatis precio competenti, et de duobus solidis minori precio quam alia grana.

Martis xiija maii. — Sindici: Levrierii, Orsieres, Maludumo; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lestelley, A. Gule, Grueti.

Die xja maii, in domo egregii Petri Levrierii, consindici, fuere deputati xiiij vigilles pro pestifferorum visitacione, sub stipendiis novem florenorum pro quolibet mense.

Rosetaz et Bandiere et omnes rebelles jussibus et mandatis n. sindicorum obtemperare recusantes priventur borgesia et a civitate expellantur per tres menses etc.

De piscaria et licteris inhibitoriis, loquantur n. sindici d. vicario, et super hiis talis fiat provisio quod juridicio illu. et r. d. episcopi illesa remaneat¹.

(*De Azellio.*) — De domino de Azellio, fuit conclusum quod eidem detur due amphore malvatici.

Veneris xvij [xvj] maii. — Sindici quatuor; — Gavid, Roget, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Pecolat, Fernex, Nanto, Lestelley, Vaudo, Bueti, Versonnex, Nergaz, Lyonardi.

(*De pauperibus infectis.*) — De pauperibus infectis fuit conclusum quod locus proporcionatus reperiatur et nutriantur sumptibus civitatis.

De thesaurario qui gravi infirmitate detinetur, fuit conclusum quod n. sindici accedere debeant ad eundem, exortando ut computum reddere velit; qui si recuset, papyrus receptarum et libratarum in loco tuto reponatur, ne civitas jacturam cogatur subire.

Cancellentur bastube et fiant cride de coreis solito more.

Assignentur macellarii tam in domo episcopali quam in castro Insule, et pugnantur ad formam promissionis per eosdem facte.

De introgio salis sermone facto, fuit conclusum quod instetur erga dominum de Bosco ad habendum signaturam, et, habita, sollicitetur negocium, sic quod res ipsa suum sorciatur effectum.

Solvant vigilles xiiij grossos pro expensis per eosdem factis, nec quicquam solvat civitas.

¹ Voir Arch. de Genève, P. H., n° 838.

(157) *Martis xxja [xxa] maii.* — Sindici: Orsieres, Maludumo et Burdignino. — In conventu Rippe consilium extitit celebratum in quo subscripti interfuerunt: Gavid, Pecolat, Vaudo, Nergaz, Peyrolerii, Bueti, Paquet, R. Nycolay, A. Gule, Grueti, Lestelley, Fernex, Roget, Nanto.

Ordinacione consilii, Ro. Nycolay et Pecolat, exactoribus gabelle salis, fiat satisfacio.

(*Vicedompnus.*) — Compella(n)tur vicedompnus juris via ad restituendum detentos quos abire permisit.

Cancellentur excubie, ne sub spe boni oriantur scandalla.

(*Maludumo.*) — Custodiantur pecunie quas habet Maludumo et confiteatur habuisse cum caucione opportuna.

Veneris xxiiia maii. — Sindici quatuor; — Gavid, Lyonardi, Peyrolerii, Pecolat, Roget, Nergaz, Fernex, Vaudo, Grueti, R. Nycolay, Nanto, Lestelley, Bueti, Paquet.

De novo fiat supplicacio ad causam gabelle salis et hospitalis, et detur Petro Foissie pro expedicione fienda, quia periculum est in mora.

Destinetur Monathon apud Annessiacum cum licteris juridicionis ad obtinendum confirmacionem; cui detur iij ff.

Die Martis xxvja [xxvija] maii. — Sindici quatuor; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Lestelley.

Vinum Choutagnie suo maneat in esse.

Loquantur n. sindici Theotonicis bladum vendentibus ut precio competenti emere volentibus vendere dignentur, ut oppressis succurratur quibus compaciendum est.

Solvantur Glaudio Troc, patisserio, v tractus baliste.

(*Lestelley.*) — Nobilis Ludovicus Lestelley fuit, majorem insequendo oppinionem, in thesaurarium electus, et ad Veneris solitum prestat juramentum. Quo interim, statuta seu capitula comperiantur.

Veneris penultima maii. — Sindici: Levrierii, Maludumo et Burdignino; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, Lestelley, Prepositi, Lyonardi.

Detur egregio Petro Monathonis, pro expensis, pena et laboribus sumptis Annessiaci in prosequuone et sollicitacione licterarum in enervacionem juridicionis confectarum, videlicet decem floreni parvi ponderis, inclusis tribus jam libratis.

(158) Solvat dominus Coudree gabellam vini, nec ab eadem eximatur, ne trahatur in consequenciam.

(*Thesaurarius, n. Ludovicus Lestelley.*) — Quia, ob mortem nobilis Johannis Turci, ultimi receptoris emolumentorum civitatis, — qui morti, proph dolor, fuit coactus die vigesima tertia hujus mensis solvere tributum, — de alio, ne civitatis jura pereant, providere phas est, informati primum de industria et virtutibus nobilis Ludovici de Lestelley quibus profecto insignitus est, eundem in receptorem et thesaurarium admittimus, hinc et per tres annos hodie inchoandos et simili die finiendos annis prius revolutis, et ulterius dum benefecerit etc., cum honore et onere assuetis etc.; et sub pactis inferius descriptis: primo, quod ipse thesaurarius teneatur et debeat de anno in annum bonum computum in manibus auditorum deputatorum seu deputandorum reddere, et in fine ultimi anni dictorum trium annorum de omnibus exactis, libratis et receptis occasione dicti sui officii reddere teneatur, cum reliquorum restitutione plenaria; et de erreragiis facere exactissimam diligenciam juris via, de qua si non constet, suis super humeris imponantur et solvere teneatur omni semota opposicione; item, de mense in mensem, rotulum librarum, exclusis mandatis de libretis per civitatis secretarium signatis, que librate in consilio et in tunc astancium presencia legi debeant; quo suo super rotulo fiat mandatum de intratis eidem. Et caucionem super hiis prestare teneatur hinc ad Martis proximam. Qui nobilis Ludovicus solitum prestat juramentum cum aliis promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus quibus supra.

Montyon.

Martis 3a jugnii. — Sindici quatuor; — Gavid, Peyrolerii, Bueti, Grueti, Paquet, Vaudo, Versonnex, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Roget, Fernex, Prepositi, (Vaudo).

Intrentur thesaurario quatuor solidi dati hospitali Sancti Bernardi.

(*Caucio.*) — Ibidem, nobilis Ludovicus de Lestelley, promissioni

sue obtemperare volens, super in constitutione sui officii thesaurarie exaratis, cavet per nobilem Petrum de Orseriis, ibidem presentem. Qui nobilis Petrus, fidejussor et principalis insolidum, promisit, ejus medio juramento et sub ypotheca et obligacione bonorum suorum mobilium et immobilium etc., promissa per dictum n. Ludovicum Lestelley adimplere etc.; cum et sub promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis. Renunciavit presertim juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc.; et ipse Ludovicus eundem servare indempnem etc.; presentibus quibus supra etc.

(*Edictum.*) — Quia hactenus receptores emolumentorum civitatis Gebenn. fuere creati nulla fidejussione per eosdem prestita, re ex qua civitas passa est detrimentum, fuit hocideo, nemine discrepante, graviora ne succedant, absolute conclusum quod nullus in receptorem admittatur nisi cautionem prestet ydoneam. Et hoc edictum inconcusse observetur a modo in antea, civitatis pro comodo.

(*Confessio.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, nobilis Ludovicus de Lestelley, receptor modernus, confitetur habuisse et recepisse a nobilibus Guillermo Rogeti et Peytrimando de Maludumo, presentibus, videlicet tercentum et triginta tres florenos parvi ponderis, unum grossum et sex den. de pecuniis per quondam nobilem Johannem Turci, receptorem dictorum emolumentorum, in pluribus argenti peciis prenominatis Roget et Maludumo de mandato nobilium sindicorum et tocus consilii traditis et exbursatis, ascendentibus ad summam quatercentum et unum ff. duos grossos et decem den. Super quibus, carculo per prenominatos Roget et Maludumo debite facto, et ipsis peciis prius ponderatis, civitas perdidit sexaginta tres florenos, unum grossum et sex den. Et, de quibus tercentum triginta tribus florenis eosdem et quemlibet ipsorum quictat, cum renunciacionibus et clausulis opportunis etc.

Sequestrentur fructus pendentes in rebus de feudo civitatis moventibus, quousque recognoverint.

Anthonus Pecolat et Ludovicus Lestelley adjunguntur cum Grueti, causante infirmitate qua detinetur Roletus Nycolay, audituri computa priorum confratriarum civitatis.

(159) *Veneris vja jugnii.* — Sindici quatuor; — Gavid, R. Nycolay,

Bueti, Grueti, Paquet, Pecolat, Fernex, Nergaz, A. Gule, Roget, Versonnex, Lyonardi, Vaudo, Nanto.

(*Vaudo.*) — Pietatis intuitu, honorabili Girardo de Vaudo detur bichetus frumenti.

(*R. Nycolay.*) — Viso rotulo per honorabilem Roletum Nycolay exhibito, fuit conclusum quod fiat eidem mandatum de somma novem florenorum parvi ponderis.

(*Monathon.*) — Quia lictere dominicales per Monathon impetrare ad causam juridicionis illu. et reverendissimi domini nostri Gebenn. episcopi et principis pocius redundare videntur, actento earundem licterarum tenore, in prejudicium dicte juridicionis quam in comodum, et illis obtemperare civitati posset in dies obesse, fuit conclusum quod discussiatur materia in consilio episcopali pro juridicione manutenenda, et, discussa, dicto Monathon, qui sue commissionis limites excedere non erubuit, fiat responsio talis qualis fuerit per consilium ordinata.

(*Jo. Turci.*) — Intrentur thesaurario n. Johanni Turci quondam, videlicet quinquaginta quinque floreni, septem grossi et sex denarii, qui sibi debentur pro causis in rotulo.

Martis xa jugnii. — Sindici : Orsieres, Maludumo, Burdignino; — Gavid, Versonnex, Paquet, Vaudo, Fernex, Grueti, Pecolat, A. Gule, Roget, Nergaz, R. Nycolay, Prepositi, Lyonardi, Bueti.

(*Mandatum.*) — Retinentur vigilles adhuc per unum mensem sub stipendiis assuetis, et fiat mandatum pro uno mense proxime lapso.

De secretario Monathon, fuit conclusum quod eidem restituantur lictere, et, de modo restituendi, loquantur n. sindici domino Goyeti.

Conficiatur inventarium de rebus quondam Johannis Turci, in cujus confectione intersit Johannes Nergaz pro juribus civitatis.

Puer vulgo quesitus nutriatur per Paquet, procuratorem Omnium Animarum.

Testimoniales.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto et die decima mensis jugnii, reverendo domino Amblardo Goyeti, vicario generali sedis episcopalis Gebenn., necnon s. d. Philiberto de Bona et Roberto Conodi, utriusque juris doctoribus, in episcopali consilio die suprascripta celebrato existentibus, supervenerunt nobiles Petrus Levrerii, Peytrimandus

de Maludumo et Hugoninus de Burdignino, consindici et procuratores civitatis Gebenn., qui exhibuerunt et presentarunt quasdam supplicationem et licteras dominicales, per egregium ducalem Sabaudie secretarium Trolliet signatas debiteque sigillatas, datas Annessiaci vigesima octava maii proxime decursi; dicentes et proponentes quod, cum hiis diebus non longe effluxis, ducalis celsitudo licteras in enervacionem jurisdictionis ecclesiastice Gebenn. decreverit, prout per copiam illarum quam exhibuerunt constare dignoscitur, fueritque paulo post illustrissimo d. duci supplicatio porrecta, instante egregio procuratore fiscali illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis (Gebenn.), et egregio Monathon, secretario officialatus, datum in mandatis ut super eadem supplicatione decentem obtineret provisionem, qua mediante licteras ad supplicationem egregii procuratoris fiscali Chablasii obtentas, jurisdictionem ecclesiasticam profecto enervantes et ipsi prejudicantes, revocare et annullare, justitia et equitate suadentibus, ducalis celsitudo dignetur. Qui Monathon, provisionis super eadem supplicatione per Levrierii, consindicum, facta obtinende gracia, suum apud Annessiacum, ubi tunc ducalis celsitudo adderat, arripuit iter; et, nimia presumptione et audacia elatus, haud sue commissionis inmemor et supplicatione spreta, procul dubio, licteras predesignatas modo quo jacent obtinuit. Et, quia lictere ipse per dictum Monathon impetrata in detrimentum tocus jurisdictionis redundare censentur, actento earundem tenore, et illis se juvare civitati imposterum obesse posset, memorati nobiles sindici, tocus universitatis nomine, suorum cordium archana declarantes dixerunt et prenominati domino vicario et consulibus notificaverunt licteras predictas per Monathon impetratas, quantum eosdem concernit et concernere potest, gratas et ratas habere nolle, nec illis quovis pacto se juvare, cum ipsis et consulibus civitatis insciis fuere per dictum Monathon, qui sue commissionis methas excedere non erubuit, obtente; protestatique fuere quod hujusmodi licteris se juvare nolunt, ut iudicio illesa remaneat. De quibus premissis superius exaratis, per me subsignatum fieri postularunt licteras testimoniales, quas duxi concedendas et concessi, presentibus n. Guilliermo Rogeti et Anthonio Pecolat, testibus etc.

Montyon.

(160) *Veneris xiiij^a jugnii.* — Sindici : Orsieres, Maludumo, Burdi-

gnino; — Gavid, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Pecolat, R. Nycolay, Vaudo, A. Gule, Fernex, Nanto, Nergaz, Prepositi, Lyonardi.

(*Foissie.*) — Loquantur nobiles sindici nobili Petro Foissie ut de bullis per ipsum impetratis facere de exbursatis per eum rotulum velit, laboribus in eodem rotulo sumptis inclusis, ut, viso, condigna fiat satisfacio.

Pro inhumacione cujusdam parvi pueri dati fuerunt solidi vj.

Pro copiis factis per secretarium de supplicatione et licteris jurisdictionis per Monathon impetratis, dati videlicet iij grossi.

Jaquemetes relicte Johannis de Albens, pro alimentacione cujusdam pueri, pietatis inthuitu, dati solidi xij.

(*Mandatum.*) — Fiat rotulum Jacobo de Bosco ob mortem Johannis Turci, receptoris, pro causis in rotulo etc.

Martis xvija jugnii. — Sindici : Orsieres, Maludumo, Burdignino; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, Prepositi, Paquet.

Visitetur plathea Fusterie, et, visitata, fusta extensa in eadem tollatur.

De Monathon, secretario, qui licteras in enervacionem jurisdictionis ecclesiastice obtinuit, fuit conclusum quod de eodem fiat querimonia in consilio episcopali et rescribatur domino de Fossactz, consilio r. d. Amblardi Goyeti.

(*N. P. Foysse.*) — Pro bulla ad causam gabelle salis confecta, solvantur n. Petro Foysse septuaginta scuti, ad rationem pro quolibet scuto xxxviiij g., et pro ejus pena et labore, sex eciam, quia civitati in arduis servire potest¹.

Veneris xx^a jugnii. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Lyonardi, A. Gule, Vaudo, Versonnex, Prepositi.

(*Vigilibus.*) — Vigilibus xiiij detur solidi triginta pro stipendiis festi sancti Johannis Baptiste proxime fluxi.

(*De introgio salis.*) — De introgio salis, postquam bulla expedita est et effectum sortita, evocentur Quinquaginta ad Martis et contenta in

¹ Bulle du pape Jules II autorisant un impôt de deux quarts de gros sur chaque sac de sel, du 6 mai 1505; Arch. de Genève, P. H., n° 836.

eadem communicentur, et deinde proclametur et plus offerenti expediatur.

Rescribatur domino de Fossatz et fiat de Monathon querimonia in consilio episcopali et in capitulo.

Pauperes non habentes unde vivere peste infecti nutriantur civitatis sumptibus.

Martis xxiii^a jurnii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Gavid, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Fernex, Lyonardi, Pecolat, Jo. Nergaz, A. Gule, (161) s. d. Fran. de Vyriaco, Vaudo, Nanto, Grueti; — N. Mahuet, H. pictor, de Fonte, Lestelley, Balliet, M. Chaudiot, P. Biolley, Fusserii, Nemore, Pichon, P. Jo. Bruni, Ly. Boitet, Jo. Lullini, Coppet, G. Velluti, N. Gentilis, Colinet, P. Pocterelli, F. Morens.

In quorum supra presencia, exposuerunt n. sindici, organo n. consindici Petri Levrerii, habuisse a paucis diebus citra bullas apostolicas quarum vigore n. sindici et in eodem officio successores habent potestatem exigendi introgium salis marini et salsagonorum, prout in licteris apostolicis plenius continetur. Sola nunc facti expedicio superest ut ipsum introgium proclametur aut ad conscienciam exigatur. Et, vocibus per supranominatos emissis, fuit conclusum quod proclametur et plus offerenti expediatur.

Visitetur pavementum factum per pavisserium et inde fiat relacio, ut audita provideatur.

Detur d. Madina, pro pena in computis sumpta per eum, floreni duo parvi ponderis.

Magister Paulus efficiatur burgensis gratis, dummodo suam exercent artem.

(Statutum.) — Statuitur, de omnium supranominatorum voluntate, quod si quis ex consulibus consilio durante absentet consilium, nisi justa et rationabilis causa subsit, suo privetur grosso, ut civitatis agibilia et respublica rectius decenciusque regatur.

(De fimis.) — De fimis servetur franchisesia, et efficiatur clavarius egregius Humbertus Grueti, pro penis spretis exigendis, quarum medietas pro primo anno eidem pertineat.

Veneris xxvija jurnii. — Sindici quatuor; — s. d. Fran., Gavid, Ver-

sonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz.

(D. Coudree.) — De domino Coudree, cujus inquillini recusant solvere gabellam vini sua in domo venditi, conclusum extitit quod inquillinis vadia levata per olim gabelle vini exactores non restituantur, nisi prius de dicta gabella condigna fiat satisfacio, ne in futurum civitati obesse possit et trahatur in consequenciam.

Anthonius Rogoz, pietatis inthuitu, detur florenus unus.

(M. Paulus.) — Magister Paulus, conclusione de eodem facta non obstante, admictatur in burgensem gratis.

Martis prima jullii. — Sindici: Levrerii, Orsieres, Burdignino; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, R. Nycolay, Prepositi, Grueti, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Vaudo, Nergaz, (Roget).

Intrentur ducentum facine fornerio civitatis aut eidem solvantur.

De Fusteria serventur cride, et, injunctionis termino lapso, fustam ad hospitale vehi faciant.

(162) *(De Monathon.)* — Quia egregius Monathon, in quorum supra presencia, confessus est se juvasse licteris dominicalibus de quibus supra habetur mencio, nobiles sindici, tocius communitatis nomine, dixerunt ea fuisse facta ipsis insciis, cum nusquam eorum fuerit voluntatis dictas licteras acceptare velle pro communitate, neque pro particularibus personis. Et, actenta confessione per eundem facta, protestati sunt contra eundem de dampnis, injuria et interesse etc. Et testimoniales que decernuntur.

Admodiacio introgii salis.

Anno Domini m^o quingentesimo quinto, indicione octava et die prima mensis jullii, factis debitis proclamacionibus per Ludovicum Papriau, preconem civitatis, nobiles Petrus Levrerii, Petrus de Orseriis et Hugoninus de Burdignino, consindici civitatis Gebenn. et sindicario nomine, admodiaverunt Aymoni Chambet, Glaudio Lespa et Amedeo Magnaz, presentibus, cuilibet ipsorum insolidum, introgium salis marini et salsanorum, tanquam plus offerentibus, cum honore et onere assuetis et supportari solitis, eciam ad exigendum more solito, ad et per unum annum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto,

sub firma vjc et xl florenorum per eosdem firmarios et quemlibet ipsorum solvendorum in manibus receptoris moderni emolumentorum civitatis qui nunc est et qui pro tempore fuerit etc., solvendorum terciam partem hinc ad festum Omnium Sanctorum, et aliam terciam partem in carnisprevio tunc sequenti, et residuum in subsequenti festo beati Johannis, cum dampnis etc. Ad quorum supranominatorum firmariorum preces et requisicionem, se dat et constituit fidejussor insolidum providus vir Glaudius Vandelli, burgensis Gebenn., qui promisit in forma, et quem ipsi firmarii et quilibet ipsorum promictunt servare indemnem. Promictentes etc.; submictentes; renunciantes etc. et principales ut supra juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc. Acta Gebenn. in aula consilii, presentibus egregio Petro Monathon et Petro de Cresto, testibus ad premissa vocatis et rogatis etc.

Montyon.

Veneris iiiija jullii. — Sindici: Levrierii, Orsieres, Burdignino; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Malliardi, Bueti, Grueti, Gavid, (Malliardi).

(R. Nycolay et Pecolat.) — Roleto Nycolay et Anthonio Pecolat detur ipsis duobus, videlicet xl floreni, tam pro exactione gabelle quam pena et labore per eosdem habitis in visitacione bladi venalis.

(Pecolat.) — De Pecolat fuit conclusum quod hinc ad dies octo apportet quictanciam de pecuniis nobili P. Foissie debitis, et fidejubeat de somma mille xxxix florenorum decem solidorum et vij den. cum dimidio. Et teneatur solvere in festo Omnium Sanctorum ijc ff., et in nundenis Epiphanie centum, et de nundina in nundina centum usque ad complementum solucionis.

Mandatur auditoribus computorum civitatis quatenus detrahant Anthonio Pecolat viijc lxiiij ff. v solidos iiij d. de somma mille ixc lxxiiij ff. viij s. viij d. [cum] obolo.

Item ulterius de dicta somma, lxx ff. iiij g. ix d., pro causis in duobus rotulis descriptis.

(De domino presidente.) — Quia impresenciarum favore et auxilio domini presidentis Divone civitas indiget, fuit conclusum quod destinentur

apud Annessiacum, ubi nunc ducalis celsitudo residet, n. Petrus de Orseriis et Levrierii, pro revocatione licterarum in enervacionem jurisdictionis ecclesiastice obtinenda. Et detur dicto domino presidenti centum floreni parvi ponderis et non ultra, ut sua cives et burgenses utantur libertate.

Restat debens dictus Anthonius Pecolat, videlicet mille xlix ff. x g. vij d. cum dimidio.

(163) Martis viija jullii. — Sindici: Orsieres, Burdignino; — Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Paquet, Vaudo, Fernex, Bueti, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Malliard, Pecolat, Versonnex.

(De priore.) — Prior confratrie Heucaristie Christi, ob mortem viri honorabilis Petrimandi de Maludumo, qui sexta jullii hujus ab hac valle miserie decessit, inter confratres confratrie eligatur Jovis proxima. Et fuit electus honorabilis Amedeus Gule.¹

De vicariis civitatis qui nituntur ultra tenorem testamentorum defunctorum exigere, fuit conclusum quod servantur testamenta.

(De cappella.) — Muniatur capella de indumentis et aliis necessariis pro missarum celebracione, et depingatur.

(Mutacio sindici.) — Nobilis Petrus de Fernex, quia consindicus Maludumo decessit, fuit loco sui per supranominatos electus.

(Burgensis.) — Magister Petrus Paulus, artis medicine doctor, fuit burgensis gratis creatus.

Mercuri ixa jullii, fuit generale consilium in claustro Sancti Petri Gebennarum ad sonum grosse campane pro electione consindici loco Maludumo fienda celebratum, in quo interfuerunt subscripti. Sindici: Orsieres, Burdignini; — de consilio: Lyonardi, Fernex, Jo. Velluti, Paquet, Cartellier, Jo. Comitiss, Ludovicus Curteti, G. Genodi, G. Couvaz, Theobaldus Pingeti, Roget, Christinus Tombeti, Bueti, Ja. Nepotis, Collognier, A. Julliardi, Ja. Claret, G. Berthodi, Jo. Panissodi, Ludovicus Boverii, Ja. Sapientis, m. Franciscus barbitonsor, Cergaz, A. Beatrisii, Jo. Malliardi, Grueti, Tallichet, A. Hospitis, Jo. de Paris, Per. de Mara, Le Picard, Jo. Falquet, G. Rosaz, S. Bruneti alias de Villa, Pecolat, A. sallerius, A. Millanoys, Matheus excofferius.

¹ Cette dernière phrase, d'une autre encre.

N. Petrus de Fernex, civis Gebenn., vocibus per supranominatos et quemlibet ipsorum emissis, fuit creatus consindicus loco de Maludumo, qui, in exitu consilii generalis, solitum, ut moris est, prestitit juramentum.

Veneris xj jullii. — Sindici : Orsieres, Burdignini, Fernex ; — Gavid, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nicolay, Paquet, Versonnex, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Fernex, Grueti.

(Vigilibus.) — Fiat mandatum vigilibus de somma ix. ff. pro uno mense novissime lapso.

(164) Supersedeatur in generali dona pro anime remedio quondam honorabilis Peytrimandi de Maludumo fienda, quousque aliud fuerit ordinatum.

De erragiis, fuit conclusum quod exigantur per civitatis receptorem modernum.

Patisseriis pro hac vice indulgetur, qui si panem justo deinceps non faciant pondere, ad rationem bladi quod die Sabacti vendetur, priventur deficientes ad formam cridarum.

De leyda, loquantur n. sindici consilio episcopali ut deputent commissarium pro informacionibus sumendis quomodo nusquam fuit visum ante mortem Johannis de Lompnes leydam exigere nisi de caseis vendendis supra banchum.

Martis xva jullii. — Sindici quatuor ; — Gavid, Nanto, R. Nicolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Vaudo, Versonnex, Roget, Fernex, Malliardi, Peyrolerii, Bueti.

(Levrerii.) — Solvantur e. Petro Levrerii quinquaginta solidi pro pena quam habuit in prosecutione licterarum juridicionis.

(De pauperibus.) — Pauperes, si ollobostrum Omnium Animarum careat pecuniis, sumptibus civitatis nutriantur.

De Brune justicia ministretur, ut ceteris cedat in exemplum.

Veneris xviiia jullii. — Sindici quatuor ; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule.

Ad Dominicam proximam fiat de priore Heucaristie Christi electio, pro confratrie comodo.

(Mandatum.) — Fiat mandatum auditoribus computorum de somma eisdem debita, et claudantur in integrum.

De domo domini Camere, perscructetur de modo agendi, et, modo habito, provideatur.

De Fusteria fiant capitula ut hec materia terminetur.

Martis xxija jullii. — Sindici : Levrerii, Orsieres, Fernex ; — Gavid, P. Versonnex, Nanto, Roget, Peyrolerii, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Nergaz, A. Gule.

Visa lictera missiva per illu. d. duces transmissa, fuit conclusum quod accedant ad magistrum Johannem in lictera nominatum, audituri que parte illu. d. ducis explicare voluerit.

(165) *(Prior confratrie Christi.)* — Honorabilis Amedeus Gule, apothecarius et burgensis Gebenn., die vigesima hujus jullii, in conventu Fratrum Minorum hujus civitatis, de voluntate n. sindicorum et confratrum in rotulo nominatorum, fuit electus in priorem et procuratorem confratrie Heucaristie Christi, ob mortem honorabilis viri Peytrimandi de Maludunio, ultimi prioris ejusdem, hinc et per tres annos etc. Qui solitum prestitit juramentum et promisit bonum computum reddere cum reliquorum plenaria restitutione etc.

Confessio ad opus communitatis.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, et die vigesima secunda mensis jullii, in mis notarii et testium subnominatorum presencia etc., personaliter constitutus honorabilis vir Anthonius Pecolat, civis et mercator Gebenn., qui, gratis et sponte, pro se et suis etc., confitetur debere et legitime solvere teneri nobili Ludovyco de Lestelley, receptori emolumentorum civitatis, presenti et ad opus tocus communitatis stipulanti etc., videlicet mille et quadraginta duos florenos auri parvi ponderis, quatuor solidos et tres den. monete ; et hoc pro resta exactionis gabelle vini et salis, pro duobus annis novissime fluxis quibus extitit exactor cum honorabili Roletto Nycolay ; solvendos videlicet : hinc ad quindecim dies proximos, ducentum et quadraginta florenos et octo so-

lidos, et ducentum florenos in festo Omnium Sanctorum proxime futuro, et in nundenis Epiphanie sequentibus centum, et sic subsequenter de nundina in nundinam centum usque ad complementum solucionis, etc. Et, pro majori assequuracione, ad ipsius Anthonii preces et requisicionem, se dant et constituunt fidejussores et principales insolidum, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, videlicet honorabiles Baudichonus Barberii et Petrus Lullini, cives Gebenn. Qui principalis et fidejussores, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, promiserunt eorum mediantibus juramentis et sub ypotheca et expressa obligacione omnium bonorum etc. sommam suprascriptam terminis statutis in manibus receptoris solvere, cum et sub promissionibus, submissionibus, renunciacionibus, eciam quod possint compelli more debitorum fiscalium etc., et clausulis opportunis etc. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus Aymone Plenchans, Michaelie Lyonardi et Petro Chappuisii, vigilibus, testibus.

Montyon.

Veneris xxv^a jullii. — Sindici : Levrierii, Burdignino, Fernex ; — Gavid, Nanto, Pecolat, Roget, Bueti, Prepositi, Vaudo, Paquet, Lyonardi, Malliardi, A. Gule, Nergaz, Fernex, Peyrolerii.

Tradantur erragia ad exigendum civitatis pro commodo.

(Mandatum.) — Fiat mandatum auditoribus computorum de somma quindecim florenorum auri parvi ponderis, pro pena et labore per eosdem sumptis in computorum audicione, ultra stipendia dari solita.

(De adventu ducis.) — Pro adventu proximo illu. domini ducis Sabaudie, deputati fuere forrerii civitatis Dyamanterii et Tallichet sub stipendiis assuetis.

Non fiant ystorie in adventu dicti illustrissimi Sabaudie ducis, sed fiat eidem et illu. domine Glaudie donum graciosum, minori tamen incommodo; quod donum fiat ordinacione consilii ordinarii; et fiat ignis gaudii in locis solitis.

Liber leproserie fuit traditus e. P. Levrierii qui promisit reddere etc.

Paqueta existens in hospitali expellatur omni semota contradicione.

Die suprascripta, consilium fuit celebratum in quo fuere evocati quinquaginta electi et interfuerunt subnominati, in quorum presencia sermo factus extitit de rebus suprascriptis.

(166) Et primo, n. Nycodus Lestelley, de Fonte, Ja. Nepotis, H. Crucis Albe, H. pictor, Bessonet, P. Poterel, A. Coppet, P. Berthelarii, A. Millanoys, Grassie, Fusserii, Fontaneis, Ly. Boitet, Balliet, Perri. de Mara, Pensabini, G. Velluti, P. Pillosii, Ja. Basterii, H. Pichon, Mahuet, Bachodi, M. Chaudiot, Morelli, Christinus Tombeti, C. Colinet, P. Biolley, Ja. Royr, Donzelli.

Honorabilis Johannes Rosseti, burgensis Gebenn., fuit electus prior confratrie Sanctorum Luppi, Sigismondi et Simphoriani, qui solitum prestitit juramentum et fuit constitutus per triennium etc. Die xxviii jullii, Lune, presentibus Gavid, Roget, R. Nycolay, Fernex, Nergaz, A. Gule, Lyonardi, Paquet, Vaudo.

Martis xxix^a jullii. — Sindici quatuor; — Gavid, Versonnex, Nanto, Roget, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Fernex, Lyonardi, Nergaz.

Refficiatur plathea Molaris in locis necessariis et opportunis.

De Rotens qui conquestus est de Francisco Villaris, fuit conclusum quod nobiles sindici loquantur eidem.

De Paquet in domo episcopali detento, fuit conclusum quod servetur franchisesia.

(Mandatum.) — Fiat mandatum thesaurario ut exburset xxi florenos parvi ponderis Jo. Nergaz, hospitalerio Civitatis.

Veneris prima augusti. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Versonnex.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Roleto Nycolay de somma xxv grosorum, pro experientia facta de uno bicheto panis per ipsum empti¹.

(De Fogia.) — Fiat quictancia Francisco de Fogia de bonis mobilibus quondam Johannis Ducis, et recipiantur bona per civitatis thesaurarium.

Martis v^a augusti. — Sindici : Levrierii, Orsieres, Burdignino, Fer-

¹ En marge, d'une écriture plus récente : Valebat cupa frumenti isto calculo 1 sol.

nex; — Gavid, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Versonnex.

Solvat thesaurarius malvaticum datum domino Valis Ysirie.

(*De Paquet.*) — De Paquet sermone facto, fuit conclusum quod petat veniam de verbis injuriosis illatis in personam n. Petri de Fernex, et, venia petita, det in elemosinam xij coupertoria hospitali Civitatis. Qua conclusione facta, supervenit dictus Paquet qui veniam peciit prout conclusum est, et faciat ipse Paquet quod per Johannem Nergaz eidem declarabitur.

(167) *Veneris vij^a augusti.* — Sindici: Levrierii, Orsieres, Burdignini; — Gavid, Nanto, Roget, Bueti, Ro. Nycolay, Paquet, Malliardi, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule.

Camera existens in domo sita supra pontem Rodani honorabili Johanni Nergaz, hospitalerio Civitatis, tradatur.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat honorabili Anthonio Pecolat xlj (unum) solidos quos perdidit faciendo solucionem n. Petro Foissie ad causam gabelle salis seu introgii, actento juramento per eundem prestito.

(*Jo. Turci.*) — Antequam fiat discussio de bonis que fuerunt quondam n. Johannis Turci, n. sindici loqui debeant honorabili Michaeli Nergaz, tutori testamentario dicti Turci, si velit exbursare centum scutos ad solem, suum proprium debitum faciendo et solvere eandem sommam terminis statuendis, quod residuum, pietatis inthuitu et Dei amore, in elemosinam filiis dicti Turci largietur.

(*R. Nycolay.*) — Solvat thesaurarius R. Nycolay tres florenos parvi ponderis et tres solidos, pro una cupa frumenti cum dimidia quam emit pro experientia panis fienda ad causam patissieriorum.

Fiat exequacium, viso rotulo per Johanni Ballardii exhibito, de somma xxij ff. x gross. ij d. cum obolo.

De domo strenui militis domini Thorencii, fuit conclusum quod perscructetur de cujus feudo movetur et de precio si venalis exponatur.

De numero quinquaginta electorum, cancellentur Navis et Anthonius de Fonte.

Martis xij^a augusti. — Sindici quatuor; — Gavid, Bueti, Pecolat, Lyonardi, Paquet, Prepositi, Roget, Nanto, Jo. Nergaz.

De vigilibus Vulliet et Jo. Clerici fuit conclusum quod suis priventur officiis, actentis per eosdem forefactis et confessione per eosdem sponte facta, eciam informacionibus sumptis, et destituantur civitatis livria.

Confessio ad opus communitatis.

Anno Domini m^o quingentesimo quinto, indicione octava cum eodem anno sumpta, et die duodecima mensis augusti, in mis notarii et testium subnominatorum presencia, personaliter constitutus honorabilis Michael Nergaz, civis et burgensis Gebenn., qui, gratis et sponte, pro se et suis etc., debere confitetur nobili Ludovyco Lestelley, receptori emolumentorum civitatis Gebenn., presenti etc., videlicet sommam tercentum florenorum auri parvi ponderis, et hoc responsorio nomine quondam nobilis Johannis Turci, olim receptoris emolumentorum dicte civitatis, suum proprium pro dictis tercentum florenis debitum faciendo. Et hoc quictancia heredibus dicti quondam Johannis Turci de somma quatercentum florenorum et quadraginta trium ff., trium grossorum et duorum denariorum non obstante, per me subsignatum recepta et signata, sub anno, die et indicione superius proxime descriptis. Quibus heredibus per n. sindicos et consulares in consilio hodie celebrato existentes, actentis gratis serviciis per eundem Turci impensis, ipsorumque heredum penuria et pupillari etate in qua sunt constituti, ne eciam paterna hereditas discussiatur et bonis priventur paternis, contemplacione equidem dicti honorabilis Michaelis Nergaz, tutoris testamentarii dictorum heredum, dati fuere centum quadraginta tres floreni, tres solidi et duo denarii. (168) Et in quibus quatercentum florenis et quadraginta tribus [ff.] et tribus solidis et duobus denariis dictus quondam Turci civitati tenebatur, constante computo in manibus auditorum civitatis novissime reddito, omnibus per ipsum Turci libratibus et receptis debite ut decet calculatis. Et quosquidem tercentum florenos per dictum Nergaz ut premittitur confessatos, idem Michael, ejus medio juramento etc., subque expressa obligacione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum etc., promittit solvere terminis sequentibus: videlicet centum florenos hinc ad proximum festum Nati-

vitatis Domini nostri Jhesu Christi, et alios centum florenos in nundenis sequentibus Pasche, et alios centum florenos in subsequentibus nundenis augusti; renunciatis etc., omnibus juribus in majori forma intelligendo; submittens etc., cum clausulis opportunis. Actum Gebenn. in consilio ordinario die xij^a hujus augusti celebrato, presentibus n. sindicis et consulibus ibidem assistentibus etc.

Montyon.

Die Mercuri xij^a augusti, consilium tentum fuit in Domo communi et evocati quinquaginta ut res ardue fine prospero terminentur, et interfuerunt subscripti. Primo sindici: n. Petrus Levrierii, P. Orsieres, Hugoninus de Burdignino et P. de Fernex; — n. Guilliermus Roget, Nanto, P. Versonnex, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Vaudo, Rosset, Grassie, Ja. Nepotis, Biollesii, H. † Albe, Pichon, Tallichet, H. pictor, Balliet, G. Velluti, Bessonnet, Chaudiot, P. Jehan Bron, Hospitis, Mahuet, C. Colinet, Neyrodi barbitonsor, A. patisserius, Ly. Boitet, Christinus Tombeti, Millanois, Jo. Nergaz, Michael Nergaz, Per. de Mara, Lyonardi, Jo. Bernardi, Cadoz, Dyonisius Dadaz, Anzo pellitier, Ja. Belli, Pecolat, Bueti.

In quorum supra presencia sermo de rebus subscriptis factus extitit: primo, de macellariis et patisseriis, et fuit conclusum quod pugnantur ad formam edicti novissime facti.

De vicario parochialis ecclesie Magdalenes, qui quamplures novitates parochianis facere non veretur et testatorum voluntates infringere, fuit conclusum quod primo priores confratriarum fieri solitarum in eadem ecclesia missas in altero conventuum Rippe, Palatii et Sancte Clare celebrari faciant, et interim, videatur de jure que sibi spectant.

De procuratore fiscali qui nititur franchises infringere, et fuit conclusum quod contra eundem instetur via juris, et destinetur, si opus sit, ad illu. d. episcopum A. Pecolat cum lictera credencie et instructionibus.

Veneris xv^a augusti. — Sindici quatuor; — Gavid, Nanto, Roget, Pecolat, Lyonardi, A. Gule, Versonnex, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Malliardi, Nergaz, Vaudo.

(Missiliarii.) — Admittuntur missiliarii Franciscus Morel et Johannes, ejus filius, in loco de Champel; qui juraverunt in forma.

(Vigilles privati.) — Vulliet et Clerici, vigilles, causantibus suis forefactis, stipendiis priventur per tres annos et servire debeant sine stipendiis.

(169) Patisserii et macellarii pugnantur sine quacunque misericordia.

(Domina Glaudia.) — Si contingat illustrissimam dominam duchissam Sabaudie moram in civitate trahere, detur eadem duo dolea vini rubei et albi.

Martis xix^a augusti. — Sindici iij^{or}; — P. Versonnex, Nanto, Bueti, Grueti, Paquet, A. Gule, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Roget, Nergaz.

(Custodes.) — Duobus custodibus pontis || Arve || Rodani solvat thesaurarius pro mense cuilibet ipsorum florenos quatuor parvi ponderis.

Fiant cride de bastubis et balneis, sub penis quinque florenorum parvi ponderis.

N. Guilliermus Roget, H. de Nanto, P. Ferney, A. Pecolat et Montyon fuere electi pro consillariis confratrie Heucaristie Christi.

(Testimoniales.) — Die xvij^a augusti, existentibus re. d. Amblardo Goyeti, s. d. G. Grossi, P. de Bona, P. Grueti, — n. P. Levrierii, Hugoninus de Burdignino, P. Orsieres et P. Fernex, sindici, dicentes et narrantes pluribus vicibus in eodem consilio stesisse, querimoniam facientes de d. procuratore fiscali, tam pro pecuniis quam reciis Paquet; adhuc pro eorundem deexoneracione de requisicione facta, petunt licteras testimoniales, presentibus providis G. Vandelli et A. de Fonte, testibus etc., datas in consilio episcopali, quibus supra presentibus.

Admodiatio ponderis bladi.

Anno Domini m^o quingentesimo quinto, indicione octava cum eodem anno sumpta, et die decima nona mensis augusti, factis debitis proclamationibus per Papriaux, preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et deinde extincta ut moris est, nullus compertus est qui tantum dare vellet de pondere bladi cum pertinentiis ejusdem quantum Petrus de Cresto, burgensis Gebenn., qui de ipso pondere se daturum obtulit centum et quinquaginta quinque florenos parvi ponderis. Et, hiis gestis, n. Petrus Levrierii, Petrus de Orseriis et Hugoninus de Burdignino, consindici et procuratores civitatis Gebenn.,

et R. de Sancto Germano pro illu. et r. d. episcopo, ipsum pondus bladi cum pertinenciis admodiaverunt prenominate Petro de Cresto, presenti etc., tanquam plus offerenti etc., per unum annum proximum die decima septima hujus inchoatum et simili die finiendum anno prius revoluto, solvendo terminis assuetis etc., dictos centum et lv florenos parvi ponderis in manibus receptoris episcopatus et moderni civitatis et qui pro tempore fuerint etc.; promictentes etc.; renunciantes etc. Actum in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus egregio Aymone Chambet et Guillermo Roget, testibus etc.

Montyon.

Veneris xxija augusti. — Sindici quatuor; — Roget, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Vaudo, Nergaz, Grueti, Bueti, Prepositi, Nanto, P. Versonnex.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Donnex et Johanni de Nanto, custodibus pontis Rodani, de somma florenorum viij pro mense proxime finito hodie, cuilibet ipsorum iiij ff.

(170) *Martis xxvja augusti.* — Sindici: Levrierii, Orsieres, Burdignino; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, A. Gule, Nergaz.

(*Goyffonis.*) — Egregius Johannes Goyffonis promictit, in quorum supra presencia, solvere receptori n. Ludovico de Lestelley, pro borgesia egregii Petri Anthonii defuncti, suum proprium debitum faciendo, hinc ad festum Sancti Michaelis proximum, decem ff. parvi ponderis etc.

(*Idem Goyffonis.*) — Ibidem, dictus Goyffonis, nomine privato, promictit juri stare et judicatum solvere super hiis que heredibus dicti Petri Anthonii Pecolat petere voluerit, cum clausis opportunis etc.

(*Veneris xxixa augusti.*) — Sindici: Levrierii, Burdignino, Fernex; — Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Prepositi, Lyonardi.

Gardet et alii patisserii pugniantur prout conclusum extitit.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum n. Guillermo Roget de somma duorum florenorum, decem grossorum et novem denariorum, pro reparacionibus per ipsum in ala factis.

Visitetur cimisterium Domine Nostre Nove et inde fiat relacio.

Martis secunda septembris. — Sindici iiijor; — Roget, Versonnex, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Nanto.

De cappella impresenciarum vacante ob mortem domini Ludovici Ciclacti, quia nunc inter Paquet et Levrierii orta est controversia, ideo nichil extitit conclusum; ad Veneris pro appunctuamento tractandum remictitur.

(*Caucio.*) — Quia Petrus de Cresto, firmarius ponderis bladi, promisit in instrumento admodiacionis eidem facte cavere, volens sue promissioni obtemperare, cavet per Petrum Rosseti, macellarium, et Petrum Chenevalis, burgensem Gebenn., qui, et ipsorum quilibet fidejussor et principalis insolidum, promiserunt sommam in eodem instrumento admodiacionis descriptam terminis assuetis solvere, sub ypotheca et expressa obligacione omnium bonorum etc.; et ipse de Cresto eosdem servare indemnes etc.; renunciantes juri dicenti principalem [prius] fore conveniendum quam fidejussorem etc. Actum die suprascripta, presentibus quibus supra.

(*D. Bastide.*) — Nobilis Petrus de Fernex, consindicus, loquatur domino Bastide, ut solvere velit expensas in quibus ipse et quondam Johannes de Pesmes fuere condempnati, instante Ludovico Montyonis. Qui si recuset, via juris contra eundem procedatur.

Veneris va septembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Borjali, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule.

Fiat pavementum subtus domum Trium Regum civitatis sumptibus.

(171) De detentis, fuit conclusum quod servetur franchisesia, et interponatur appellacio contra servare recusantes, quam prosequatur sumptibus detentorum.

Ille Parvus Johannes, serviens, non admictatur in hospitali pauperum verecundorum, cum non sit honeste conversacionis.

Martis nona septembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Lyonardi, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, A. Gule.

(*Capella.*) — Muniatur cappella constructa in Domo communi casula et aliis necessariis pro missarum celebracione.

Visitoribus burgensium, Burdignino et Lestelley, [detur] cuilibet ipsorum videlicet tres floreni parvi ponderis.

Confirmetur franchises civitatis et destinentur ad Urbem.

Infra annum Galliardi teneatur exigere erragia civitatis et bonum computum reddere; pro cuius labore et pena detur tertia pars.

(*D. Mermetus de Mota.*) — Dominus Mermetus de Mota teneatur missas ebdomadales celebrare ut moris est, precio decem florenorum parvi ponderis anno singulo.

Impartitur licencia honorabili Johanni Nergaz concordandi cum quadam relicta ad causam cuiusdam legati facti hospitali pestiffero.

Veneris xija septembris. — Sindici iijor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, Nergaz, Bueti, Pecolat, vice-dompnus, Lyonardi.

Fiat convivium confratrie Heucaristie Christi hinc ad quindecim dies proximos.

Privetur ille patisserius per tres menses, ut ceteris cedat in exemplum.

Redeat apothecarius Dominicus Salaz in domum suam, audita relatione per vicinos facta.

Martis xvja septembris. — Sindici: P. Levrierii, Orsieres, P. Fernex; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Grueti, R. Nycolay, Bueti, (Grueti,) Prepositi, A. Gule, Vaudo, Nergaz, Pecolat.

Remaneant per totum mensem hujus septembris custodes pontis Arve sub stipendiis assuetis.

Tradita fuere erragia Galliachio Galliardi ad exigendum ad tertium denarium, qui promittit bonum computum reddere de tribus mensibus in tribus mensibus.

Pugniatur Bessonet ad formam franchisesiarum civitatis.

(172) *Veneris xixa septembris.* — Sindici: Levrierii, Orsieres, Burdignino; — Roget, Nanto, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Lyonardi, Pecolat, Vaudo, Bueti, Versonnex, Prepositi.

Celebrentur due misse ebdomadales per presbiterum ydoneum sub stipendiis decem florenorum parvi ponderis pro quolibet anno.

(*Jo. Nergaz.*) — Honorabilis Johannes Nergaz, hospitalerius hospi-

talis pestifferi, de receptis et libratis simplicem faciat visionem per n. syndicos et consulares visitandam, ut omnia hospitale concernencia recte regantur et prospero claudantur fine.

Fiat memoriale de discussionibus, franchises civitatis que confirmantur per summum pontificem; equidem de confratriis civitatis ut, oneribus ipsarum confratriarum supportatis, ingenti necessitate hospitalis pestifferi considerata, quod supererit ad succurrendum pauperibus morbo pestifero infectis dietim ad illud affluentibus convertatur; et destinetur ad Urbem.

Glaudius Philippi peiit revocari monitorium contra eundem obtentum de somna duorum florenorum parvi ponderis, et, audita relatione per Roget et Vaudo, mandatur cancellari per Galliardi, exactorem erragiorum sibi traditorum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus deputatis ad custodiendum ne quis morbo pestifero percussus civitatem intrare presumat, pro uno mense hodie finito, de somma viij ff. parvi ponderis.

(*Jo. Balli.*) — Reperto honorabili Johanne Balli in consilio, nobiles sindici, organo consindici Levrierii, notificaverunt quomodo vicini omnes conquesti sunt et dietim conqueruntur de ejus domo que, relatione expertorum, ruynam minatur, petentes illam reedificari et in tutum reponi; alias protestantur de dampnis etc., et testimoniales que decernuntur.

Hospitale civitatis suo maneat in esse, verbis per quemdam questorem prolatis non obstantibus.

Constituantur duo vigilles per unum mensem operam dacturi circa morbo epidimie infectos ut a sanorum consorcio separentur, graviora ne succedant.

(*Fratres Palacii.*) — De fratribus Palacii, dicentibus fore equitati congruum ut pecunie existentes in confratria Sancti Yvonis, actentis presertim oneribus in conventu occurrentibus et paupertate qua, causante granorum penuria, annis retroactis passi sunt, eisdem remictantur || debere ||. Super quibus dictum fuit ut conclusioni de confratriis novissime facte stetur, et verbis graciosis n. sindici alloquantur eosdem. Quo interim, ad Urbem destinetur, cum melius sit prevenire quam preveniri: jacula profecto previsa minus ledunt.

Martis xxiii^a [xxiii^a] septembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, A. Gule, Grueti, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Prepositi.

Veniant Fratres Minores suis sumptibus consilium celebraturi in eodem conventu, dummodo non veniant de locis morbois.

Veneris xxvii^a [xxvii^a] septembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, A. Gule, Bueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat.

(*D. de Nantua.*) — De domino de Nantua, petente bona quondam Petri Tissocci sibi fore excheuta et dicente illum talliabilem, fuit conclusum quod servetur franchisesia.

(173) *Martis ultima septembris.* — Sindici quatuor; — P. Versonnex, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Pecolat, Nergaz, A. Gule, Nanto, Roget, Grueti, Bueti, Prepositi, Lyonardi.

Ministretur justicia de secretario vicedompni, qui composuit quandam mulierem de eodem querimoniam facientem.

(*D. S. Victoris.*) — Fiat responsio r. domino Sancti Victoris de Johanne Tissocci, homine, ut asseritur, talliabili de Nantua, quod eidem ministrabuntur jura; nulla tamen super hoc fiat submitio.

In differencia existente inter egregium Robertum Pelardi et Petrum et Germanum de Grossa, fratres, ipse partes promiserunt stare ordinationi n. sindicorum et consilii.

Veneris 3^a octobris. — Sindici: Levrierii, Orsieres et Fernex; — P. Versonnex, Roget, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Ro. Nycolay, Bueti, Grueti.

(*Ferie per viij dies.*) — Quia nunc omnes fere suis vacant negociis ob vindemias proximas, fuit conclusum quod per totam ebdomadam non celebrentur consilia, nisi alia consilio digna occurrant.

Data fuit relacio in controversia existente inter Pelardi et de Grossa per operarios.

Martis xii^a [xii^a] octobris. — Sindici: Levrierii, Burdignino, Fernex; — Roget, Bueti, Nergaz, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, Versonnex, Ro. Nycolay, Prepositi, Nanto.

(*Injunctio.*) — Prenominati nobiles sindici injunxerunt Michaeli de Cappella ut domum heredum Petri de Vyriaco reedificet, protestando de penis contra eundem etc.

Visa lictera missiva n. sindicis directa parte illu. domine duchesse, fuit conclusum quod destinetur Anthonius Pecolat apud dominos Solodorenses et egregius Levrierii apud r. d. Lausanensem episcopum, pro confirmatione licterarum habenda.

Veneris xvii^a octobris. — Sindici: Levrierii, Burdignino, Orsieres; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Versonnex, Lyonardi, Prepositi, A. Gule.

(*Fratres Minores.*) — Visa supplicatione per Fratres Minores n. sindicis porrecta, fuit conclusum, actenta paupertate, quod dentur xij. ff. pro muthon emendis, ut convivium celebretur honestius in congregatione proxime fienda.

(174) *Martis xx^a octobris.* — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, P. Versonnex, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule.

(*Donum x scutorum; administrator r. d. Lausanneis.*) — R. d. Lausannensi episcopo, pro signatura licterarum cessionum et discussionum eciam pro confirmatione licterarum introgii salis¹, sexaginta scuti ad solem, actento eciam quod civitas suo semper indiget auxilio, detur.

(*R. d. Goyeti; donum 12 scutorum.*) — Domino Filliaci equidem duodecim scuti ad solem, pro pena et laboribus per ipsum civitati impensis.

De legatis hospitali factis, fuit conclusum quod Johannes Nergaz, hospitalerius, exigere gracie habeat et concordet cum de Sancto Germano ad viginti florenos parvi ponderis.

(*Burgensis.*) — Honorabilis Guilliermus filius honorabilis Petri Bochini, de Byanna, mercator seu drapperius, admissus fuit in burgensem pro et mediantibus, videlicet xij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Francisci Barberii, patisserius, de Cheyserie, burgensis pro viij ff.

¹ Arch. de Genève, P. H., nos 836 et 841.

Veneris xxv^a [xxiii^a] octobris. — Sindici: Orsieres, Fernex, Burdignino; — Roget, Nanto, Nergaz, Vaudo, Paquet, Grueti, Lyonardi, A. Gule, Bueti, Borjali.

De Johanne Martini petente cameram sibi dari, conclusum fuit quod de alia sibi provideat si vult.

Martis xxviii^a octobris. — Sindici iiii^{or}; — Nanto, Roget, Ro. Nycolay, Vaudo, Nergaz, Lyonardi, Paquet, A. Gule, Versonnex, Prepositi, Grueti.

(*Contra Balli.*) — In quorum supra presencia, n. sindici protestati sunt de penis, dampnis, injuria et interesse contra Johannem Balli, presentem, in casum in quem domus ipsius caderet in ruynam etc., prout alias protestati sunt etc.

(*R. d. Lausanensis; ff. 300.*) — Detur r. d. Lausanensi episcopo, administratori episcopatus Gebenn., videlicet floreni tercentum, pro confirmatione licitarum sibi porrectarum per egregium Levrerii, consindicum.

(*Levrerii.*) — Et idem Levrerii, de pena, laboribus et expensis per ipsum factis suum faciat rotulum et memorialia ad destinandum ad Urbem.

Veneris ultima octobris, vigilia Omnium Sanctorum. — Sindici: Levrerii, Fernex, Burdignino; — Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Vaudo, Nergaz, A. Gule.

(*Pestis semper regnat.*) — Non veniat thesaurarius ad consilium quousque fuerit vocatus, causante peste etc.

(*Custodes.*) — Apponantur custodes in ponte Arve, causante peste adhuc regnante, sub stipendiis assuetis.

(175)

Admodiatio alarum.

|| Anno Domini m^o quingentesimo quinto, indicione octava cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., factis prius cridis solitis per Ludovycum Papriaux, cridam communem, candela incensa et deinde extincta, nobiles Petrus Levrerii, Petrus de Orseriis, Hugoninus de

Burdignino et Petrus de Fernex, sindici et procuratores civitatis Gebenn., sindicario nomine admodiaverunt honorabili viro Guilliermo Curti, dyamanterio, presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum et rivagii admodiari solitum cum pertinentiis universis, per unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revolutum, sub firma tercentum et quinquaginta florenorum parvi ponderis, per eundem in manibus receptoris moderni et qui pro tempore fuerit terminis solitis solvendorum, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, et aliam terciam in festo Pasche, et aliam terciam in subsequentibus nundenis augusti, unacum dampnis etc.; promictentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. ubi supra, presentibus honestis viris Michaeli Lyonardi et Guilliermo Bocardi, vigillibus, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Montyon. ||

(*Admodiatio gribelli.*) — Anno, indicione et die quibus supra proxime, modo premissis, gribellus cum pertinentiis per quos supra fuit admodiatus Guilliermo Bocardi, presenti, tanquam plus offerenti etc., per unum annum hodie xxvij octobris incohandum etc., sub firma novem florenorum parvi ponderis solvendorum in manibus receptoris etc., unacum dampnis etc.; promictentes etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus Michaeli Lyonardi et Petro de Quarro, testibus etc.

Montyon.

|| (*Caucio.*) — Ibidem, die Veneris ultima octobris et presentibus sindicis et consulibus, honorabilis Johannes Nergaz, ad requisicionem Guilliermi Curti, promictit ejus medio juramento et sub expressa obligatione omnium bonorum suorum etc., summam tercentum et quinquaginta florenorum solvere in manibus thesaurarii civitatis etc., terminis in admodiacione suprascripta descriptis. Et ipse Guilliermus promictit ratificari facere per ejus uxorem et indempnem servare, cum et sub promissionibus etc. Renunciante juri dicenti etc. et omnibus juribus (juribus) etc.

Montyon. ||

Martis iii^{ta} novembris. — Sindici: Levrerii, Burdignino, Fernex; —

Roget, Nanto, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Lyonardi, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius quondam Mermeti Friandi, de Thono, hospes, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

Evocentur revenditresses ad Veneris proximam et fiat taxa vitualium quam infringere non presumant, sub pena privacionis etc.

(*G. Curti.*) — Guiliermus Curti habeat expellere trutanos a civitate, hinc ad festa Natalia, sub stipendiis assuetis etc.

(*Vigilibus.*) — Vigilibus fiat mandatum de uno mense proxime lapso ix florenorum parvi ponderis et retineantur adhuc per unum mensem.

(*De discussionibus.*) — Bona omnia que fuerunt Petri Tissocti discussa reponantur in manibus Luquini de Pane et Millanesii; et bona de Sancto Michaeli, in manibus Pecolat et Byollesii.

(*S. d. Jo. Loys.*) — Detur s. d. Johanni Ludovyco floreni duo parvi ponderis, pro memorialibus per ipsum factis ad destinandum ad Urbem.

(*Caucio.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, Guiliermus Bocardi, firmarius gribelli, promittit solvere ix ff. in admodiacione descriptos, et cavet per Andream Nygri, burgensem Gebenn., qui promittit etc.; renunciantes omnibus juribus etc., presertim juri dicenti etc.; presentibus quibus supra testibus etc.

Pro seytilis deperditis, solvat thesaurarius vij solid. vj d.

(176) *Veneris vija novembris.* — Sindici: Levrierii, Burdignino, Fernex; — Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Pecolat, Prepositi, Lyonardi, Vaudo, A. Gule, Nergaz, R. Nycolay, Bueti.

Fiat crida de vino novo patrie et Subtus Mons, ne quis vendat nisi tres denarios, et vinum de Subtus Mons iiij d.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis de Mallens, parrochie Sancte Crucis, burgensis creatus pro viij ff.

(*Levrerii.*) — Viso rotulo per egregium Levrierii exhibito, conclusum extitit quod detur eidem floreni quindecim, pro causis in rotulo exaratis.

(*Pecolat.*) — Viso alio rotulo per Pecolat equidem exhibito, detur eidem, causis in eodem actentis, xxiiij ff. ultra tres testonos per eundem exbursatos.

(*Bessonet.*) — Solvat Bessonet, pro penis spretis, duos florenos, et alius solidos tres clavario seu exactori penarum.

Visitetur tabula facta in cappella aule Domus communis, et visitata, fiat satisfacio condigna constructori.

Patisserii per unum mensem privati remaneant.

(*G. Curti.*) — Guiliermus Curti habeat expellere trutanos a civitate hinc ad festum Nativitatis Domini, sub stipendiis assuetis trium florenorum pro quolibet mense.

Martis xja novembris. — Sindici quatuor; — Roget, Pecolat, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grueti, A. Gule, Nergaz, Versonnex, Nanto, Vaudo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocti, pavisserio, de somma triginta octo florenorum et novem solidorum, qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

(*De Falqueti.*) — Fiat instancia erga dominum procuratorem fiscalem et r. d. vicarium ut Falqueti, apothecario, pagnus furto subtractus restituatur.

Incarceretur quidam Johannes Thebaldi quousque fustam in portu existentem deposuerit, et serventur lictere super hoc confecte.

Fiant capitula de piscibus et aliis victualibus, ut cum pondere et mensura vivere valeamus.

(*De peste.*) — Quia phas est hominum corpora thueri, ideo remedium omne possibile ad evitandum pestem adhibeatur, alias vigilles deputati suis priventur stipendiis.

Admodiacio introgii bossetarum.

Anno Domini m^o quingentesimo quinto, indicione octava cum eodem anno sumpta, et die undecima mensis novembris, factis proclamacionibus debitis per preconem communem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et extincta ut moris est, nobiles et honorabiles Petrus Levrierii, Petrus de Orseriis, Hugoninus de Burdignino et Petrus de Fernex, sindici et sindicario nomine, admodiaverunt introgium bossetarum cum pertinentiis solitis, cum honore et onere assuetis, (177) ovaliis equidem assuetis et non assuetis, provido viro Petro de Furno, presenti etc., tanquam plus offerenti, ad et per unum annum integrum

hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, ad exigendum more solito, sub firma sexcentum et nonaginta florenorum parvi ponderis per eundem firmarium solvendorum in manibus receptoris dicte civitatis moderni et qui fuerit pro tempore, terminis assuetis, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, et terciam partem in subsequentibus nundenis Pasche, et aliam partem terciam seu residuum in subsequentibus nundenis augusti, unacum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc.; renunciantes etc.; submictentes etc. Actum in dicto claustro Sancti Petri, presentibus providis viris Guillermo Curti, dyamanterio, et Claudio Cadodi et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis etc.

Montyon.

Veneris xiiij^a novembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Nergaz, Prepositi, Lyonardi, Bueti.

Navis et Serventis promiserunt eorum mediis juramentis stare ordinationi n. sindicorum et consilii.

In quorum supra presencia, Petrus de Furno, firmarius introgii bossetarum vini, volens sue promissioni in admodiacione facta per me recepta obtemperare, cavet per venerabilem dominum Andream Thome, presbiterum, necnon providos viros Stephanum Jolyti et Aymonem Chambeti, notarium, et equidem Johannem Buctini, notarium. Qui et ipsorum quilibet principaliter et insolidum promiserunt, ad requestam dicti de Furno, sommam sexcentum et nonaginta florenorum auri parvi ponderis in suprascripto admodiacionis instrumento descriptam solvere terminis in eodem instrumento descriptis, et ipse Furno eosdem indempnes servare; submictentes se etc., eciam ad exigendum more debitorum fiscalium etc., cum et sub promissionibus et clausulis in talibus opportunis; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc.; presentibus consiliariis supranominatis, die xiiij novembris m^o quingentesimo quinto.

Montyou.

Dominico xvij^a novembris. — Presentibus in claustro Sancti Petri Gebenn. subscriptis: venerandis dominis Petro Alardeti et Jo. Charan-

zonnay, canonicis Gebenn.; — necnon nobilibus et honorabilibus Petro Levrerii, Petro de Orseriis, Hugonino de Burdignino et Petro de Fernex, sindicis; — H. de Nanto, Claudio Cadodi, Petro de Quarto, Johanne Amiaulx, Jacobo Paqueti, Johanne Nergaz, Johanne Matillion, Anthonio Millanesii et Anthonio Pecolat, cum pluribus aliis in eodem claustro existentibus inibi pro venda vini congregatis. Qui, antequam gitata fuerit, pro remedio anime honorabilis viri Jacobi de Ponte, *Pater et Ave Maria* dixerunt, qui vini mensuras et cridam civitati donavit. Et post hec, venda vini gitata fuit ad tres solidos et vj d.

Martis xviii^a novembris. — Sindici quatuor; — Roget, R. Nicolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Borjali.

Amedeus Magnaz custodiat clavem tornafolli, et a modo tollantur custodes, et eidem Magnaz burgensis unus detur.

Veneris xxj^a novembris. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. [G.] Borjali, A. Gule.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Garuerii de somma vj ff. parvi ponderis pro culcitra deperdita.

Deputantur pro visitacione victualium Anthonius Pecolat et Tallichet, et unicuique, hinc ad festum Pasche, detur floreni decem parvi ponderis.

(178) *Martis xxv^a novembris.* — Sindici: Orsieres, Burdignino et Fernex; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, P. Versonnay, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. Gule.

(*R. d. Sedunensi episcopo.*) — Visa lictera missiva parte r. d. episcopi Sedunensis n. sindicis directa, et credencia per egregium Johannem Rubini, secretarium et procuratorem dicti episcopi Sedunensis facta, fuit conclusum quod nobiles sindici loquantur r. d. vicario episcopatus Gebenn. cujus interest hanc materiam amplecti, et suo utatur consilio, ne ob verba domini Braseti in cujus favorem rescripsit ipse episcopus, profecto frivola, civitas tota detrimentum paciatur.

De exactoribus introgii vini fuit conclusum quod, quando doleum

vini excedit xij sestaria, eo tunc et non alias, exigant ad equipolenciam trium grossorum pro quolibet doleo.

De Yverbaux, quia domus sua igne fuit concremata, fuit conclusum quod dimidia pars debiti eidem detur, et residuum solvat in manibus Galliard, exactoris erragiorum.

De detento in Insula, fuit conclusum quod examinetur et justicia ministretur.

Contra nobilem de Sancto Michaeli et Johannem Balli producantur lictere discussionum in causa quam habent contra civitatem.

Visitetur cimisterium Sancti Germani et visitato provideatur.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Petri Vanat, de Sancto Anthonio d'Arsez, marescallus, burgensis admissus pro et mediantibus viij ff.

Veneris xxvii^a novembris. — Sindici quatuor; — Roget, Lyonardi, R. Nycolay, Pecolat, Borjali, A. Gule, Paquet, Bueti, Grueti, Nanto, Versonnex, Nergaz.

Quia vigilles plurima correctione digna perpetrarunt, fuit conclusum quod eisdem fiant demonstraciones ut a ceptis desistant.

Injunctio fiat nominatis in rotulo per Bernardi exhibito ut ad ratam sibi continentem fiat satisfacio.

(*Mandatum.*) — Custodibus olim Pontis Arve ad morbosos expellendos deputatis, pro tribus ebdomadis lapsis, mandatum fiat de somma vj ff., conclusionem in contrarium facta non obstante.

(*Admodiatio.*) — Burgiforis platheam n. sindici admodiaverunt egregio Claudio Lespa, presenti etc., per unum annum die sexdecima novembris proxime lapsi inchoatum et simili die finiendum, sub firma xvij solidorum solvendorum terminis assuetis etc., cum promissionibus, submissionibus et aliis clausulis opportunis etc.

(*Relicte Curt.*) — Inhibetur relicte Curt in personam Johannis Tornerii, sub pena fustigacionis, ut hinc ad horam meridianam civitatem, cum sit morbosa, absentare habeat.

Alii duo adduntur pro visitacione victualium, videlicet Roletus Nycolay et Mermeti, sub stipendiis declarandis.

(179) *Die ultima novembris*, in conventu Fratrum Minorum consi-

lium extitit celebratum in quo quinquaginta electi fuere vocati. Et interfuerunt inferius nominati: et primo, P. Levrierii, Burdignino et Fernex; — Roget, Nergaz, Nanto, Paquet, R. Nycolay, Pecolat, Fran. Morens, Ja. carpentator, Collognier, Chaudiot, Jo. de Mara, m. Girardus, Lyonardi, Pensabini, Millanesii, Fuserii, Hospitis, Tallichet, Bachodi, Balliet, Jo. Sept, Cadodi, Grassie, H. pictor, Christinus Tombeti, Vuilliet, Mahuet, Bueti, Ny. du Villard, P. Poterel, Versonnex, Ny. Gentilis, Hospes † Albe, de Fonte, Ja. apothecarius, Nepotis, A. patiserius, Fonte, Bessonet, Ja. Balliet, Ja. Bernardi, H. Ferraz, Blancheti, P. J. Bron, Joly, Byollesii, Grueti, Jo. Velluti, L. Boytet.

(*De victualibus.*) — In quorum astancium presencia, perlecta fuere cappitula super victualibus condita. Quibus perlectis, proposuerunt n. sindici quomodo procurator fiscalis dissentit ne ea proclamantur nisi pena trium solidorum pro illu. d. episcopo ultra penam in franchisesiis comprehensam apponatur, per ipsum procuratorem exigenda, quod esset vehemens confusio tantas imponere penas nec procuratoris fiscalis interest de hiis que concernunt politicam se immiscere. Et hec sola oritur differentia inter ipsum procuratorem et cives. Quibus auditis, conclusum fuit quod non apponatur illa pena trium solidorum quovismodo, ne trahatur in consequenciam. Et, si consilium episcopale talis vellet esse oppinionis qualis est ipse procurator, non consenciant sindici, sed res ipsa suo in esse maneat.

Protestacionem per n. consindicum factam approbarunt omnes superius nominati.

Martis 2^a decembris. — Sindici: Fernex; — Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, R. Nycolay, Prepositi.

Quia syndicus unus concludere non potest, et absentia aliorum sindicorum obstante, agibilia ad Veneris proximam remictuntur.

De vino domini Sollieti et Griere.....

Veneris 7^a novembris [decembris]. — Sindici: Orsieres, Burdignino, Fernex; — Nanto, Paquet, Versonnex, Roget, Bueti, Borjali, Nergaz, A. Gule, Nycolay, Grueti, Paquet, Lyonardi, vicedompnus.

Visis denuo cappitulis super victualibus confectis, fuit conclusum quod tollatur barra in quotis(?).

Ludovicus de Grieris et d. Sollieti solvant introgium bossetarum, quia non constat eosdem esse burgenses.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Thome Navillioz, parrochie de Pers, excofferius, parrochie Sancte Crucis, burgensis admissus pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus pro uno mense novissime lapsa de somma ix ff. parvi ponderis, pro penis erga pestiferos sumptis, et retinentur per mensem.

(180) *Martis viija [ixa] decembris.* — Sindici: Orsieres, Burdignini, Fernex; — Roget, Bueti, Ro. Nycolay, Grueti, Paquet, Lyonardi, Nergaz, Borjali, Versonnex, Prepositi.

(*Admodiatio pro Bogueraz.*) — Johanni Bogueraz, presenti, prenominati n. sindici admodiaverunt platheam Sancti Gervasii spacio trium annorum die prima novembris novissime lapsi incohatorum et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni decem octo solidorum solvendorum terminis solitis in manibus receptoris emolumentorum civitatis generalis; promictentes ipse partes etc., submictentes etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, presentibus quibus supra.

Petrus Bogueraz et Lanbertus Aymonis promictunt stare ordinationi consilii super eorum differentiis etc.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Johannis de Pane, de Vigono, parrochie Magdalenes, apothecarius, burgensis creatus pro xx ff.

Perfiantur cride per r. d. Amblardum Goyeti signate.

De Monachi, qui dicit se esse exemptum a solucione ponderis bladi, fuit conclusum quod solvat alio non edicto.

(*Intrentur lx ff. ix g.*) — Intrentur thesaurario lx ff. ix g., pro racionibus descriptis in rotulo etc.

Veneris xja [xija] decembris. — Sindici: Orsieres, Burdignino, Fernex; — Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Lyonardi, Pecolat, Borjali, A. Gule.

(*Relacio.*) — Visa relacione per operarios facta, prenominati nobiles sindici pronunciauerunt ut in relacione continetur, et injungitur Pero-

neto Chappellerii ut muri spondam refficere habeat hinc ad festum Sancti Johannis, partibus presentibus et consencientibus.

(*Alardet.*) — Si egregius Alardet requirat se admicti in burgensem et de aliorum consorcio, fuit conclusum quod admictatur gratis.

(*Commissio.*) — Visitacio gribelli committitur Anthonio Millanesii, Papriaux, Roget et Bellet.

(*Mandallaz.*) — Solvat ballivus Mandallaz introgium vini, quia non constat eundem fore burgensem.

(*Relicta magistri Anthonii.*) — Non exigatur gabella ab uxore quondam magistri Anthonii, ipsa in viduitate existente, quia equidem filia civis.

Millanesii pro victualium visitacione deputatur, qui juravit in forma, sub stipendiis decem florenorum hinc ad festum Pasche.

Consulatur processus illius detenti in Insula et justicia ministretur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Bosco de somma xvj ff. vij g., pro causis in rotulo etc.

(181) *Martis xvja decembris.* — Sindici: Orsieres, Burdignino, Fernex; — Nanto, Bueti, Grueti, Paquet, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Versonnex, Prepositi, R. Nycolay, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Nobilis et egregius Syboyetus Alardet, filius quondam nobilis Johannis Syobuet, de Treffort Lugdunensis dyocesis, admittitur in burgensem gratis pro gratis serviciis civitati impensis.

(*Bufflet.*) — Custodiantur pignora levata de bonis que fuerunt quondam Johannis Buffleti, expectando adventum filii dicti Bufflet usque ad Purifficacionem.

Compellatur Navis ad solvendum introgium vini.

Pecolat et alii deputati pro victualibus, vigilibus associati, habeant pignorare quoscunque cridis obtemperare nolentes.

(*Capitula.*) — Prima decembris in consilio episcopali fuere approbata cappitula ad causam victualium confecta, et conclusum quod n. sindici, seu ab eisdem deputati, observari faciant, relacione n. sindicorum.

Paquet et A. Gule non consenciant quod advene seu extranei quicquam de victualibus vendere recusantibus solvant, neque compellantur ad solvendum.

Fiant duodecim statere et xij scanna pro piscibus vendendis et ponderandis, cum armario uno.

Veneris decima nona decembris. — Sindici : Orsieres, Burdignin, Fernex ; — Nanto, Roget, Pecolat, Bueti, R. Nycolay, A. Gule, Grueti, Paquet, Versonnay, Lyonardi, Nergaz.

(*Mandatum levatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat vigilibus xxxv ff. pro vestibus fiendis et quaterviginti florenos pro stipendiis termini festi Nativitatis Domini proxime futuri.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum Roletto Nycolay de somma novem florenorum parvi ponderis, pro visitatione piscium etc.

(*Mandallaz.*) — Nobilis Jacobus de Mandallaz, locumtenens vice-dompni, solitum prestitit juramentum, qui de suis licteris ad Martis proximam fidem facere teneatur.

Martis xxiiija [xxiiija] decembris. — Sindici quatuor ; — Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, A. Gule, R. Nycolay, Lyonardi.

De macellariis petentibus sibi dari terminum ad fieri faciendum stateras et pondera ad formam cridarum novissime factarum, fuit conclusum quod hinc ad festum Epiphanie terminus detur.

Provideatur de alio presbitero in hospitali, et onus providendi impartitur Johanni Nergaz.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus pro uno mense finiendo die iiiija januarii de somma ix florenorum parvi ponderis.

(182) *Veneris xxviija [xxviija] decembris,* consilium non fuit celebratum, ob festum Sancti Stephani.

Martis penultima decembris. — Sindici quatuor ; — Paquet, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Roget, Prepositi, Bueti, Vaudo, R. Nycolay, Nanto.

(*Crida.*) — Fiat crida de vino de Subtusmons et patrie, ne quis presumat vendere vinum de Subtus Mons nisi iiijor den., et patrie iij d.

Detur Girardo de Vaudo xvij g., pro alimentacione quorundam puerorum morbo pestifero infectorum.

Evocetur Johannes Balli in proximo consilio episcopali et fiant eidem

demonstraciones de fimis et domo sua ruynam minante, ne causam ignorancie allegare presumat etc.

(*Burgensis.*) — Honestus vir Johannes filius quondam Johannis Vulliart, de Saconeto ultra Arerem, patisserius, admittitur in burgensem pro et mediantibus viij ff.

— Fiat una clavis in archivis crote Domus communis, ut civitatis jura tucius preserverentur.

(*Deposicio testium.*) — Cavucini et Vaudo deposuerunt nobilem Monitier fuisse burgensem creatum in Domina Nostra Graciarum, et juramentum solitum prestitisse tempore dive memorie illu. d. Johannis Ludovici, episcopi Gebenn.

ANNO DOMINI M^o QUINGENTESIMO SEXTO.

Veneris secunda januarii. — Sindici quatuor ; — Nanto, Roget, Bueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Nergaz, A. Gule, Lyonardi, R. Nycolay, Vaudo, Versonnex.

(*Burgensis.*) — Johannes filius Roleti Barberii alias Fabri, de Evordes, carpentator, in burgensem admittitur, parrochie Magdalenes, pro et mediantibus viij ff.

— (*Mandatum.*) — Detur Michaeli Lyonardi, vigilli, floreni sex super uno burgensi percipiendi, anno singulo eidem dari soliti(s).

Lune va januarii, vigillia Epiphanie Domini, loco Martis. — Sindici quatuor ; — Roget, Nanto, Bueti, R. Nycolay, Lestelley, Grueti, Pecolat, Paquet, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Prepositi, Lyonardi, Versonnex, s. d. Chivallerii.

(*Burgensis.*) — Spectabilis utriusque juris doctor dominus Glaudius Chivallerii, de Ornex, parrochie Sancti Germani, burgensis creatus gratis, et idem admittitur in consiliarium civitatis.

(*Burgensis jam creatus.*) — Quia constat per testes fide dignos n. Anthonium Moniyer fuisse burgensem creatum, franchisesia gaudeat, et si et quantum opus sit denuo admittitur, qui solitum prestitit juramentum etc.

(*Macellarii.*) — Hinc ad Veneris proximam macellarii stateris et aliis necessariis sint fulciti.

(183) *Veneris ixa januarii.* — Sindici: Levrieri, Fernex, Burdignino; — Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Pecolat, Lyonardi, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Nanto, Versonnex, R. Nycolay, Prepositi.

(*De clavibus.*) — Postquam claves tres secreti facte fuere, primus syndicus unam custodiat, aliam thesaurarius et aliam secretarius.

Matheus Milliaux vinum suum ad formam cride vendat, supplicatione per eum porrecta non obstante.

Martis xiiia januarii. — Sindici quatuor; — G. Prepositi, G. Roget, Jo. Bueti, Ro. Nycolay, H. Grueti, Ja. Paquet, P. Versonnex, A. Pecolat, G. de Vaudo, A. Lyonardi, Jo. Nergaz, A. Gule, H. de Nanto.

Cesset Guillermus Dyamanterii ab expulsionem pauperum donec aliud eveniat.

Vinum venale suo maneat in esse usque ad carnisprevium.

Advideatur super balanciis macellariorum ne eementes ad pondus jacturam paciantur.

Veneris xvja januarii. — Sindici quatuor; — Roget, Grueti, Paquet, Pecolat, A. Gule, Versonnex, Bueti, Nergaz, R. Nycolay, Nanto, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius Gabrielis Serventis, de Malva, mercerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis admissus pro viij ff.

Martis xx^a januarii. — Sindici quatuor; — Paquet, Roget, Bueti, R. Nycolay, Pecolat, Nergaz, Vaudo, A. Gule, Lyonardi, Nanto, Prepositi, Versonnex, Grueti.

(*Burgensis.*) — Felicius filius quondam Francisci de Furno, de Matignie, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Rodolphus filius quondam Jacobi Marqueti, de Rignie, mercerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Ordinacio.*) — In quorum supra presencia, n. sindici vigore commissionis eisdem facte et potestatis atribute, pronunciaverunt ut in relatione per operarios facta continetur, presente nobili Thoma Blondelli, procuratore et admodiario domus de qua hic agitur et aliorum bonorum n. potentis domini de Claveysone et Johannis Reynardi, domini

Sancti Desiderii, ordinacioni suprascripte consenciente, et filio Acque-neaz presente et petente testimoniales, que decernuntur.

(184) Rescribatur Amedeo Magnini ne leydam a burgensibus exigere habeat, quam ipsi burgenses solverunt nunquam.

Hinc ad proximum festum Pasche, prenominatus Blondelli refficere habeat putheum ad formam relacionis; cui injungitur.

Petrus Servelli, serviens episcopatus Gebenn., solitum prestitit juramentum.

Veneris xxiiia januarii. — Sindici quatuor; — Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, A. Gule, Roget, Versonnex, Lyonardi, Prepositi, Nanto.

(*Ordinacio.*) — Leodegarius de Nanto et Glaudius Theobaldi promiserunt stare ordinacioni nobilium sindicorum super eorum differencia, petentes refferri per operarios. Qui retulerunt ut in relatione. Et pronunciaverunt n. sindici ut in eadem, ipsis presentibus et consencientibus.

(*Consensus.*) — Egregius Sybuetus Alardet, ducalis Sabaudie secretarius, exhibuit licteras a reverendo domino Goyeti emanatas et per Viennoys signatas, quarum vigore impartitur licencia appodiandi et edifficandi in et super meniis civitatis, consensu n. sindicorum interveniente; qui prebuerunt consensum ad formam licterarum, et fiat duplum tabelionatum ut constet in tempore opportuno.

Martis xxvija januarii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, Prepositi, R. Nycolay.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Cabelli, de Cheyserie, condurerius, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum n. Petro de Fernex, consindico, de somma duodecim florenorum parvi ponderis pro causis in rotulo etc.

(*De balistariis.*) — De balistariis et archeriis seu architenentibus, fuit conclusum quod differatur quicquam dare quousque tempus ludendi veniat et sit acceptab[i]le.

(*Chivallerii et Nanto.*) — Spectabilis dominus Glaudius Chivallerii,

utriusque juris doctor, eligitur pro avvocato pauperum leprosororum, et providus Henricus de Nanto pro procuratore eorundem.

Pauperi Guilliermo Bocardi, vigilli, pietatis inthuitu et Dei amore, dentur duo floreni parvi ponderis.

Veneris penultima januarii. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, R. Nycolay, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Nergaz, Lyonardi, Borjali, A. Gule, Grueti, Paquet, Versonnex.

(D. Braseti.) — Quia actione injuriarum dominus Braseti, canonicus Sedunensis, agit contra consindicum Levrier et Anthonium Pecolat, et vigore asserti rescripti lis coram r. d. abbate Bellimontis pendet indecisa et respondendo libello, malumque sit coram suspecto iudice, presertim jura civilia (185) et canonica fonditus ignorante, matura consilii deliberacione super hiis prehabita, fuit conclusum, periculis forte futuris obviare juris via volentes, quod si dictus iudex ordinet illi libello fore respondendum, quod interponatur appellacio et quamcicius destinetur ad Urbem ut causa cum principali negocio retineatur, cum sit magne importancie et de egregia somma agatur, videlicet duorum millium florenorum. Et prosequatur sumptibus civitatis ut jam extitit conclusum.

Ante aliqualem terminacionem per providum Vandelli fieri petitam, fuit conclusum quod tollantur quecunque impedimenta per ipsum apposita etc.

(Mandatum.) — Fiat mandatum magistro Jacobo de Bosco de somma quadraginta florenorum parvi ponderis, decem grossorum et decem den., pro causis in rotulo etc.

Martis 3^a februarii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Nanto, Roget, Bueti, Ro. Nycolay, Prepositi, Grueti, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule.

(Curti.) — Fiat mandatum Guilliermo Curti, pro duobus mensibus cum dimidio, de somma septem florenorum et sex solidorum.

Magne Glaudie restituantur pignora contemplacione r. d. Lausanensis episcopi, in cujus favorem rescripsit.

(Vandelli.) — Visis licteris per Vandelli exhibitis, mencionem facientibus de edificio quod nititur facere in prejudicium communitatis, fuit

conclusum quod construi faciat, tentum adeo remotum a turri civitatis portis Tartassie quod per supra ipsum in turrim quis ire non possit, et appodiet meniis civitatis.

Jovis va februarii. — Sindici quatuor; — s. dominus Chivallerii, Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Lyonardi, Pecolat, Vaudo, Nergaz, Borjali.

(Trolliet.) — Nobilis et egregius Johannes Trollieti, ducalis celsitudinis secretarius et magister requestarum illu. d. ducis vigore constitutionis de officio et clericatura vicedompnatus Gebenn. sibi facte, fuit admissus in vicedompnum, et solitum prestitit juramentum etc.

Veneris vja februarii. — Sindici quatuor. — Die suprascripta, subscripti fuere ad consilium vocati pro sindicorum electione fienda, et fuerunt electi per inibi astantes, votis per unumquemque prius emissis, nominati in rotulo. Et in hujusmodi consilio interfuerunt: primo, s. utriusque juris doctor dominus Gladius Chivallerii, H. Pichon, Jo. Balli, Paquet, Roget, Pecolat, Papriaux, F. Morens, Fontaneis, Christinus Tombeti, Bachodi, Bessonet, Jo. de Mara, P. Rosset, Mahuet, Lyonardi, Jo. de Conchiis, Grassie, Ja. carpentator, Nanto, Millanoys, Gentilis, Cadodi, H. pictor, Grueti, Jolyti, Tallichet, H. Ferraz, Ja. Nepotis, Prepositi, P. Jo. Bruni, P. Byolleys, pelliparius Civitatis, Fran. Gilliardi, Petrus Vuydaz, Lyonardus Boytet, A. Hospitis, Sept, N. de Villario, Pensabini, C. Colinet, Vaudo, Balliet, Versonnex, Ja. Froges.

(186) Sindici: P. Levrierii, Petrus de Orseriis, H. de Burdignino et P. de Fernex.

(S. d. Chivallerii et Levrierii.) — In quorum supra presencia, sermo factus extitit de avvocato et procuratore pauperum leprosororum, et conclusum quod, pro bono regimine leprosariarum, s. d. Gladius Chivallerii, utriusque juris doctor, sit eorum advocatus, et egregius Levrierii procurator etc.

(Burgensis.) — Honestus vir Nycodus filius quondam Petri Chenellat, de Seysens, tonsor, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(Burgensis.) — Michael filius Andree Mutyn, de Bassin, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus pro uno mense proxime lapso, die subscripta finito, de somma ix ff. parvi ponderis.

Fiat mandatum heredibus Petri Tissocti de somma quadraginta septem florenorum et trium den., pro causis in rotulo descriptis.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario tercentum lxxxvii ff. et duorum grossorum, pro causis in rotulo etc.

Die Dominico viija februarii, generale consilium celebratum extitit ad sonum majoris campane, in quo subscripti interfuerunt. Et syndici subnominati, vocibus prius per unumquemque emissis fuere electi, primo :

n. Petrus Versonnex, P. Levrierii, H. de Bürdignino et P. de Fernex. Ja. Paqueti, H. Grueti, Jo. Nergaz, G. Roget, H. de Nanto, Pecolat, Jo. de Conchiis, L. Lestelley, m. Fran. Galliardi, P. de Leta, Christinus Tombeti, Ja. Machard, A. Hospitis, A. Millanesii, Jo. Balliet, S. Bachodi, A. de Cresto, A. Chastronis, P. Colleti, Jo. Expaulaz, H. Milliez, de Sancto Germano, F. Rosseti, Anthonius Bolliet, P. Macheret, Jo. Regis, G. Fontane, Jo. de Prato, P. de Mollens, Ny. de Monte, G. Guetz, Hudricus Pilliodi, Petrus Grassie, S. de Villa, Jo. Vuychardi, Petrus Magnini, S. Joliti, Lambertus Aymonis, Ja. Gerdillis, Jo. Gerdillis, G. Gallosii, P. Vanaz, Ja. apothecarius, S. Byollesii, A. de Fonte, G. Pensabini, Ja. Nepotis, G. Cadodi, G. Philippi, Collognier, G. Vuychardi, Jaquetus Boverii, Ja. Servelli, H. pictor, P. Falqueti, P. Poterelli, A. Julliardi, Jo. de Croso, P. Maruglerii, P. Berteracti, A. Beatrisii, Jo. Vachonis, Jo. Mantillion, M. Servelli, Jo. de Becio, P. Chivallerii, N. Gentilis, H. Fusserii, Jo. de Paris.

In quorum supra presencia exposuit egregius Petrus Levrierii quemadmodum Veneris proxime lapsa, in consilio ordinario in quo quinquaginta electi vocati fuere pro sindicorum electione fienda, sermo factus extitit de pauperibus, proph dolor, lepra infectis Carrogii et Quercus, quorum n. syndici sunt protectores, et quorum bona discipantur et fere omnia dilapidantur per regimen et onus habentes, adeo quod vix de redditibus vivere possint, cujus rei causa, de procuratore et advoco pro eorum bono regimine ipsorum leprosorum providere phas esse censetur, graviora ne succedant etc. Et in eodem consilio, omnes fere in unam concurrentes sentenciam, elegerant s. utriusque juris doctorem dominum Gladium Chivallerii pro advoco et eundem pro procuratore. Sed

quia talis electio, statutorum (187) leprosariarum formam et tenorem sectando, fieri debet in sindicorum creacione, quorum vigore advocatum et procuratorem pauperum, presertim leprosorum, tenere debent, re ex qua unusquisque ydoneum seu ydoneos procuratorem et advocatum eligere debet, et huic operi tam cartatim operam dare velit ne hoc defectu quis ausu themerario bona dictorum pauperum, quibus procul dubio compaciendum est, fraude jactare ut prodigus nummos presumat, jacturamque et detrimentum in dies subire cogantur. Super quibus conclusio nulla facta fuit, neque de victualibus.

Martis decima februarii. — Syndici : Levrierii, Versonnex, Burdignin et P. Fernex ; — consiliiarii : primo, s. d. G. Chivallerii, Nanto, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Roget, Orsieres, Prepositi, Bueti, Ro. Nycolay, Paquet, Nergaz, Borjali, A. Gule, Jo. Conches, M. Nergaz, Richardi.

(*Lictera s. d. Bernensium.*) — Visa lictera missiva n. sindicis et civibus per s. d. Bernenses transmissa, cum duabus actestacionibus per notarios signatis, fuit conclusum quod instetur erga r. d. vicarium ut justicia bona et brevis ministretur civi Bernensi in cujus favorem rescripserunt, si summarium non fiat appunctuamentum etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur n. Ludovycio de Lestelley, thesaurario, videlicet centum quatuor floreni parvi ponderis, duo grossi, tria millia et septem carro(no)ni, pro causis in rotulo per ipsum exhibito et debite calculato.

Fiant cride de vino Subtus Mons et patisseriis, et equidem de vino Choutagnie. Vinum de Subtus Mons hinc ad Pascha v, et aliud x d.

Veneris xiiija februarii. — Syndici quatuor ; — Roget, Nanto, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Vaudo, M. Nergaz, P. Orsieres, Jo. de Mara, Pecolat, Paquet.

(*Vigil.*) — Gladius Guetz fuit vigil admissus sub comoditatibus, honoribus et oneribus percipi et stipendiis solitis, qui juravit in forma etc.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario centum et quatuor floreni parvi ponderis et duo solidi, pro causis in rotulo etc.

Martis xvija februarii. — Syndici quatuor ; — Orsieres, Nanto, Bueti,

Jo. de Mara, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, A. Gule, Jo. Nergaz, A. Lyonardi.

Quia nonnulli ambaxiatores regii, Bernenses, Friburgenses, Solodorenses et de Zeurich de proximo sunt venturi, fuit conclusum quod eisdem et cuilibet eorundem vinum album et rubeum civitatis parte detur.

De blado detento in Ala, de quo n. Petrus Versonnex loquutus est, quia agitur cum quodam Allemano, fuit dictum quod non alloquatur eosdem Theotonicos, nisi primo loquantur.

(*De bulla aurea.*) — De bulla aurea deperdita quam, nonnullorum relatu, quidam Jacobus Bisardi, ut ad nobilium sindicorum pervenit aures, habet, impartita extitit licencia Jo. de Mara loquendi Philiberto Berthellerii qui satisfacione condigna dabit operam erga dictum Bisardi pro ea habenda.

(188) *Veneris xx^a februarii.* — Sindici quatuor; — Orsieres, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Jo. Nergaz, Nanto, Lyonardi, Prepositi.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario ypocratium et malvaticum data s. d. Bernensibus, Friburgensibus, Solodorensibus et de Zeurich.

(*Bocardi.*) — Detur Guillermo Bocardi, vigilli, duo floreni pro eundo Maurianam licteram missivam r. d. episcopo Maurianensi portaturo.

Johannes Berchie, de Flumeto, admissus serviens vicedompni, juravit in forma etc.

(*Burgensis.*) — Amedeus filius quondam Henrici Magnini, de Parvo Bornando, boyeterius, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis admissus pro viij ff.

Martis xxii^a [xxiii^a] februarii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Lyonardi, A. Gule, Nergaz.

Fiat pavementum sumptibus dominorum de cappitulo usque ad portam Baudet, dummodo fiat de bonis lapidibus.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Anthonii Berthex, alias Caramachet, de Nantuaco, expinguerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis admissus pro viij ff.

Veneris penultima februarii. — Sindici quatuor; — Orsieres, Bueti,

Grueti, Pecolat, Nergaz, de Mara, R. Nycolay, Nanto, Lyonardi, Roget.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Bosco de somma xxj ff. parvi ponderis quinque solidorum et quatuor den., pro causis in rotulo etc.

(*Prior.*) — Honestus vir Jacobus Servelli admittitur in priorem confratriarum Sanctorum Luppi, Sigismondi et Sinphoriani per spacium trium annorum etc. Qui juravit in forma etc.

(*Menie Sancti Anthonii.*) — Refficiantur menie Sancti Anthonii in locis ruynam minantibus et neccessariis.

Martis 3^a marcii. — Sindici: Levrerii, Burdignino; — s. dominus G. Chivallerii, Nanto, Roget, Orsieres, Nergaz, Pecolat, Lyonardi, Paquet, Jo. de Mara, A. Gule, Ro. Nycolay, Grueti, Vaudo.

Detur carnifici, Dei amore et pietatis inthuitu, floreni duo parvi ponderis.

Et equidem quictono hospitalis pestifferi, videlicet unus florenus detur pro sepelliendo quemdam morte repentina deffunctum.

(189) *Die Veneris v^a marcii.* — Sindici: Levrerii, Versonnex, Burdignino; — Nanto, Roget, Pecolat, de Mara, Paquet, Bueti, Nergaz, Grueti, Vaudo, A. Gule, Hospitis, G. Curti, Millanesii.

Supradictis in consilio in conventu Fratrum Minorum celebrato suprascripta die, fuit conclusum, de cloacis plathee Molaris ruynam impresenciarum minantibus et nonnullis edificis Sancti Gervasii, quod thesaurarius civitatis cloacas et edificia Sancti Gervasii et Molaris construi et in tutum reponi faciat.

(*De lusoribus ystorie.*) — Lusores qui non erubuerunt nonnullos burgences, ipsis super lubiis, coram maxima gencium copia inibi causa ludi audiendi congregatarum, nominare, in ipsorum et justicie villipendium et dedecus, fuit conclusum quod condignam publice nominatis et justicie lese faciant satisfacionem, ne eisdem graviora contingat.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum Johanni Malliardi de somma centum et duodecim florenorum cum dimidio pp., pro septem duodenis selliocorum per ejus quondam Johannem Malliardi patrem in Flandria emptorum.

Martis xa marcii. — Sindici : Versonnex, Burdignino ; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Lyonardi, Mara.

Quia phas esse censetur in hospitali pestiffero barbitonsorem tempore prosperitatis et adversitatis tenere, fuit conclusum quod honorabilis Anthonius Pecolat loquatur cuidam barbitonsori ydoneo ut, justo et rationabili precio, continuam in eodem hospitali trahat moram, tam tempore pestiffero quam prospero, et super hiis Veneris proxima faciat relationem ut, audita, provideatur.

Pavissarius suum perficiat pavimentum de bonis lapidibus prout conclusum extitit.

(*De igne.*) — Cum plerumque videamus in hac civitate Gebennarum domus et hominum bona ignis incendio fuisse et esse fonditus devastata et consumpta, prout, hiis diebus non longe effluxis, fuit domus quondam strenui militis domini Brandicii, formidantes ne deteriora contingant, fuit conclusum, ut talibus obvietur, quod per honorabiles Amedeum Gule et Roletum Nycolay fiant capitula n. sindicis et consilio exhibenda.

Die Veneris xiiija marcii. — Sindici : Levrierii, Versonnex, Fernex ; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, M. Nergaz.

(*Barbitonsor.*) — Jacobus Carrerii, de Crusilia, burgensis Gebenn., admissus fuit in barbitonsorem hospitalis pestifferi per spacium sex annorum prima aprilis inchoandorum et simili die finiendorum, et ulterius dum benefecerit etc.; et hoc sub stipendiis in rotulo per honorabilem Johannem Nerguaz exhibito declaratis; cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus quibus supra.

(*De ystoria.*) — Ludere debentibus vitam Sancti Christophori, cum, non nisi expense fiant magne, opus inchoatum perfici non potest, detur eisdem scuti auri decem.

(190) *Martis xvija marcii.* — Sindici quatuor ; — Orsieres, Nanto, Roget, R. Nycolay, Prepositi, Vaudo, Nergaz, Bueti.

(*Crux.*) — Quia Crux de Cornavini prothinus in terram casura est,

pro decore civitatis conclusum extitit quod, pro illius reparacione, burgenses tres lathomis dentur.

Veneris xxª marcii. — Sindici : Versonnex, Burdignino, Fernex ; — Nanto, Bueri, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Prepositi, Nergaz, A. Gule, Roget, Orsieres, M. Nergaz.

(*Fratres Minores.*) — Rescribatur in favorem conventus Fratrum Minorum Sancti Francisci civitatis parte r. in Christo patri et d. domino Dominico, tituli Sancti Marci cardinali, dicti ordinis protectori, ut eodem fratres et conventum habere dignetur recommissos in suis negociis etc.

De pavimento de Cornavin fieri petito per vicinos, fuit conclusum quod sumptibus civitatis fiat in medio carrerie.

Martis xxiiija marcii. — Sindici quatuor ; — Nanto, Roget, Jo. de Mara, R. Nycolay, Paquet, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Jo. Goyeti.

Pro nonnullis negociis impresenciarum occurrentibus, fuit conclusum quod ad Veneris proximam evocentur I electi.

Veneris xxvija marcii. — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, Nanto, Bueti, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Anzo, A. Gule, Ny. Gentilis, Paquet, Fusserii, Fontaneis, Millanesii, Hospitis, Ballieti, Byollesii, Grassie, Nepotis, Pollerii, N. de Villario, H. pictor, Jolyti, Bachodi, Nergaz, Roget, R. Nycolay, Bessonnet, Collognier, H. Pichon, C. Colinet, P. Jo. Bruni.

(*Capitula.*) — In quorum supra presencia, perlecta extitere capitula confecta per n. Petrum de Versonnay, ad obviandum rumoribus guerre, igni et excessibus in civitate eveniendis, quod Deus advertat, utque n. sindici, vigilles et alii in eodem rotulo nominati deinceps quid facturi sint sciant, dum et quando debatam, rumorem aut guerra orientur, et ignis incendio domus devastarentur. Quibusquidem capitulis perlectis, supranominati dixerunt bene stare, et addendi addenda et corrigendi corrigenda consilio ordinario omnimodam potestatem imparciuntur, ut res ipsa suum debitum sorciatur effectum.

(*Promissio.*) — Honorabiles Henricus Pollerii et Hugo pictor promi-

serunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii ordinarii super eorum differentiis etc., sub pena duorum scutorum auri n. sindicis per partem ordinacioni obtemperare recusantem solvendorum, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(*Designarius.*) — Ibidem dictus Henricus Pollerii fuit creatus designarius sue carriere. Qui juravit in forma etc.

(*Designarius.*) — Phillibertus Davenex designarius carriere de Boulo. Qui promisit in forma etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus, pro stipendiis sibi debitis pro termino festi Sancti Johannis proxime futuri, de somma xxxv ff. parvi ponderis.

(191) *Martis ultima marcii.* — Sindici quatuor; — Nanto, Paquet, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Jo. de Mara, Lyonardi, R. Nycolay, Orsieres, Prepositi, Grueti, Roget, Bueti.

(*Prior.*) — Honestus vir Petrus Lullini, prior Sancti Glaudii creatus per spacium trium annorum. Qui juravit in forma etc.

Retineantur lapides a platheis communibus remote, minori tamen precio quo fieri poterit etc.

Veneris 3^a aprilis. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Paquet, Pecolat, Nergaz, A. Gule, Vaudo, Grueti, Borjali.

Claudatur hospitale ante ecclesiam beate Marie Magdalenes.

(*Designarius.*) — Johannes Taconis designarius carriere n. Petri Versonnex. Qui solitum prestitit juramentum.

(*Burgensis.*) — Nobilis et egregius Johannes Trollieti, ducalis celsitudinis et secretarius et magister requestarum, ac hujus civitatis vicedompnus, fuit admissus burgensis gratis. — (*Levatum est.*)

Peronete filie quondam Anthonii Daguini prohibetur, sub pena fustigationis, ne conversetur cum Boulo etc.

Martis vija aprilis. — Sindici quatuor; — Nanto, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Vaudo, Nergaz, Richardi, Pecolat, Lyonardi, A. Gule.

(*Ordinacio.*) — Visa relacione per operarios expertos super diferencia existente inter honorabiles Henricum Pollerii hinc et Hugonem pictorem inde facta, actenta submissione per partes facta, pronunciaverunt

ut in relacione continetur, partibus presentibus et dicto Hugone minime consentire volente. De quibus premissis dictus Pollierii peciit licteras testimoniales etc.; presentibus quibus supra.

De Colino Colinet fuit conclusum quod fieri faciat tornam in Arrenieris per modum n. sindicis declaratum, hinc ad Penthecostes. Et, si eodem modo faciat, detur eidem tres floreni parvi ponderis per ipsum communitati debiti.

Destinetur apud Lugdunum ad emendum salpetrum. Quo interim, fieri faciant n. sindici in hac civitate per quemdam ad hoc, ut asseritur, expertum.

Quia quidam mercator maximum numerum allabardarum vendere justo precio se obtulit, et nunc de futuro bello dubitatur, fuit conclusum quod retineantur minori precio quo fieri poterit, pro civitatis et inhabitantium comodo.

Videantur archerii et balisterii quomodo sunt muniti arcu, sagitis et aliis ad arcus et balistas necessariis, et quod sunt ad hoc experti. Et visis, aliquod donum eisdem fiat graciosum.

Cum plurima pericula nostris palam oculis jam suscitata videamus, que nisi prius ira Dei placata effugere non possimus, fuit conclusum archana ut perscrutentur et rei veritas de tantis iminentibus malis elucescat, quod, cum lictera credencie et instructionibus, prudens quis ad r. d. Lausanensem episcopum, administratorem episcopatus, destinetur.

(192) *Die Martis xiiija aprilis.* — Sindici: Levrierii, Versonnex, Burdignino; — Nanto, Roget, Richardi, Paquet, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, Jo. de Maraz, R. Nycolay, Grueti, Bueti, Rambosson.

(*Reynaudi.*) — Glaudius Reynaudi portitor porte Sancti Christophori, sub stipendiis ij florenorum parvi ponderis quolibet anno.

Fiat actestacio quomodo Jacobus Bernardi est civis Gebenn.

(*Promissio.*) — Ludovycus Bonzon promisit servire civitati, non absentare civitatem nisi a nobilibus sindicis obtenta licencia et facere salpetrum, quintale pro xij ff. Cui detur unum par calligarum precio quatuor florenorum.

(*Burgensis.*) — Guiliermus Fiaudez, filius quondam Johannis Fiaudez, mercator, Thaurinensis dyocesis, burgensis admittitur gratis.

Veneris xvija aprilis. — Sindici : Levrierii, Versonnex, Burdignino; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Richardi, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, M. Nergaz, Grueti.

(*Capitaneus n. Burdignino.*) — N. Hugoninus de Burdignino fuit electus pro capitaneo armigerorum destinandorum ad bellum contra Vallesianos ad subsidium ducalis celsitudinis et sue patrie. Qui capitaneus duplicia ut moris est percipiat stipendia, cui pro uno ocquitono siriceo liviria civitatis detur xxti floreni parvi ponderis.

Sabacti xixa [xviiia] aprilis. — Sindici : Levrierii, Versonnex, Burdignino; — Orsieres, Nanto, Bueti, Richardi, Grueti, Paquet, Lyonardi, Ro. Nycolay, Roget.

De forrerie societatis armigerorum et salteriis ejusdem societatis, fuit conclusum quod stetur ordinacioni capitanei de stipendiis dandis pro uno mense.

Quaquam illustris et magnificus dominus vicecomes¹ rescripserit civitati ad habendum artillieriam, fuit conclusum quod ipsi neque aliis nulla mutuo detur artillieria, actenta paucitate, equidem quia civitas indiget.

(*Capitaneus.*) — Quia nobilis Hugoninus de Burdignino, consindicus civitatis, electus capitaneus civitatis parte pro ductu caterve armigerorum destinandorum ad bellum contra Vallesianos, sindicatui vacare non potest, loco sui substituit Nanto qui promisit in forma etc.

Cui capitaneo coadjutor neccessitate urgente detur et non alias.

Martis xxja aprilis. — Sindici : Levrierii, Versonnex, Fernex; — M. vicedompnus, Pecolat, Roget, Maraz, Paquet, Nergaz, Prepositi, Vaudo, Grueti, R. Nycolay, Richardi, Bueti, Nergaz, Lyonardi, Byollesii, castellanus.

Hii qui mutuo pecunias civitati concesserunt : Cornaz, Vuarambert, Gonrart.

Fiant processiones causante guerra que, nisi Deus advertat, nobis paritura est dolores plurimos.

¹ François de Luxembourg, vicomte de Martigues, commandait l'armée savoyarde réunie à Evian contre les Valaisans. — Voir Guichenon, *Hist. de Savoye*, éd. Lyon, 1660, p. 621.

(193) *Mercuri xxija aprilis.* — Sindici : Levrierii, Versonnex, Fernex, Nanto loco Burdignini, in claustro Sancti Petri; — Roget, Bessonet, Jo. Taconis, Balliet, A. patisserius, Richardi, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Byollesii, Bachodi, Prepositi, S. Byollesii, Lyonardi, Maraz, B. Genodi, H. Fontaneis, H. Pollerii, A. Millanoys, A. Fonte, Leamont, Jolyti, P. Poterelli, Pecolat, H. pictor, Pensabini, Cadodi, F. barbitonsor, Grassie, Hospitis, Morens, C. Colinet, Collognier, Papriaux, Jo. de Paris, Ja. Nepotis, N. Gentilis, H. Ferraz, Jo. Balli, Vuarambert, Tombetus Christini, Lyonardi, Gonrard.

Die suprascripta post meridiem, consilium celebratum extitit, in quo interfuerunt supranominati et sermo extitit factus de rebus suprascriptis.

Et primo, expositis oneribus civitatis impresenciarum occurrentibus quibus, minori tamen incomodo, phas est providere et, pro tantis oneribus supportandis, pecunias reperire, fuit conclusum, nemine discrepante, quod super vino venali gabella imponatur, et unusquisque pro floreno quartos sex solvere teneatur. Et vini gabella ut preest ab omnibus vinum vendentibus exigatur spacio trium annorum proximorum.

(*Rotuli.*) — Fuere in quorum supra presencia rotuli expediti quorum interest, de et super custodia plathearum communium et portarum civitatis confecti, ne quis in bene agendo ignorancie causam allegare possit.

De monstris, fuit conclusum quod anno singulo fiant, die Martis Pasche. Et fiat unus liber in quo capita domorum scribantur, et intersint divites duobus aut tribus associati secundum ipsorum facultatem.

(*D. de Boysie.*) — Fiat responsio domino de Boysie artillieriam tradi non debere et sic fuisse conclusum, et rescribatur d. vicecomiti graciose.

Veneris xxiiija aprilis. — Sindici quatuor; — Roget, Paquet, Pecolat, Vaudo, A. Gule, Nergaz, R. Nycolay.

Fiant cride de choreis, tympanis, fumis, carreriis publicis et aliis neccessariis.

Martis xxviija aprilis. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, Richardi, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Pecolat, Lyonardi, A. Gule, Prepositi, M. Nergaz.

(*Mandatam levatum.*) — Fiat mandatam Anthonio Lyonardi, pro-

curatori civitatis quoad causas duntaxat, de somma xx^{ti} florenorum parvi ponderis, pro duobus annis novissime lapsis et finitis xxvj^a hujus.

Destinetur apud r. d. Lausanensem episcopum, pro gabella vini obtinenda r. Anthonius Richardi, cum minuta impositionis gabelle et lictera credencie.

Rescribatur illustri et magnifico d. vicecomiti super victualibus et aliis per ipsum sindicis rescriptis; et destinetur Galliardi ut de novis guerre Vallesie veritas illuscescat.

Veneris prima maii. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, Richardi, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Pecolat, Lyonardi, A. Gule, Prepositi, Nergaz.

(Pestis.) — Claudantur porte morbo pestifero infectorum in casum in quem exire recusent, eciam et hospitalia civitatis.

(194) *Martis quinta maii.* — Sindici: Versonnex, Fernex, Nanto; — Bueti, Lyonardi, Vaudo, A. Gule, Grueti, Paquet, Nergaz, Borjali, Roget, Pecolat, Prepositi.

De pignoribus levatis habentibus fimum ante domos eorum, formam cride insequendo, conclusum extitit quod Falquet et alii quorum pignora fuere levata solvant tres solidos monete pro penis spretis.

Reperiantur due probe mulieres et unus homo qui habeant mondare domus infectas sumptibus illius qui morbo pestifero erit infectus, et reperiendi impartitur licencia Jo. Nergaz.

Particulariter strate publice admodientur, civitatis pro comodo.

(Admodiatio.) — In quorum supra presencia, prenominati n. sindici admodiaverunt Johanni Bellecefsz platheam pontis Rodani cum quadam parva carreria prope ecclesiam Fratrum Predicatorum Palacii, precio viginti unius solidorum, spacio unius anni hodie incohandi, solvendum terminis assuetis, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

Visis binis licteris per n. Hugoninum de Burdignino, nuper capitaneum caterve hujus civitatis, fuit conclusum quod eidem fiat responsio, equidem super pecuniis per socios dicte civitatis petitis.

Veneris viija maii. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, Richardi, A. Gule, Vaudo, Grueti, Paquet, Prepositi.

Intrentur thesaurario lxxvj floreni et septem grossi pro causis in rotulo descriptis.

Martis xija maii. — Sindici quatuor; — Bueti, Richardi, Grueti, Vaudo, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Lyonardi.

(Admodiatio.) — In quorum supra presencia, plathea Longemalez fuit admodiata Johanni Ruphi per nobiles syndicos modernos, unacum terrali ante hospiciam Oliphantis et usque ad dictum hospiciam, spacio trium annorum hodie incohandorum et simili die finiendorum, precio duorum florenorum parvi ponderis pro singulo anno, solvendum terminis assuetis. Promictentes ipse partes etc., cum renunciacionibus et aliis clausulis opportunis etc.

(Admodiatio.) — Equidem plathea Molaris admodiata fuit Henrico Pollerii per spacium unius anni hodie incohandi etc., precio septem florenorum parvi ponderis solvendum terminis assuetis; promictentes etc., cum renunciacionibus opportunis etc.

(Admodiatio.) — Plathea ante portam Sancti Anthonii et terrale civitatis admodiata fuere Jacobo Guilliocti per spacium trium annorum hodie incohandorum etc., precio sex grossorum monete pro singulo anno, solvendum terminis assuetis; promictentes etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

(Galliardi.) — Galliardi, exactor erragiorum, suum reddat computum, et reddito intrabuntur expense facte eundo apud Ede, licteras missivas portaturus illustri et magnifico vicecomiti et equidem capitaneo nostro.

(Mandatum.) — Vigilibus fiat mandatum pro mense novissime lapso de somma ix florenorum parvi ponderis, die octava hujus finito, et abinde pro quolibet mense floreni decem dentur quousque expellantur ab officio expulsionis infectorum.

(Mandatum.) — Fiat mandatum egregio Anthonio Richardi de somma xiiij ff. vj g., pro causis in rotulo descriptis etc.

(De monetariis.) — Prosequatur causa contra monetarios, et viriliter contra eosdem instetur, et, licteris per eosdem impetratis non obstantibus, excubias faciant seu fieri faciant aliorum civium et burgencium more, ne in consequenciam trahatur.

(195) Admodiatio gabelle seu impositi vini venalis.

Anno Domini m^o quingentesimo sexto, indicione ix^a cum eodem anno sumpta, et die Martis duodecima maii, factis proclamacionibus debitis per preconem civitatis, in claustro Sancti Petri Gebenn., candela incensa et inde extincta, ut moris est, nobiles Petrus Levrierii, Petrus Versonnex et Petrus de Fernex, consindici et sindicario nomine civitatis, admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt impositum seu gabelam vini venalis et malvatici cum pertinenciis solitis, cum honore et onere assuetis, ovaliis equidem assuetis et non assuetis, honorabili viro Colino Chicandi, presenti etc., tanquam plus offerenti, ad et per unum annum integrum die Lune decima octava hujus mensis maii inchoandum et simili die finiendum anno prius revoluto, ad exigendum more denariorum fiscalium, sub firma duorum millium florenorum parvi ponderis, solvendorum quinque centum florenos de tribus mensibus in tribus mensibus usque ad complementum solucionis dictorum duorum millium florenorum, in manibus receptoris dicte communitatis qui nunc est et qui pro tempore fuerit. Et, unusquisque vinum vendens eidem admodiatori solvere teneatur pro quolibet floreno, videlicet sex quartos monete, et quolibet quarlato mal[v]atici viij solidos monete. Promittentes ipse partes, et dictus Chicand equidem ydonee cavere Veneris proxima, unacum dampnis etc.; submittentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in eodem claustro, presentibus ibidem Stephano Jolyti et Anthonio Millanesii, testibus ad premissa vocatis et rogatis etc.

(Caucio.) — Anno et indicione in suprascripta admodiacione descriptis, et die Veneris decima quinta mensis maii, in mis subsignati etc., personaliter constitutus honorabilis vir Anthonius Pecolat, civis Gebenn., qui, informatus de contentis in suprascripta admodiacione descriptis, equidem ad requisicionem Colini Chicandi, admodiatarii, promisit, ejus medio juramento et sub expressa obligacione bonorum suorum mobilium et immobilium etc., et ipsi Colinus et Pecolat et ipsorum quilibet principaliter et insolidum, sommam in eadem admodiacione descriptam, terminis in eadem exaratis, in manibus receptoris emolumentorum dicte communitatis solvere, et ipse Colinus eundem Pecolat ab hujusmodi fidejussione indempnem et illesum servare, renuncians etc., ipse Pecolat juri dicenti principalem prius fore conveniendum

quam fidejussorem etc., cum et sub aliis promissionibus et renunciacionibus ad hoc opportunis que hic pro expressis habeantur. Datum Gebenn. in conventu Fratrum Minorum et in aula bassa dicti conventus, in qua tunc consilium celebratum extitit, die Veneris decima quinta maii [anno] m^o quingentesimo sexto; presentibus ibidem honorabilibus viris Francisco de Leamon et Glaudio Pensabini, testibus ad premissa vocatis et rogatis etc. Montyon.

Die xv^a maii, Veneris. — Sindici: Levrierii, Versonnex, Fernex, Nanto; — Nergaz, Vaudo, Roget, Pecolat, P. Taconis, Grueti, G. Diamanterii, Fonte, Fusserii, N. de Fernex, Grassie, Jo. Luppi, P. Poterelli, P. Pollerii, Jolyti, Perrinus Jo. chausaterius, Pensabini, A. Millanoys, C. Chicandi, A. patisserius, Ja. Nepotis, Navis, Vandelli, Bueti, Rambosson, Papriaux, (P. Pollerii,) P. Jo. Bruni, Jo. Nergaz, Vuarambert, (P. Poterelli,) Migardi, Jo. Sept, Ja. apothecarius, M. Nergaz, B. Genodi, Borjali, Lyonardi, H. pictor, Jo. de Mara, Paviez (?), Collonier, Tallichet, (Lyonardi,) Cadodi.

In quorum supra presencia et plurimorum aliorum, in aula Fratrum Minorum Rippe, consilium fuit celebratum in quo, inter cetera, nobilis et egregius Petrus Levrierii proposuit quod, quanquam in consilio generali in claustro Sancti Petri Gebenn. celebrato (196) extiterit conclusum, nemine discrepante, quod artillieria civitatis ab eadem non extraheretur, sed custodiretur pro preservacione ejusdem, quoniam erat pauca et non sufficebat pro municione duarum turrium, requisicione per illu. d. vicecomitem facta de hujusmodi artillieria non obstante, licteris missivis per ipsum illu. vicecomitem n. sindicis transmissis testantibus, hiis tamen non obstantibus, dictus vicecomes, ad habendum artillieriam, ad hanc civitatem dominum de Boysie cum lictera missiva n. sindicis directiva destinavit. Qui dominus de Boysie ab eisdem sindicis artillieriam peciit pro defferendo ad eundem vicecomitem pro subvencione et subsidio illustrissimi domini nostri Sabaudie ducis, cujus dictus vicecomes armigerorum est locumtenens, et artillieria, periculis eminentibus, indigeat. Quamobrem, an artillieriam mutuo dare aut retinere prout conclusum extitit debeamus, unusquisque sue mentis conceptum reserare velit, advertentes in obsequiis seu serviciis dicto illu. d. duci factis quousque, tam in victualibus quam hominibus armigeris numero

sexviginti vel circa civitatis parte, qui, in adiutorium dicti ducis, iter suum ad bellum contra Vallesianos hiis diebus non longe exactis arripuerunt, non quidem sine maximis expensis et sumptibus per civitatem supportatis. Et, si artillieriam nunc tradere recusent, ea omnia servicia reddentur infructuosa, nulliusque valoris et momenti. Et, hiis auditis, et, vocibus prius per unumquemque emissis, conclusio talis fuit quod sex pecie artillierie mutuo tradantur et necessariis muniantur, ut saltem, serviciis hiis actentis, civitas hec per ipsum illu. dominum Sabaudie ducem prothegatur et ab omnibus, Deo duce, thueatur adversis. Et fiant alie pecie artillierie loco artillierie mutuo tradite.

Dentur magistro Johanni de Paris et Hectori de Rages, pro eundo apud Aquianum ad ipsum dominum vicecomitem, unicuique floreni sex seu quatuor, et minori incomodo quo fieri poterit. Quiquidem sibi et aliis ad eorum mi[ni]sterium necessariis civitatis sumptibus muniantur.

Honorabilis Anthonius Pecolat apud dictum dominum vicecomitem ire debeat cum lictera credencie et instructionibus.

Nobilis Ludovycus de Lestelley, receptor generalis hujus civitatis, hodie hora fere sexta post meridiem civitate relicta apud Edye ivit cum pecuniis sociis bende civitatis distribuendis pro mense proximo futuro.

Martis xix^a maii. — Sindici quatuor; — Roget, Pecolat, Richardi, Vaudo, Borjali, A. Gule, Grueti, Paquet, Lyonardi, Nergaz.

Honorabilis Anthonius Pecolat, civis Gebenn., regressus a magnifico domino vicecomite Marticii, retulit que peregit cum eodem; sed, quia eidem vicecomiti facta fuit sinistra informacio, responsionem nullam bonam obtinere potuit, nec eundem audire voluit.

Johanni de Paris, Hectori de Rages et orige unicuique detur quatuor floreni.

Veneris xxij^a maii. — Sindici quatuor; — Richardi, Bueti, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, M. Nergaz.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario xvj ff. vj gr. pro causis in rotulo descriptis.

(Rambossonis.) — Fiat una vestis ma[g]istro Rambosson livria civitatis, cui detur civitatis parte pro laboribus per eundem sumptis, eciam Dei amore et pietatis inthuitu.

(Burgensis.) — Petrus filius quondam Petri Chauvet, de Sancto Moncello, sellierius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Loyset suum perficiat opus et perfecto condigna eidem de labore suo fiat satisfacio.

(197) Die Martis xxvja maii. — Sindici quatuor; — Nanto, Bueti, Richardi, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, Nergaz, Borjali, A. Gule, Roget. *(Balisterii.)* — Rex balistariorum burgensis gratis admictatur et regum aliorum, anno durante, utatur privilegio.

(Tonduz.) — De Tonduz qui, relacione n. Hugonini de Burdignino, capitanei armigerorum societatis civitatis, servivit eidem civitati fideliter, conclusum exitit quod non admictatur de burgensium numero, ne trahatur in consequenciam, sed franchisesia civitatis gaudeat ac si esset burgensis.

(Falquet.) — De edificio super communi per Falquet, apothecarium, facto, fuit conclusum quod visitetur locus et deinde provideatur tenorem franchisesie insequendo.

Rutisseria subtus Ala existens seu cabaretus proclametur et plus offerenti expediatur.

(Burgensis.) — Honestus vir Bartholomeus filius Johannis Salomonis, Parisiensis, aurifaber, burgensis admissus gratis.

Die Veneris xxix^a maii. — Sindici quatuor; — m. vicedompnus, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Byollerii.

(De cabanis.) — Fiant cabane prope aquam Areris et super prato Colini Colinet et aliorum vicinorum, ipsi prius de preysiis satisfacto.

Fiant cride de infectis et aliis per consilium generale celebrandum.

Martis 2^a jgnii. — Sindici: Versonnex, Burdignino, Levrerii; — Nanto, Roget, Grueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, A. Gule.

Quia Johannes de Paris multos pro civitate, artillieriam reducendo ab Aquiano, sumpsit labores, fuit conclusum quod eidem detur duo floreni parvi ponderis.

(Artillieria.) — Fiant due pecie artillierie duntaxat pro principio, per

illum magistrum qui dicit se fore expertum ad componendum artillieriam, et, experto, in majori quantitate fiat artillieria pro munitione turrium civitatis.

Veneris v^a jugnii. — Sindici : Levrierii, Versonnex, Burdignino; — Paquet, Nanto, Lyonardi, Nergaz, Bueti, Grueti, A. Gule, Jo. de Maraz, Vaudo.

(De macellariis.) — Die v^a mensis jugnii, anno Domini m^o quingentesimo sexto, indicione ix^a, macellarii subscripti promiserunt servire civitati toto anno durante, vendere videlicet libram muthonis omnibus emere volentibus septem den., et boum trium fortium, omni excusatione cessante. Nomina macellariorum : Primo Johannes Rosseti, de Villario, Ludovycus Durandi, Glaudius Barme, Jacobus Sermodi, Rolletus de Gerdilli, Petrus Jacodi, Amedeus Thome, Petrus Pastoris, Glaudius Chambet, Franciscus Mercerii, Hudricus Volandi, Johannes de Gerdilli junior.

Fiant cride contra inhobedientes morbo pestifero infectos.

(198) *Die Martis ix^a jugnii.* — Sindici : Versonnex, Burdignino, Levrierii; — Nanto, Paquet, Pecolat, Vaudo, R. Nycolay, A. Gule, Nergaz, Bueti, de Mara, Grueti, M. Nergaz.

In quorum supra presencia, consilium celebratum extitit in cappella illorum de Rotulo, et nunc liberorum strenui militis domini Brandicii.

(Burgensis.) — Jacobus filius quondam Camelli Emynini, de Dalphinatu, basterius, burgensis creatus extitit pro viij ff.

Appunctuamentum de archeriis seu architenentibus jam factum insequendo, conclusum fuit quod eisdem floreni octo dentur super uno burgensi percipiendi.

De Baudichon, petente sibi detrahi xv florenos quondam n. Johanni Turci, ut asserit, solutos, fuit ordinatum quod, si constet de solutione eidem facta, detrahantur, alias non.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Amedeo de Bellomonte pro decem pagnis pagni rubei de Byannaz, pro ocquethonis sociorum ad bellum civitatis parte ad subvencionem illu. d. Sabaudie ducis destinatum contra Valleysianos, de somma centum et xxx ff. parvi ponderis.

Cabane prope aquam Areris et in locis minus dampnosis equidem in

prato de Bellecefz, si velit consentire, fiant, in quibus de epidimia infecti se retrahere debeant omni semota difficultate.

Johannes Surdi suam in domum reddeat.

Veneris xija jugnii, in conventu Fratrum Minorum consilium fuit tentum, in quo interfuerunt sindici : Levrierii, Versonnex, Burdignino; — Pecolat, Nanto, Nergaz, Jo. Maraz, Lyonardi, Ro. Nycolay, Vaudo, Grueti, Paquet, Bueti, A. Gule.

Nycodus Gueynet, Theveneta, ejus uxor, et Guigona, relicta Stephani Marchiandi, promiserunt super sanctis Evvangeliis domos infectas mundare et suum officium fideliter exercere, precio triginta solidorum pro quolibet mense et pro quolibet, et duorum solidorum die qua stabunt in mundando domos infectas.

Martis xvja jugnii. — Sindici : Versonnex, Levrierii, Nanto; — Pecolat, Vaudo, Nergaz, Ro. Nycolay, A. Gule, Bueti, Nergaz, Prepositi, Lyonardi, Jo. Mara.

Navis, procurator patrimonialis illu. et r. d. nostri Gebenn. episcopi, solvat introgium bossetarum vini, ne trahatur in consequenciam.

De causa existente inter n. Petrum Versonnex, modernum consindicum, et Andream Gervasii, assertum monetarium, fuit conclusum quod civitatis sumptibus prosequatur, cum ea que fecit, suum exercendo officium fecit.

(199) *Veneris xixa jugnii.* — Sindici quatuor; — Orsieres, Vaudo, Pecolat, Nanto, Nergaz, Mara, Bueti, Prepositi, A. Gule.

In consilio ordinario tento in conventu Palatii, in aula ejusdem conventus, suprascripti interfuerunt.

Pro temporis indisposicione, fiant processiones ut Deus, cui omnia sunt apperta, nobis largiri dignetur que anime et corpori prosunt.

Martis xxij jugnii. — Sindici quatuor; — Roget, R. Nycolay, Pecolat, Grueti, Nergaz, Lyonardi, A. Gule, M. Nergaz, Bueti, Vaudo, Nanto.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Anthonio Hospitis de somma qua-

tuor florenorum quinque solidorum cum quarto, pro suis stipendiis ad causam visitacionis piscium.

Vigilibus equidem fiat mandatum de somma xxxv florenorum pro stipendiis termini festi Sancti Baptiste.

Veneris xxvja jugnii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, A. Gule.

De Lespa et Chambet, firmariis introgii salis marini, fuit dictum quod de firma nichil reverberetur, dictis per eos non obstantibus.

Martis ultima jugnii. — Sindici quatuor; — Jo. Mara, Roget, Prepositi, Vaudo, Nanto, Grueti, Lyonardi, Borjali, Bueti, Pecolat.

Fiant due pecie artillierie pro || quibus || quarum componendis emat thesaurarius materiam.

Admodiatio salis.

Anno Domini m^o quingentesimo sexto, indicione nona cum eodem anno sumpta, et die ultima mensis jugnii, Gebennis, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis prius debitis proclamacionibus per Ludovycum Papriax, cridam communem, nobiles Petrus Levrerii, Petrus Versonnex, Hugoninus de Burdignino et Petrus de Fernex, consindici civitatis Gebenn., admodiaverunt egregio Petro Bertheracti, presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet introgium salis marini et salsagonum, per unum annum integrum die crastina incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, cum honore et onere assuetis et supportari solitis, sub firma quinque centum et quinque florenorum parvi ponderis, quos solvere promittit etc. terminis assuetis, in manibus receptoris emolumentorum civitatis qui est et qui pro tempore fuerit etc.; cum dampnis etc.; promictentes ipse partes, videlicet sindici sindicario nomine manutenere, et ipse Petrus solvere etc.; submictentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn., in eodem claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem honestis viris Michaele Lyonardi et Guilliermo Bocard, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Montyon.

Caucio gabelle vini.

Anno et indicione quibus supra proxime, et die ultima jugnii, in claustro Sancti Petri Gebenn., personaliter constitutus Colinus Chicandi, firmarius gabelle vini principalis, et, ad ipsius requestam, Roletus Nycolay, ejus fidejussor et principalis insolidum promictunt solvere in manibus receptoris moderni civitatis et qui pro tempore fuerit, sommam duorum millium florenorum, in instrumento per me recepto mencionatam, terminis in eodem descriptis; cum dampnis etc.; submictentes se etc.; renunciantes juri dicenti etc. Et idem Colinus promittit servare eundem indempnem etc. Actum in eodem claustro, presentibus quibus supra.

Montyon.

(200) *Veneris 3a jullii.* — Sindici : Levrerii, Versonnex, Fernex; — Nanto, Roget, Pecolat, Lyonardi, R. Nycolay, Vaudo, M. Nergaz, Grueti, A. Gule, Bueti.

(*Firmarii.*) — Firmarii introgii salis de somma vjc et xl florenorum parvi ponderis petentes sibi quicquam detrahi ad causam guerre patrie Vallesii, asserentes hoc fuisse ovalium ob quod de jure tenentur, prout per legum doctores clare poterit apparere, fuit conclusum quod Martis proxima per doctores hujusmodi materia discussiatur.

(*Mandatum vigilibus.*) — Fiat mandatum vigilibus de somma x florenorum parvi ponderis pro uno mense novissime lapso hodie finito, pro laboribus sumptis expellendo infectos a sanorum consorcio.

(*Girodi.*) — Petrus Girodi recusavit cridis obedire die ultima jugnii, cujus racione n. Petrus Levrerii et Burdignino pecierunt licteras testimoniales, ipsis ante domum habitacionis sue existentibus.

Martis vija jullii. — Sindici quatuor; — Pecolat, Roget, Prepositi, Lyonardi, Vaudo, Nanto, Grueti, Bueti, Ro. Nycolay, Balli, Curteti, Danelli.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Tyollie, macellarius, de Corsiez, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Fornerii de somma vj ff. parvi ponderis, pro causis in rotulo etc.

(*Mandatum.*) — Equidem fiat mandatum Petro Falqueti de somma novem florenorum et trium solidorum, pro causis in rotulo exaratis.

Caucio introgii salis.

Anno Domini m^o quingentesimo sexto, indicione nona cum eodem anno sumpta, et die septima mensis jullii, personaliter constitutus providus vir Petrus Bertheracti, notarius, firmarius introgii salis, principalis, cavet ad ejus preces et requisicionem de solvendo sommam v^c et quinque florenorum parvi ponderis in instrumento admodiacionis per me recepto descriptorum, per providos Glaudium Lespa et Aymonem Chambet, presentes et ipsorum quemlibet insolidum, quos idem firmarius promittit servare indemnes; promittentes ipse partes terminis assuetis solvere etc. et n. sindici manutenere; submittentes etc.; renunciantes etc. juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc., epistole domini divi Adriani etc. Actum Gebenn., in aula consilii, anno et die premissis, presentibus ibidem providis Michaele Lyonardi et Johanne Bueti, testibus ad premissa vocatis et rogatis etc.

Montyon.

Veneris decima jullii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, Pecolat, R. Nycolay, Grueti, M. Nergaz, Lyonardi, Vaudo, Jo. Mara.

(*S. d. Chivallerii.*) — Dentur s. utriusque juris doctori domino Chivallerii, pro laboribus sumptis visitando processus et instrumenta civitatis parte, videlicet iij ff.

Filius Martignie, moram trahens Bone, solvat xx solidos et solutis cancelletur, et de libro in quo burgensium nomina scribuntur deleatur, et franchises civitatis amplius non gaudeat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Falqueti, apothecario, de somma iij ff. ij g. vj d.

(201) *Martis xiiija jullii.* — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, Pecolat, Vaudo, Nanto, Lyonardi, R. Nycolay, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Meynens, de Alberes, chappellerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Quinque patisserii, privati per tres menses, maneant sine coquendo panem donec tribus mensibus lapsis.

Veneris xvij jullii. — Sindici: Levrierii, Versonnex, Fernex; — Pecolat, Roget, R. Nycolay, Vaudo, Borjali, Nergaz, Lyonardi, Nanto, Bueti, Prepositi.

(*R. d. Goyeti.*) — Detur r. d. Filliaci, vicario episcopatus Gebenn., videlicet triginta floreni parvi ponderis, pro gratis serviciis per ipsum civitati impensis.

(*R. Lausanensis.*) — R. in Christo patri et domino d. episcopo Lausanensi civitatis parte detur unus gubelletus argenti usque ad tres marchos argenti fini, quia pro urgentibus necessitatibus in civitate occurrentibus fuit sue voluntatis ut super vino venali gabella imponeretur per triennium.

Martis xxja jullii. — Sindici quatuor; — s. d. Chivallerii; — Roget, Mara, R. Nycolay, Pecolat, Vaudo, Borjali, Lyonardi, Prepositi, m. vicecomptus, Byollesii.

Macellarii pugnantur ad formam cride et edicti facti.

Veneris xxiiija jullii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Mara, Grueti, R. Nycolay, Pecolat, Vaudo, M. Nergaz, Bueti, Prepositi, Borjali, Lyonardi.

De Parvo Johanne, chausaterio, petente impartiri licenciam domum suam ingrediendi ante quadraginta dies, fuit conclusum absolute quod remaneat extra civitatem adhuc spacio xv dierum, obstante edicto super peste et infectis facto cui obtemperare volunt, et unicuique, divitibus atque pauperibus, servetur inconcusse.

Martis xxviija jullii. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, Mara, Grueti, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz.

Nonnulli regimen bastubarum habentes petunt impartiri licenciam calefaciendi bastubas, ut vitam inopem lucrari possint. Quibus fuit facta responsio supersedere debere quousque imparciatur licencia, ut periculis eminentibus ad causam pestis horrende obvietur.

(*De capella.*) — Quia r. d. de Rossillione, canonicus Sancti Petri Ge-

benn., nititur quandam capellam super communi pro majori parte edificari facere, fuit conclusum, majorem insequendo oppinionem, quod edificium fiendum tollatur et in terram prosternatur. Et contra ipsum, si quicquam petere velit, juris via procedatur.

(202) *Veneris ultima jullii.* — Sindici : Levrierii, Fernex; — Nanto, Roget, Bueti, Jo. Mara, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Jo. Nergaz, Pecolat, Lyonardi.

(*Admodiatio.*) — Prenominati nobiles sindici sindicario nomine tradunt in admodiacionem magistro Nycodo Ponceti, centurario, principali, et Jacobo Goctrosii, unam archam existentem ante Dominam Nostram pontis Rodani, spacio trium annorum hodie incohendorum etc., precio trium florenorum solvendorum secundum bonos usus etc.; promittentes etc.; renunciantes etc.; presentibus quibus supra.

Martis quarta augusti. — Sindici : Levrierii, Burdignini, Fernex; — Nanto, Roget, Prepositi, Vaudo, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, Bueti.

(*Burgensis.*) — Aymo filius quondam Johannis Medici, de Charlie, chappellerius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Septima augusti. — Levrierii, Burdignino, Fernex; — Lyonardi, Pecolat, Nergaz, Bueti, Vaudo, Grueti, R. Nycolay, M. Nergaz.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Michaeli de Pane de somma xvij florenorum, pro causis in rotulo etc.

In causa n. sindicorum et communitatis Gebenn. contra dominum de Rossillione, eliguntur pro advocatis s. d. Sucheti et Millieti.

Martis xja augusti. — Sindici : Levrierii, Burdignini, Fernex; — Roget, Bueti, Nanto, Richardi, Mara, R. Nycolay, Nergaz, Borjali, Vaudo, Grueti, Lyonardi.

(*Custos vinearum.*) — Petrus Ramusii, de Extrambieres, fuit creatus custos vinearum de Frontonex sub stipendiis assuetis; qui juravit in forma.

(*Cride.*) — Fiant cride de ludis quilliarum, cartarum et dacillum, ne quis presumat in carreriis et platheis communibus ludere, habito prius r. d. vicarii consensu.

Veneris xiiija augusti. — Sindici : Levrierii, Burdignini, Fernex; — Nanto, Prepositi, R. Nycolay, Nergaz, Roget, Vaudo, Lyonardi, Grueti, A. Gule, Borjali, vicedompnus, castellanus.

(*Le Picard.*) — Nobiles sindici, in domini vicedompni ejusque locumtenentis et supranominatorum presencia, consenciunt relaxacioni du Picard, cum non constet pro crimine in Insula fuisse detentum.

(*Vigilibus.*) — Audita querimonia per dominum vicedompnum Johannem Trolliet de nonnullis vigilibus, presertim de Guillermo Bocardii, Johanne Martini et Tardi, qui, nocte preterita, verba injuriosa eidem dixerunt correctione digna, fuit conclusum quod, pro ipsius injurie satisfacione, petant eidem genibus flexis veniam, et domino vicedompno placeat pro hac vice indulgere, dominorum sindicorum et consulum contemplacione; quod factum est.

(203) *Martis xviija augusti.* — Sindici : Levrierii, Burdignino, Fernex; — Roget, Nanto, Bueti, Paquet, R. Nycolay, Pecolat, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Borjali, A. Gule, M. Nergaz, Jo. Nergaz.

(*Testimoniales.*) — Nobiles sindici requirunt dominum vicedompnum ut edificium per Falquet super communi factum, franchises tenorem insequendo tollere velit et in terram prosterni facere velit. Et, de hujusmodi requisicione, licteras testimoniales, que decernuntur, presentibus quibus supra.

Veneris xxja augusti. — Sindici : Levrierii, Burdignino, Fernex; — Roget, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Pecolat, Vaudo, Nergaz, A. Gule, Bueti, Nanto, Lyonardi, M. Nergaz, d. vicedompnus, Byollesii.

Solvat thesaurarius magistro artillierie noviter composite, pro factura cujusdam pecie artillierie, videlicet xvij ff. vj s. vj d., et pro vino servitorum sex solidos.

Martis xxv augusti, in claustro Sancti Petri Gebenn. — Sindici : Levrierii, Fernex; — Vaudo, Nanto, Grueti, Lyonardi, Bueti, Pecolat, Paquet, Roget, A. Gule, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Aymonis Daussy, notarius, de Quercu, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Veneris xxvii^a augusti. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, Maraz, Grueti, Paquet, Vaudo, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, Borjali, A. Gule, Prepositi.

(*Millieti.*) — Spectabili domino Millieti florenus unus detur, pro dictamine cedulae contra dominum de Rossillione.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum balistariis et archeriis de somma sex florenorum parvi ponderis, unicuique ipsorum sex.

Martis prima septembris. — Sindici quatuor; — Roget, Nanto, Bueti, Paquet, Prepositi, A. Gule, Nergaz, R. Nycolay, Lyonardi.

(*Carronerius.*) — De carronerio petente sibi dari firmam sue admodiacionis, causante peste qua anno presenti percussus extitit, fuit conclusum quod in exactione firme supersedeatur pro modico tempore.

Evocentur ad Veneris proximam reges balistariorum, archeriorum seu architenencium et collovinariorum, quibus prohibea(n)tur ne vogas de proximo fiendas apud Monthouz innire, debati commovendi gracia, presumant, obstante equidem lictera per illu. d. ducem n. sindicis et consilio directa.

Claves porte Sancti Anthonii remictuntur Petro Roz, qui iuravit in forma etc.

(204) *Veneris quarta septembris.* — Sindici: Versonnex, Burdignin, Fernex; — Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, A. Gule, Pecolat, Nergaz, R. Nycolay, Jo. Nergaz, Borjali.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus de somma ix florenorum parvi ponderis, pro uno mense novissime lapso hodie finito pro visitacione epydimie morbo infectorum.

Quia in hac civitate Gebenn. nonnulli excessus, divisiones et parciatitates fuere facti et perpetrati, prout ad illustrissimi domini nostri Sabaudie ducis pervenit aures, sua testante lictera n. sindicis, consulibus et toti communitati transmissa, fuit conclusum quod eidem rescribatur, et fiat responsio consilio r. d. Filliaci, cui, necnon magnifico baroni Viriaci, rescripsit super excessibus et hujusmodi divisionibus ducalis celsitudo.

Cridetur pondus bladi et plus offerenti expediatur Lune proxima, ut moris est.

Martis viii^a septembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Lyonardi, A. Gule.

Arbor de qua conqueritur Roletus Nycolay scindatur et in ignem proiciatur, actenta loci situacione.

De uxore Bufflet, fuit conclusum quod debiti sui detur pars dimidia, pietatis inthuitu et Dei amore.

Veneris undecima septembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Pecolat, Lyonardi, Vaudo, A. Gule, R. Nycolay, Nergaz, M. Nergaz, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Ansermeti de Cresto, de Acquiano, drapperius, parrochie Sancti Germani, burgensis creatus pro et mediantibus videlicet x ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Nycodi Nye, de Sintrie, excoferius, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

Admodiacio ponderis bladi.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, indicione ix^a, et die nona mensis septembris, factis debitis proclamacionibus per preconem communem civitatis, in claustro Sancti Petri, candela incensa et deinde extincta, ut moris est, nullus compertus est qui tantum dare vellet de pondere bladi cum pertinenciis ejusdem quantum honestus vir Petrus de Cresto, expinguerius et burgensis civitatis, qui de ipso pondere cum pertinenciis ejusdem se daturum obtulit centum et quinque florenos parvi ponderis. Et, hiis gestis, nobiles Petrus Versonnay, Hugoninus de Burdignino et Petrus de Fernex, consindici dicte civitatis, et Petrus de Sancto Germano pro illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principi, ipsum pondus bladi cum pertinenciis ejusdem expediverunt et admodiaverunt prenominato Petro, presenti, etc., tanquam plus offerenti etc., per unum annum integrum die decima septima mensis augusti novissime lapsi incohatum et simili die finiendum anno prius revoluto, solvendo terminis assuetis dictos centum et quinque florenos parvi ponderis in manibus receptoris episcopatus et moderni civitatis et qui pro tempore fuerint etc.; promictentes ipse partes etc.; renunciantes etc. Actum in dicto claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem Francisco Gal-

lesii et Jacobo Cocheti, burgensibus civitatis, testibus ad premissa astantibus, vocatis et rogatis.

Montyon.

(205) *Martis xv^a septembris.* — Sindici : Versonnex, Burdignino, Fernex ; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Mara, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Borjali, A. Gule, Prepositi.

(*Mandatum.*) — Vigilibus fiat mandatum de somma x florenorum parvi ponderis, pro pulsacione grosse campane, ut moris est.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Petri de Loyen, marescallus, de Mynciaco, parrochie Sancte Crucis, burgensis creatus pro viij ff.

Fiat mandatum Amedeo de Bellomonte de somma ducentum et quadraginta quatuor florenorum parvi ponderis, pro pagnis per ipsum venditis ad induendum socios ad bellum destinatos contra Vallesianos civitatis parte ad subsidium illu. domini nostri Sabaudie ducis etc.

(*Caucio.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, honestus vir Petrus de Cresto, firmarius ponderis bladi, cavet de solvendo centum et quinque florenos parvi ponderis in admodiacione suprascripta descriptos per honestum virum Petrum Rosseti, macellarium, et Petrum de Cresto, expinguerium, presentes, qui et ipsorum quilibet principaliter et insolidum promictunt solvere summam suprascriptam, sub obligatione bonorum suorum etc., terminis assuetis etc.; et ipse de Cresto principalis eosdem fidejussores indempnes servare, cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis etc.

De fimis in stratis publicis existentibus, fuit conclusum quod serventur cride super hoc confecte, et obedire recusantes pugniantur.

Veneris xvii^a septembris. — Sindici quatuor ; — Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Vaudo, Pecolat, Nergaz, Borjali, A. Gule, Lyonardi.

De mercatoribus qui civitati mutuo pecunias dederunt, petentes condignam ut equitati congruit fieri satisfacionem, fuit conclusum quod fiat eisdem sumptibus civitatis satisfacio.

Feudum domini Grangie communitati contiguum terminetur ad evitandum omnem materiam questionis.

Martis xxij^a septembris. — Sindici quatuor ; — P. Orsieres, Nanto, A. Gule, G. de Vaudo, Jo. Nergaz, A. Pecolat, A. Lyonardi.

Petrus Falquet promisit stare ordinacioni Jo. Nergaz, R. Nycolay et Amedei Gule pro parte sua electorum, et aliorum civitatis parte eligendorum.

(*Burgensis.*) — Glaudius Bruni, filius quondam Lamberti Bruni, de Alamonía, parrochie Sancti Leodegarii, marescallus, fuit burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius quondam Johannis Rion, de Lausana, affanator, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(206) *Veneris xxv^a septembris.* — Sindici quatuor ; — Orsieres, Roget, Nergaz, R. Nycolay, Grueti, Pecolat, Lyonardi, A. Gule, (Jo. Nergaz,) Prepositi, M. Nergaz.

De pagnis Burgondie quorum pretextu porrecta fuit supplicacio contra nonnullos mercatores qui, ut asseritur, obviam mercatoribus vendentibus pagnos usque ad Saconetum Parvum [eunt] caristiam ponendo, fuit conclusum quod sumantur informaciones.

Visa et perlecta lictera missiva per dominum Michaellem de Sancto Syriaco, canonicum Lausane, pro nonnullis secretis, utque ipsius domini Michaelis perscrutentur archana, destinetur apud Lausanam Anthonius Pecolat cum lictera missiva.

Martis xxix^a septembris. — Sindici quatuor ; — Roget, Ro. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Pecolat, Lyonardi, Jo. Maraz, A. Gule, Prepositi, Nergaz, Orsieres.

Visis lictera missiva et capitulis ad causam nundinarum confectis per dominum Michaellem de Sancto Syriaco, per honorabilem Pecolat transmissis, auditis equidem verbis per r. d. Sancti Victoris n. sindicis prolati, fuit conclusum quod, in hujusmodi negocio supersedeatur usque ad adventum dicti r. d. Sancti Victoris.

Veneris secunda octobris. — Sindici : Versonnex, Fernex ; — Roget, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Prepositi, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, M. Nergaz.

De verbis injuriosis per magistrum Humbertum in personas vigillum prolatis, fuit conclusum quod sumantur informaciones.

Martis quinta [sexta] octobris. — Sindici: Versonnex, Fernex, Burdignini; — Orsieres, Roget, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Jo. Nergaz, Nanto, Grueti, Maraz, M. Nergaz, Ro. Nycolay, (Paquet), A. Gule, Prepositi (*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Petri Ratel, junior, parrochie de Massongiez, affanator, parrochie Magdalenes, burgensis creatus pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus pro somma decem florenorum parvi ponderis, et supersedeatur in expedicione mandati quousque exactam fecerint diligenciam super sibi commissis.

De monicione generali contra pillorii raptores, loquantur n. sindici domino vicario.

(207) *Veneris viija [ixa] octobris.* — Sindici quatuor; — Paquet, Lyonardi, M. Nergaz, A. Gule, Orsieres, R. Nycolay, Grueti, Roget, Maraz, Vaudo, Nanto.

Nonnulli exposuerunt reverendum fratrem Marchepalluz, sacre pagine doctorem, in gynasiis publicis tam in sacra pagina quam morali fillosophia et poetria legere velle, cui, si omnibus videbitur acceptum, stipendia detur. Hiis auditis, conclusum extitit quod pro pena et laboribus detur stipendia pro tempore declaranda.

Martis xij^a octobris. — Sindici quatuor; — H. de Nanto, G. Roget, Jo. Bueti, Paquet, A. Pecolat, Vaudo, Grueti, A. Gule, Prepositi.

(*Pavimentum.*) — De pavimento fiendo inter pontem Sancti Gervasii et crucem Sancti Gervasii, fiat et compellantur domus habentes ad contribuendum pro rata. Residuum fiat sumptibus civitatis.

Jana relicta Johannis Donzelli de n. Aymone Consilii, cive Gebenn., conquestus est, eo quia licteras auctoritate ducali obtinuit quarum vigore inhiberi fecit dicte Jane ne eundem molestet per curiam ecclesiasticam. Intimentur ea r. d. administratori.

Veneris xv^a [xvj^a] octobris. — Sindici: Versonnex, Burdignino, Fernex;

— Roget, Bueti, Mara, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, M. Nergaz, A. Gule, Nanto, Prepositi, Lyonardi.

Audita querimonia facta per illos de Viviaco contra dominum vicedompnum qui illos composuit ultra formam franchisesie, n. sindici petunt servari per ipsum franchisesiam quam juravit servare illesam. Qui vicedompnus dicit se paratum illas observare, justequae et sancte precedentibus legitimis informacionibus composuisse ad triginta solidos ex una et ad xv ex alia. Hiis auditis, protestati sunt de dampnis etc.; et testimoniales que decernuntur.

Martis xix^a [xx^a] octobris. — Sindici quatuor; — Roget, Nanto, R. Nycolay, Grueti, Vaudo, Nergaz, M. Nergaz, A. Gule, Lyonardi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Millanesii de somma x florenorum parvi ponderis, pro visitacione piscium venalium quadragesime etc.

Visitentur carriere publice cum fimis in eisdem existentibus et mondentur.

(208) *Veneris xxij^a octobris.* — Sindici: Levrierii, Burdignino, Fernex; — s. domini: A. Sucheti, Chivallerii; — Roget, A. Gule, Nergaz, Borjali, M. Nergaz, R. Nycolay, Prepositi.

Quia nonnulli malefactores de crimine furti intitulati in castro Insule detinentur, fuit conclusum quod examinentur et inde justicia ministretur.

Martis xxvij^a octobris. — Sindici: Levrierii, Burdignino, Fernex; — d. Chivallerii; — P. Orsieres, Nanto, Roget, Prepositi, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Jo. Nergaz, A. Gule, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Mara, Byollesii.

(*Promissio.*) — In quorum supra presencia, prenominati n. consindici, sindicario nomine communitatis, promictunt nobilem Ludovycum de Lestelley, receptorem emolumentorum predicte communitatis, servare indempnem de obligencia fienda per ipsum n. Petro Foysse ad causam confectionis bullarum leproserie Carrogie et Quercus, confratriarum civitatis, cessionis et discussionis bonorum acque confirmacionis

franchiesiarum¹; cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, presentibus quibus supra et consencientibus.

(*Jo. Balli.*) — De Johanne Balli petente et requirente per n. syndicos et communitatem causam coram sublimi cum ducali celsitudine residente consilio ventilantem inter ipsum et dominum priorem Nantuaci ad causam bonorum existencium in civitate que fuerunt quondam Petri Tissocci, apothecarii, assumi. Fuit conclusum quod eidem communicentur jura faciencia in favorem ipsius, et, pro nunc, non assumatur onus deffensionis cause. Sed, si contingat dictum Johannem condemnari, in iudicati exequucionem et in bonorum expedicionem civitas tota se opponat pro franchiesiarum manutencione. Quo interim, habeatur confirmacio franchiesiarum. Et coram iudice per suum pontificem deputando trahatur in causam ipse dominus Nantuaci.

Admodiatio alarum.

|| Anno Domini m^o quingentesimo sexto, indicione nona cum eodem anno sumpta, et die vigesima septima mensis octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis debitis proclamacionibus ut moris est, candela incensa et extincta, n. Petrus Versonnex, Petrus de Fernex et Henricus de Nanto pro n. Hugonino de Burdignino, syndici et sindicario nomine communitatis, admodiaverunt honorabili Guilliermo Dyamantarii, presenti, etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum et rivagii civitati pertinens et solitum admodiari, cum pertinenciis universis, per unum annum integrum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma ducentum et nonaginta quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis solitis; unacum dampnis etc.; promictentes etc.; renunciantes. Actum Gebenn. ubi supra, presentibus e. Petro Monathonis et Nycodo de Villario, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Montyon. ||

(*Admodiatio.*) — Ibidem prenominati n. syndici, presentibus quibus

¹ Voir une bulle du pape Jules II, en date du 31 mars 1506, confirmant les règlements établis en 1446, pour les deux maladreries, par l'évêque de Corneto; Arch. de Genève, P. H., n^o 844. Comp. M. D. G., t. I, p. 109. Les autres bulles citées ici se trouvent aux Arch. de Genève, P. H., n^{os} 832, 833 et probablement 558.

supra, admodiaverunt gribellum cum pertinenciis honorabili Petro Joly, apothecario, presenti etc., tanquam plus offerenti, precio septem florenorum parvi ponderis, per unum annum hodie incohandum et simili die finiendum etc., solvendorum terminis assuetis, cum promissionibus et renunciacionibus et clausulis opportunis etc.

(209) *Veneris penultima octobris.* — Syndici: Versonnex, Burdignino, Fernex; — Orsieres, Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Vaudo, Nergaz, Pecolat, Borjali, A. Gule, Prepositi.

(*Caucio.*) — || Ibidem et in quorum supra presencia, honorabilis Guilliermus Curti, firmarius alarum, et ad ipsius preces et requisicionem se dat et constituit fidejussor et principalis in solidum providus Henricus de Nanto, burgensis Gebenn., promictens solvere sommam ducentum et nonaginta quinque florenorum parvi ponderis in manibus receptoris civitatis etc. in admodiacione per te recepta descriptam etc.; et ipse Guilliermus eundem fidejussorem a fidejussione illesum servare; cum promissionibus et clausulis opportunis; renunciantes juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, presentibus quibus supra. ||

Martis 3^a novembris. — Syndici: Versonnex, Burdignini, Fernex; — s. d. Chivallerii; — Nanto, Roget, Bueti, Roletus Nycolay, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, Nergaz.

Fiat minuta instrumenti cessionis, et, facta, levetur petitorum dictamine.

De ponte illu. et reveren. d. n. Gebenn. episcopo pertinente, fuit conclusum quod civitas non se inmiscat.

Veneris v^{ja} novembris. — Syndici: Versonnex, Burdignini, Fernex; — Roget, Grueti, Lyonardi, A. Gule, Bueti, Paquet, Vaudo, Nanto, Pecolat, Orsieres, Nergaz.

(*De r. d. abbate Sancti Glaudii.*) — Visa et perlecta lictera missiva n. sindicis et consulibus per r. d. abbatem Sancti Glaudii transmissa, per quarum scripta constat inter cetera habere velle bona que quondam fuere Johannis Martini, in prejudicium franchisesie, fuit conclusum quod eidem rescribatur, et fiat rescriptio: franchisesie nusquam derogare velle

quas illesas, ut equitati congruit, servare et manutenere molientur n. sindici et tota civitas.

(*Promissio.*) — Egregius Johannes de Aveneriis et Glaudius Falquet ex una, et Petrus Hospitis ex alia, promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii super eorum differentiis, et ipse Johannes ratificari facere per matrem dicti Falquet etc.; presentibus quibus supra.

Martis decima novembris. — Sindici: Versonnex, Burdignini, Fernex; — Roget, Bueti, Mara, Lyonardi, Paquet, Vaudo, Pecolat, Orsieres, A. Gule, R. Nycolay, Prepositi, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Clementis Novelli, excofferius, de Rigniez, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

Guilliermus Curti eligitur in clavarium sub stipendiis Grueti dari solitis etc.

(210) Admodiacione introgii bossetarum.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, indicione nona et die undecima mensis novembris, factis proclamacionibus solitis per prece-nem communem civitatis, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., candela incensa et fonditus consumpta et extincta, ut moris est, nobiles Petrus Versonnay, Hugoninus de Burdignino et Petrus de Fernex, consindici et procuratores civitatis Gebenn., admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt introgium bossetarum vini cum pertinentiis solitis, cum honore et onere assuetis, honorabilibus viris Johanni Rubini, chausaterio, et Aymoni Chappellerii, drapperio, presentibus etc., ad et per unum annum integrum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma quinque centum et xxv^e florenorum parvi ponderis per eosdem firmarios et ipsorum quemlibet in manibus receptoris moderni et qui pro tempore fuerit solvendorum terminis sequentibus: videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, et terciam partem in proximis nundenis Pasche, et aliam terciam partem seu residuum in proximis nundenis augusti, unacum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc.; renunciantes etc.; cum clausulis opportunis. Actum Gebenn. ubi supra, presentibus ibidem providis viris Henrico de Nanto et Guilliermo Roget, testibus ad hoc astantibus, vocatis et rogatis. Montyon.

Veneris xii^a novembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Roget, Nanto, Bueti, Grueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Borjali.

(*Burgensis.*) — Ludovycus filius Termoz de Castro, de Boegio, excofferius, parrochie Magdalenes, burgensis viij ff.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, indicione nona cum eodem anno sumpta, et die decima tercia mensis novembris, in mis subsignati etc., constituti personaliter honorabiles Aymo Chappellerii et Johannes Rubini, firmarii introgii bossetarum vini, ad quorum preces et requisicionem dant et se constituunt fidejussores providus Petrus Regis pro Chappellerii et Anthonius Arbalestarii pro Rubini, et ipsorum quilibet principaliter et insolidum promiserunt solvere receptori emolumentorum civitatis, eorum mediis juramentis, et obligatione bonorum etc., sommam quinque centum et xxv florenorum parvi ponderis in admodiacione descriptam, terminis equidem in eodem admodiacionis instrumento descriptis, et ipsi firmarii indempnes servare; promictentes ipse partes etc.; submictentes eciam ad exigendum more debitorum fiscalium etc.; renunciantes presertim juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem; cum clausulis opportunis etc. Presentibus Guilliermo Bocardi et Michaele Lyonardi, testibus etc. Montyon.

Die dominica xv^a novembris, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., fuit generale consilium celebratum in quo interfuerunt subscripti; et primo, venerandi domini Philibertus de Bona et Sainct Ranal; — sindici: Petrus Levrierii, Petrus Versonnex, Hugoninus de Burdignino et P. de Fernex; — Jo. Nergaz, Franciscus Morens, Cadodi, Nanto, Matheus Milliaux, Ro. Nycolay, Baptisardi, P. Orsieres, Petrus Poterel, P. Navis, A. Pecolat, Ruchi, Lyonardi, filius Aqueneaz, Pensabini, Servientis, Grueti, Nycolaus Gentilis et plures alii etc.

Venda vini gitata extitit ad vij solidos.

De fimis de quibus sermo factus extitit, fuit conclusum quod servetur franchisesia et apponatur clavarius qui penas in franchisesiis comprehensas exigat.

(211) *Die Martis xvij^a novembris.* — Sindici quatuor; — Orsieres,

R. Nycolay, Roget, Paquet, Nergaz, A. Gule, Lyonardi, Bueti, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Blasius filius quondam Jacobi Nanjodi, de Vyeu in Salacio, excofferius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Stephani Blandini, de Veyrie, cultellerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro videlicet viij ff.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Johannis Bergie, de Burgnie, parrochie Sancti Gervasii, balistarius, burgensis pro viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Bosco de somma in rotulo descripta, pro causis in eodem rotulo exaratis.

Veneris xx^a novembris. — Sindici quatuor; — Roget, Paquet, Pecolat, Vaudo, R. Nycolay, Lyonardi, A. Gule, Prepositi, Mara.

(*Rescribatur.*) — Visa lictera missiva n. sindicis et consulibus directa per dominum gubernatorem patrie Vaudi, super quodam excessu facto in personam n. Ludovici Dessey, cui graciosam fiat responsio prout conclusum extitit.

Martis xxiii^a novembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Mara, R. Nycolay, Grueti, Pecolat, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, M. Nergaz.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Glaudii Chavane, de Vyu in Salacio, parrochie Sancti Germani, patisserius, burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Ludovycus filius quondam Bertheti du Crot, de Aberes, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis, viij ff.

(*Admodiatio.*) — Ibidem et in quorum supra presencia, n. sindici admodiant cridam Aymoni Planchans, vigilli, presenti, spacio trium annorum incohatorum undecima hujus novembris et simili die finientorum, pretio viginti quinque florenorum parvi ponderis pro singulo anno, solvendorum terminis solitis. Ad cujus requestam, se dat fidejussor et principalis insolidum domnus Girardus Guibelli, presbiter, qui promisit solvere etc., et ipse Planchans eundem servare indempnem etc.; renunciantes juri dicenti principalem [prius] fore conveniendum quam fidejussorem et aliis juribus; cum et sub promissionibus et clausulis opportunis etc.

(*Jo. Balli.*) — || Fiat vidimus seu transumptum de franchesia faciente ad opus Johannis Balli coram iudicibus Galliard et Terniaci. Et [si] sublimis consilium fidem recuset adhibere, prestita ydonea caucione per ipsum Balli, ministretur originale, ne defectu jacturam subire cogatur. || — (*Quia restituit, ideo cancellata est.*)

De pecuniis cujusdam mulieris que sese interemit, fuit conclusum quod dentur quatuor floreni hospitalerio et xvj grossi admodiatori domus in qua suam traxit moram.

(212) *Die Veneris xxvija novembris.* — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Pecolat, Borjali, A. Gule, d. Chivallerii, Prepositi.

(*Planchans.*) — Remictuntur Aymoni Planchans, cride civitatis moderno, duos excussonos ferri in quibus depinguntur arma civitatis.

(*Promissio.*) — Honorabiles Humbertus Bernardi et Johannes Borgesii promictunt stare ordinationi nobilium sindicorum et consilii super eorum diferencia, presentibus quibus supra, A. Gule et Vaudo.

(*De clavario.*) — Pro primo anno, detur Guilliermo Curti, clavario eligendo per venerabile capitulum, pene comprehense in franchesia; et aliis duobus annis, medietas penarum spretarum in franchesiis descriptarum.

Instrumentum faciens ad opus confratrie Heucaristie Christi remictitur Lyonardi ad producendum in causa discussionis de Sancto Michaelae.

Martis prima decembris. — Sindici: Levrerii, Versonnex, Burdignino; — Orsieres, Nanto, Bueti, Paquet, Lyonardi, R. Nycolay, Jo. Nergaz, Pecolat, Borjali, A. Gule, M. Nergaz, Prepositi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Pecolat, Anthonio Millaesii, Guilliermo Curti, de somma videlicet xxx ff.

(*Burgensis.*) — Georgius filius quondam Johannis Pactey, de Jussiaco Episcopi, parrochie Sancti Leodegarii, lathomus, burgensis creatus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Petri Moraz, de Jonvy, parrochie Sancti Leodegarii, affanator, burgensis creatus pro viij ff.

(*De Lespa.*) — De Lespa et aliis olim firmariis introgii salis, fuit conclusum quod compellantur equali porcione, quia pari passu ambulant.

Prosequatur causa contra Andream Gervasii, monetarium.

(*De presbitero.*) — De presbitero missas diebus Martis et Veneris celebraturo, fuit conclusum quod primo presbitero missam dictis diebus celebrare volenti solvat thesaurarius more ordinario, ne trahatur in consequenciam.

Veneris iii^{ta} decembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Vaudo, Borjali, Paquet, R. Nycolay, Grueti, A. Gule, Jo. de Maraz, Bueti, Prepositi, M. Nergaz, Jo. Nergaz.

(*Submissio.*) — Egregii Glaudius Vandelli et Robertus Pelardi, super eorum differencia, promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii, sub pena decem scutorum Sabaudie, presentibus Vaudo et n. Ludovycus de Lestelley, in domo dicti Pelardi.

(*Pelardi.*) — Fiat laudimium dicto Pelardi pro et mediantibus decem florenis parvi ponderis.

(213) *Die Martis vii^{ta} decembris.* — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Maraz, R. Nycolay, A. Gule, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, M. Nergaz.

¶ Honorabilis Johannes Balli, civis Gebenn., confitetur habuisse et realiter recepisse, in mis subsignati et quorum supra presencia, bullam franchesiarum civitatis a n. et honorabilibus Petro Levrerii, Petro Versonnex, Hugonino de Burdignino et Petro de Fernex, sindicis, quam promittit, ejus medio juramento, restituere hinc ad xv dies proximos etc. ¶ — (*Reddidit.*)

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Roleti Navilloz, de Monte Sancti Martini, lathomus, parrochie Magdalenes, burgensis, viij ff.

De Johanne Donnex, petente auxilium ad faciendam quandam turnam pro deffensione aque Areris, fuit conclusum quod visitetur locus et visitato provideatur.

Veneris x^{ta} decembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Pecolat, Lyonardi, A. Gule.

(*Burgensis.*) — Termus filius quondam Roleti Frarini, de Vyheu in Salacio, affanator, parrochie Sancti Gervasii, burgensis creatus pro viij ff.

(*Vigilibus.*) — Fiant ocquetoni vigilibus, et cuilibet ipsorum detur due ulne pagni cum tercio ulne livria civitatis, more solito, de triennio in triennium.

Martis xv^a decembris. — Sindici quatuor; — Roget, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Jo. Maraz, Grueti, Pecolat, Nanto, Ro. Nycolay, Bueti, Orsieres, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Honestus vir Henricus filius quondam Pernodi Gofon alias Papaz, de Parvo Bornando, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Ludovycus filius quondam Jaquemodi de Monte, de Dogveno, excofferius, parrochie Magdalenes, burgensis pro viij ff.

De fimis, servetur franchisesia et fiat prout est assuetum.

Hospitissa Crucis Albe solvat pro fimo et pena orige, videlicet xl solidos.

Feratur ordinacio in differencia existente inter Humbertum Bernardi et Johannem Borgesii in favorem dicti Borgesii, de somma xxx florenorum per dictum Bernardi solvendorum.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum Michaeli Lyonardi de sonima vj florenorum, morem sectando antiquum.

Veneris xviii^a decembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, R. Nycolay, Grueti, Pecolat, Borjali, A. Gule, Vaudo, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Guynat, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis viij ff.

(214) (*Burgensis.*) — Ludovycus filius quondam Johannis Girodi, borserius, de Allamonia, parrochie Magdalenes, burgensis viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Amedei Berlioz, de Thulia, cultellerius, parrochie D. Nostre Nove, burgensis, viij ff.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Johannis Suchar, de Ruppe, barbitonsor, parrochie Sancte Crucis, burgensis, viij ff.

(*Injunctio.*) — Fuit injunctum Petro Poutex quod contribuat in reedificatione cujusdam antitelli domus quondam Petri Salterii, sub pena privacionis domus, hinc ad festum Nativitatis etc.

(*Ordinacio.*) — In differencia existente inter Humbertum Bernardi et Johannem Borgesii, ad causam vulneris ictu collovrine eidem Johanni

facti, actenta submissione etc., pronunciaverunt et ordinaverunt, visis prius testibus hincinde examinatis, n. sindici, in quorum supra presencia, pietate moti etc., quod dictus Humbertus seu Roletus Nycolay, ibidem presens, pro eodem Humberto absente pro quo se fortem facit etc., teneatur et debeat dare et solvere florenos triginta parvi ponderis, quibus mediantibus ipse Borgesii de dampnis, injuria et interesse suis, si que sint, ejus medio juramento etc., quictat occasione hujusmodi vulneris. Quam ordinacionem dicti Borgesii et Roletus Nycolay pro ipso Bernardi acceptaverunt etc. Et testimoniales que decernuntur, presentibus quibus supra etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigillibus pro termino festi Nativitatis, pro eorum stipendiis, de somma lxx ff.

Martis xxij^a decembris. — Sindici quatuor; — Orsieres, Roget, Vaudo, Nanto, Pecolat, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Prepositi, Nergaz, (Orsieres).

Audita per Petrum Hospitis querimonia facta, fuit conclusum quod n. sindici loquantur castellano.

Veneris xxv^a decembris. — Consilium non extitit celebratum ob festum Nativitatis Domini.

Martis xxix decembris. — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Vaudo, Nergaz, Borjali, Pecolat, A. Gule.

S. utriusque juris doctori domino Petro Millieti, pro una cedula dictata per eum, detur xxi solidi; que fuit producta in causa communitatis contra d. Richardum de Rossillione, curatum Sancti Germani.

(*Carronerius. — Mandatum levatum.*) — Quia carronerius hoc anno morbo pestifero fuit infectus, quo causante, in carroneria operari non potuit, requisicione per eundem facta actenta, fuit conclusum quod, pietatis inthuitu et Dei amore, detur dimidia pars firme in causam¹ in quem civitati servire velit et non alias, et fiat mandatum.

¹ Lisez : casu.

ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO SEPTIMO.

Veneris prima januarii, non fuit consilium celebratum.

Martis v^a januarii. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Pecolat, Jo. Nergaz.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Petri Rosseti alias Clavelli, parrochie Sancti Leodegarii, assator, burgensis creatus pro viij ff.

(215) (*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Stephani Petruz, du Molard de Chergioz, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis pro viij ff.

(*Nota.*) — Petrus filius quondam Petri Poutex, de Choulie parrochie Satigniacci, et hujus civitatis Sancti Gervasii, lathomus, burgensis pro viij ff.

Die Veneris viij^a januarii. — Sindici : Versonnex, Burdignini, Fernex; — Orsieres, Nanto, Bueti, R. Nycolay, Roget, Nergaz, Pecolat, Borjali, M. Nergaz, Grueti.

(*D. de Bosco.*) — Detur domino Nycolao de Bosco, pro minutis introgii salis per ipsum confectis, videlicet duo floreni tractus.

Martis xij^a januarii. — Sindici : Versonnex, Burdignino, Fernex; — Orsieres, Nanto, Bueti, Roget, R. Nycolay, Borjali, Grueti, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, M. Nergaz, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Hugonetus filius quondam Petri Fromage, de Filingio supra Bonam, excofferius, parrochie Sancti Germani, burgensis pro viij ff.

(*Tachium.*) — Memorati n. consindici, in quorum supra presencia, dant in tachium Glaudio Rivilliodi, lathomo, presenti, menia existencia prope portam Bordelli ad reedificandum, dictamine lathomorum expertorum, ad equipolenciam aliarum meniarum. Ita quod archerie et cruces facere debeat lapidibus de Thouz, et hoc precio quinque florenorum et novem solidorum pro qualibet theysia, et perficere opus hinc ad festum Sancti Johannis proximum, cum promissionibus et renunciacionibus, submissionibus opportunis etc.

Die xv^a januarii. — Sindici quatuor; — Roget, Grueti, Bueti, Prepositi, Vaudo, Pecolat, Borjali, Orsieres, M. Nergaz, Jo. Nergaz, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Glaudii Charvet, de Perroy, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, burgensis, viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius Jaquemeti de Furno, de Myeuciez, excofferius, parrochie Magdalenes, viij ff.

Fiat mandatum Johanni de Paris pro summa in rotulo descripta.

(*De jurisdictione.*) — De jurisdictione illu. et reveren. d. nostri Gebenn. episcopi et principis sermone facto, fuit conclusum quod nobiles sindici alloquantur r. d. Amblardum Goyeti, vicarium episcopatus, cujus interest hanc materiam amplecti, ut in hiis que cadunt in spretum jurisdictionis ecclesiastice remedium adhibere velit et molestacionibus obviare.

Si balistarii velint fieri facere murum lapideum, fuit conclusum quod in rotulo contenta intrentur.

(*Admodiatio.*) — Prenominati sindici admodiaverunt Petro Rossetaz doyam existentem inter domum Gavid et Janvillaz, precio octo solidorum pro quolibet anno et spacio trium annorum die xv hujus incohendorum cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

Martis xix^a januarii. — Sindici quatuor; — Orsieres, Nanto, Prepositi, Roget, Bueti, Ro. Nycolay, Vaudo, Nergaz, Pecolat.

De Bellecerfz, fiat laudimium pro et mediantibus videlicet x ff.

(216) *Veneris xxij^a januarii.* — Sindici quatuor; — Nanto, Roget, Jo. Mara, Bueti, Prepositi, Jo. Nergaz, A. Gule, Pecolat, Vaudo.

Depingatur capella in Domo communi constructa in proxima Quadragesima futura.

Martis xxv^a januarii. — Sindici : Levrierii, Fernex, Burdignino; — Roget, R. Nycolay, Bueti, A. Gule, Prepositi, Lyonardi, Vaudo, Pecolat, Mara, Jo. Nergaz.

In differencia existente inter egregium Lambert et Soquier, partes ipse promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum super omnibus differenciis et dependenciis ex eisdem ac consilii, sub pena duorum scutorum auri applicandorum hospitali civitatis, presentibus quibus supra.

Veneris xxix^a januarii. — Sindici : Levrierii, Burdignino, Fernex; — Nanto, Bueti, Grueti, Prepositi, Vaudo, Pecolat, Nergaz, A. Gule.

(*Promissio pro n. Lud. de Lestelley.*) — Ibidem, presentibus Michaele Lyonardi et Guillermo Bocardi, vigilibus, prenominati sindici sindicario nomine promittunt servare indemnem n. Ludovycum de Lestelley, presentem etc., de rebus in rotulo descriptis etc. erga de Fogia.

De Soquier et Lambert, feratur ordinacio Martis proxima et remittantur injurie hincinde, et capti solvant expensas.

Lune loco Martis, prima februarii. — Sindici : Burdignino, Fernex; — Orsieres, Nanto, Bueti, Roget, Vaudo, Nergaz, Pecolat, R. Nycolay, A. Gule, Prepositi, Lyonardi.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario ij^m centum xxxiiij ff. ix g. iij d., pro causis in rotulo etc.

Veneris va februarii. — Sindici quatuor.

Eodem die, consilium extitit celebratum, et, morem sectando antiquum, sindici electi fuere, quorum electio in generali consilio perlecta extitit; et evocati fuerunt quinquaginta in rotulo nominati, de quorum numero subscripti interfuerunt :

Primo, A. Gule, Roget, Cadodi, H. Ferraz, m. Jacobus carpentator, Fran. Morens, Bueti, Paquet, Jo. Soquier, S. Jolyti, Chambet, P. Poterel, Grassie, M. Nergaz, H. Pichon, Balliet, P. Jehan Bruni, F. barbitonsor, H. pictor, F. serrallionus, Bachodi, Collognier, Jo. Velluti, P. Labbe, P. Chenevalis, Prepositi, Pecolat, Lyo. Boytet, Orsieres, P. priaux, Ja. apothecarius, Ja. mercator, Millanoys, Nanto, G. Philippi, Fontaneys.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Pecolat de somma xvij ff. vj g., pro pecia artillierie novissime facte.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Colleto de Mota de somma x ff. et x gross., pro missis per d. Mermetum celebratis.

(217) *Die Dominico septima februarii,* ad sonum grosse campane, consilium in claustro Sancti Petri Gebenn. generale extitit celebratum, et electi sindici subnominati, vocibus prius per unumquemque astancium emissis, ut moris est.

Levrerii, Versonnex, Burdignino, Fernex; — Roget, R. Nycolay, Jo. Nergaz, Anthonius Pecolat, Lyonardi, P. Leta, Nanto, M. Lyonardi, P. Monathonis, Ja. Prophenacti, P. Orsieres, Vaudo, Jo. Bernardi, Bueti, Jo. de Nemoribus, G. Chenuz, Jo. Corbouz, Petrus d'Orsieres, Papriaux, Pecolat, Jo. Grossi, Beatrisii, Bertheracti, Chanbet, F. de Leamon, G. Philippi, P. Rosaz, P. Tonneaux, P. Jehan Bruni, P. serralionus, Petrus Poterel, H. Grueti, M. de Ulmo, Jo. Velluti, B. Vuarambert, G. de Verussis, M. Copet, Pensabini, A. Nygri, A. de Nanto, P. de Vytey, L. Lestelley, pacterius, R. Foraz, P. Chisirie, L. Philippi, G. Berthodi, H. Malliet, Jo. Catellie, G. Burdignin, R. Vonet, Jo. Falliodi, L. de Becio, P. Tyollie, Ja. Nepotis, S. Bachodi, (Jo. Nergaz,) Jo. Dalex, Hospitis, G. de Mollari, P. Pachie, Jo. Chappuysii, Fran. Galliard, A. Millanoys, Per. Perrotini.

Quia nonnulli pro officariis et procuratoribus seu prioribus et hospitaleriis [electi] recusarunt sua exercere officia, in grave tocius reipublice detrimentum, fuit, nemine discrepante, conclusum quod, si quis electus in officiarium per triduum recuset officium exercere, nullo justo subsistente fundamento, solvat in promptu xxv florenos ad opus pios convertendos. Si vero ultro acceptare velit, ab omnibus pedagiis, talliis, gabellis et aliis tributis per cives et burgenses supportari solitis, sit exemptus, quictus et liberatus tribus annis durantibus, ut labores facilius supportentur et civitatis negocia rectius per onus habentes regantur. Et hoc edictum inconcusse deinceps observari volunt. Quod de rectore hospitalis intelligatur, et eligunt H. Pichon, absentem etc.

Sindici electi fuerunt: Petrus Levrerii; P. Orsieres, Nanto, M. Nergaz.

Die Martis nona februarii. — Sindici: Levrerii, Orsieres, Nanto, M. Nergaz; — consilii consilii: P. Versonnex, Burdignini, Roget, Paquet, R. Nycolay, Pecolat, Vaudo, Alardet, Borjali, A. Gule, Prepositi, Grueti, s. d. Chivallerii, Lyonardi, Jo. Nergaz, Bueti, Jo. Mara, de Sancto Michaele, H. Pichon.

Solvat thesaurarius unicuique vigilli solidos tres, pro eorum pileis, laboribus equidem susceptis.

(Laudimium.) — Fiat laudimium pauperrime filie pro et mediantibus ij ff. parvi ponderis, pietatis inthuitu etc.

(De leprosis.) — De leprosis sermone facto, actenta potestate et facul-

tate consilio ordinario per consilium generale novissime celebratum impartita, pro advocatis pauperum leprosum eligatur s. d. Chivallerii, pro procuratore consindicus Levrerii, pro camerario R. Nycolay.

Veneris xij februarii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignino, Bueti, Roget, Vaudo, Nergaz, Lyonardi, Fernex, Mara, Grueti, s. d. Chivallerii.

De acquisitis fiendis in hospitali pestiffero, fuit conclusum quod nulum fiat acquisitum sub reacheti gracia.

(Cessio.) — In quorum supra presencia, presentibus equidem Galliachio Galliard et Michaele Lyonardi, testibus, domina Foucinier cedit et remittit honorabili Amedeo Gule, presenti etc. et Jacobo Paqueti, absentem, centum florenos parvi ponderis per n. Petrum Versonnay debitos, constante policia quam remisit, ipso presente et dicente ad premissa non teneri; devestiens etc.; investiens etc.; promictentes etc.; renunciantes; presentibus quibus supra.

(218) Martis xvja februarii. — Sindici: Levrerii, Orsieres, Nanto, Nergaz; — secretarius Alardet, R. Nycolay, Fernex, Vaudo, A. Gule, Lyonardi, Grueti, Roget, Maraz, Burdignino, H. Pichon, Prepositi.

(Prior.) — Honorabilis vir Henricus Guersi, civis Gebenn., admittitur in hospitalerium hospitalis pestifferi, insequendo conclusionem in generali consilio factam, et hoc per tres annos proximos hodie inchoandos et simili die finiendos; qui juravit in forma etc. Et constituit procuratores Lyonardi et alios practicantes etc., cum potestate substituendi quoad causas duntaxat; presentibus quibus supra etc.

(Intrentur.) — Intrentur thesaurario xv floreni parvi ponderis perditum numerando pecunias exbursatas sociis ad bellum contra Vallesianos destinatis, prout juravit ipse thesaurarius. Et ulterius xxxij solidi pro expensis factis eundo ad eosdem socios pecunias exbursaturus, ultra contenta in rotulo facto etc.

Veneris xixa februarii. — Sindici: Nanto, Nergaz; — Versonnex, Burdignino, Alardet, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Fernex, Prepositi, Lyonardi, Pecolat, A. Gule, H. Pichon.

(*Burgensis.*) — Theobaldus filius quondam Stephani Morens, de Longua Rea, excofferius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(*Quictono.*) — Claves porte Tartassie quictono remictuntur; qui juravit in forma.

Martis xxii^a februarii. — Sindici quatuor; — Prepositi, Roget, (Orsieres,) Vaudo, Nergaz, Pecolat, Pichon, de Sancto Michaeli, Burdignino, Lyonardi, A. Gule, P. Fernex, Versonnex, R. Nycolay, castellanus, Byollesii.

(*Ordinacio.*) — In differentia existente inter egregios Pelardi et Vandelli, visa prius transactione exhibita et relatione per operarios facta, actenta submissione per easdem partes facta, et potestate nobis attributa, pronunciamus et ordinamus prout in eadem relatione continetur, ipsis partibus presentibus et consencientibus; presentibus quibus supra, et testimoniales que decernuntur.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Ruphy, peyrolerius, de Bona, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

Die Veneris xxv^a februarii. — Sindici quatuor; — Burdignin, Alardet, Maraz, Grueti, Vaudo, Nergaz, Pichon, A. Gule, Prepositi, Bueti, Lyonardi, Versonnex.

(*G. Curti.*) — Guiliermus Curti habeat expellere quoquinos et pisces visitare hinc ad festum Pasche, sub stipendiis trium florenorum pro quolibet mense; qui juravit in forma etc.

(*Fornerat.*) — Limitetur locus in quo Fornerat cloacas vult fieri facere, cui licencia impartitur.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Peroneti Soudans, de Thorens, excofferius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

(219) *Martis 2^a marcii.* — Sindici quatuor; — Versonnex, Bueti, Roget, Grueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, Nergaz, Pichon, A. Gule, de Sancto Michaeli.

(*Burgensis.*) — Saturninus filius quondam Petri Roseti, chappelle-rius, parrochie Domine Nostre Nove, burgensis, viij ff.

Jacobus Nepotis cum Guiliermo Curti fuit admissus ad expellendum

quoquinos et ad visitandum pisces hinc ad Pascha, sub stipendiis assuetis.

(*Montyon.*) — Solvat thesaurarius Ludovyco Montionis, pro instrumento vendicionis facte communitati de redditibus per n. Johannem Ludovicum venditis, videlicet xvij s.

Veneris v^a marcii. — Sindici quatuor; — Fernex, Burdignin, Roget, Bueti, Maraz, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, Nergaz, Pichon, A. Gule, Prepositi, R. Nycolay.

De strata publica existente prope et ante domum domini Vyriaci, fuit conclusum pro decore civitatis quod fiat pavementum neccessarium, et detur in tachium.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum apothecario pro contentis in rotulo, qui juravit in forma.

Martis ix^a marcii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignyn, Roget, Bueti, Maraz, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Pecolat, A. Gule, Pichon, Jo. Malliardi, Jo. Nergaz.

De confratriis sermone facto, fuit conclusum quod fiat una archa clavibus munita, in qua confratriarum pecunie reponantur et tute in Domo communi custodiantur.

(*Johannes Malliardi.*) — Dicitur Johannes Malliardi, admissus in consiliarium, solitum prestitit juramentum etc.

(*Submissio.*) — Dominus Johannes Gardeti et Petrus Gardeti promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii super eorum differentiis etc., die quinta hujus marcii.

Die Veneris xij^a marcii. — Sindici quatuor; — Burdignino, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Lyonardi, Vaudo, A. Gule, Nergaz, Pichon, Pecolat, Grueti, Versonnex, Prepositi.

Johannes Chappellet et Michael Morel super eorum differentiis promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii.

(*De Fogia.*) — De de Fogia petente sibi solvi centum florenos parvi ponderis, quibus solutis se offert reddere jura in favorem civitatis faciencia ad causam domus n. Gondisalvi de Malvanda que de feudo civitatis movetur, fuit conclusum quod perscrutetur ab eodem quantum

habere velit. Et jurium visio committitur Levrierii, Roletto Nycolay et A. Gule, et Martis proxima veniant relaturi.

(220) *Sabacti xii^a marcii.* — Sindici quatuor; — n. Jo. Trolliet vicedompnus civitatis; — P. Versonnex, Bueti, R. Nycolay, Grueti, Lyonardi, Pecolat, Pichon, Jo. Nergaz, P. Fernex.

(*De juridicione.*) — In quorum supra presencia, lictere commissionales ab illu. d. duce Sabaudie emanate, per Ravoyre signate, fuere perlecte cum placitoriis per r. d. Filliaci concessis super eisdem licteris, quas quidem assertus viceprocurator fiscalis ducalis celsitudinis vocatus Perier, per nobiles syndicos petit exequucioni demandari. Quibus perlectis, conclusio talis fuit: quod ipse Perier omnium expletorum copiam tradat, et, habita, maturo cum consilio provideatur, et eidem talis fiat responsio. Et, quia dictus d. Filliaci placitorias in spretum ju[ri]dicionis ecclesiastice concessit, fuit dictum pro omni resolutione quod n. sindici loquantur eidem ut providere velit et hanc materiam amplecti, graviora ne contingant.

(*Jolyti.*) — Et quia Jolyti, dictarum licterarum vigore, fuit per dictum Perier captus et impresenciarum in castro Insule detinetur in enervacionem libertatum et franchiesiarum civitatis, fuit conclusum quod servetur franchisesia, ne talia trahantur in consequenciam.

De pecuniis indulgenciarum Sancti Spiritus existentibus in ploto seu quessia Fratrum Predicatorum Palacii, quas dictus Perier, sue commissionis ducalis vigore, habere satagit, fuit conclusum quod n. sindici neque consilium se immiscere habeant, ne in futurum civitas tota jacaturam paciatur, nisi constet de mandato eisdem fiendo per r. d. Filliaci debite signato et sigillato, cujus interest rei finem imponere.

Martis xv^a marcii. — Sindici quatuor; — Jo. Trolliet vicedompnus; — Versonnex, Roget, R. Nycolay, Grueti, Bueti, Paquet, Prepositi, Fernex, A. Gule, Jo. Nergaz, Pecolat.

De r. d. Lausanensi episcopo de proximo venturo, fuit conclusum quod n. sindici eundem visitare habeant, cui yprocratum et malvaticum detur.

Jovis xviii^a marcii. — Sindici quatuor; — s. d. R. Conodi, Jo. Loys,

Chivallerii, Grossi; — Burdignino, Roget, Bueti, Grueti, A. Gule, Mara, Vaudo, Nergaz, Pichon, Versonnex, Prepositi.

In quorum supra presencia, sermo factus extitit de juridicione illu. et r. domini nostri Gebenn. episcopi et principis, et de hiis que fuerunt gesta in personam consindici Levrierii per assertum ducalem Sabaudie secretarium, et equidem de capcione Joliti in castro Insule detenti. Super quibus extitit conclusum quod s. d. Chivallerii accedere debeat ad r. d. Lausanensem episcopum, administratorem episcopatus, et ad magnificum Chamberiaci consilium, cum licteris duabus credencie et instructionibus, recte ut omnia fiant.

Veneris xix^a marcii. — Sindici quatuor; — s. d. Chivallerii; — Burdignini, Roget, A. Gule, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, Pichon, Fernex, Prepositi, Grueti.

In differencia existente inter n. Hugoninum de Burdignino et hospitalarium [hospitalis] pestifferi, ad causam cujusdam donacionis facte, ipsis partibus fuit dictum quod hinc ad octavam provideatur.

Die Lune xxij^a marcii. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — P. Versonnex, Bueti, Burdignino, A. Gule, Roget, Lyonardi, Nergaz, Jo. Malliardi, Paquet, Pecolat.

Visa supplicacione facta parte egregii procuratoris fiscalis illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis, e. Petri Levrierii et sindicorum civitatis, fuit conclusum quod n. sindici non nominentur in supplicacione, sed fiat parte procuratoris fiscalis et Levrierii duntaxat.

(221) *Martis xxiii^a marcii.* — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — P. Versonnex, Burdignino, R. Nycolay, Jo. Mara, Roget, Paquet, Fernex, Grueti, Vaudo, Nergaz, Pecolat, Jo. Malliardi, Pichon, de Sancto Michaeli.

De pecuniis in conventu Fratrum Predicatorum Palacii existentibus, fuit conclusum quod n. sindici se immiscere non habeant, non obstantibus licteris per dominum Petrum Grueti concessis.

Veneris xxv^a [xxv^a] marcii. — Sindici quatuor; — s. d. Chivallerii; — Bueti, Roget, Grueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Borjali,

Burdignino, P. Versonnex, Jo. Malliardi, Fernex, R. Nycolay, de Sancto Michaeli.

(*Pro juridicione.*) — Quia iudicio illu. et reveren. domini nostri Gebenn. episcopi et principis nunc in maximo vertitur turbine, ad causam excessuum et novitatum factorum per ducales commissarios in hac civitate Gebenn., pro quibus reparandis, franchisesiarumque civitatis manutencione, fuit conclusum quod, parte civitatis, s. d. Grossi destinetur ultra montes, facturis demonstrationes dicto illu. et r. d. Gebenn. episcopo, cum licteris credencie et instructionibus. Et rescribatur d. presidenti Dyvone, domino Vallis Yserie et domino de Masymiou, et legantur in consilio.

(*A. Gervasii.*) — Vadia Andree Gervasii que petit restitui, in Domo communi existencia, non restituantur eidem quousque causa fuerit sopita inter ipsum et n. P. de Versonnex.

Ille Matellini, burgensis creatus, nimia, ut intellexerunt n. sindici et consilium, paupertate oppressus, a libro burgensium deleatur, solutis prius viij solidis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigillibus de somma xxxv florenorum parvi ponderis, pro suis stipendiis.

Martis [pen]ultima marcii. — Sindici quatuor; — Burdignino, Mara, A. Gule, Pichon, Versonnex, Bueti, Grueti, Paquet, Lyonardi, R. Nycolay, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Emericus filius quondam Colleti Pactey, de Balleysonne, dictus Bontemps, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Predicatori detur, morem sectando antiquum, videlicet viginti testoni.

Die Veneris Sancta, non fuit consilium celebratum, ob Christi passionis misterium.

Martis vja aprilis. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignino, Bueti, Roget, Grueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Pichon.

Fiant cride ne quis morbo pestifero infectus civitatem intrare presumat, habita prius a r. d. vicario licencia.

De confratriis, fuit conclusum quod priores compellantur ad formam bulle apostolice.

(*Mandatum levatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo de Bosco de somma in rotulo descripta.

(222) *Nona aprilis, Veneris.* — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignini, Mara, Grueti, Paquet, Fernex, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Prepositi, Roget, R. Nycolay, Jo. Malliard, Pichon.

Supranominatis in consilio ordinario existentibus, supervenit Franciscus de Fogia petens sibi dari et solvi per communitatem et n. sindicos, videlicet centum florenos parvi ponderis, in quibus, ut asserit, olim sindici sunt eidem obligati, alias albergamentum et certa jura ad causam domus per communitatem n. quondam Gondisalvo de Malvenda albergate, ad opus illu. et r. d. nostri Gebenn. episcopi et principis, quibusdam dicit remictere velle qui eisdem monete refortium solvere facient. Super quibus, deliberacione matura prius habita in ipsius de Fogia absentia, conclusio talis fuit, nemine contradicente: quod n. sindici et consilium non intendunt jura illu. et reveren. d. nostri Gebenn. episcopi et principis nusquam usurpare, sed potius tamquam veri et fideles subdicti et servitores humillimi illa ut tenentur, justicia et equitate suadentibus, preservare et adaugere; et que sunt Dei Deo et Cesaris Cesari reddere, nec quicquam sibi dare velle pro dictorum jurium restitutione, sed remictat et faciat prout sue fuerit voluntatis; de dictis centum florenis per eum petitis fuisse concordatum cum eodem, et quictanciam validam habuisse et habere. Et eidem fiat responsio; quod in ipsius consilii exitu factum fuit.

N. Gladius Viennesii, locumtenens magnifici domini vicedompni, solitum prestitit jura[men]tum.

Visa lictera missiva per illustrissimum dominum Sabaudie ducem n. sindicis directiva, et credencia audita, fuit conclusum quod n. sindici loquantur r. d. vicario et consilio episcopali, et nominatis in eadem fiat responsio.

Die Martis xiiia aprilis. — Sindici quatuor; — n. G. Viennesii, P. Versonnex, Roget, Grueti, Fernex, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Pichon, Bueti, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Hugonini Dymerii, de Rusino, parrochie Sancti Leodegarii, burgensis pro et mediantibus viij ff.

Ille patisserius moram trahens ante Domum ville extraneis carnes assatas vendere non presumat.

Vigilles omnes constituuntur messilarii sub stipendiis assuetis etc.

Locus in quo balistarii ampliorem platheam facere volunt et provideatur si reipublice concernat utilitatem.

Die Veneris xvja aprilis. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignin, Bueti, Roget, R. Nycolay, Grueti, Fernex, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Pichon, Borjali.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum d. procuratori fiscali de somma in rotulo descripta.

(*Mandatum pro s. d. Grossi et Chivallerii.*) — S. d. Claudio Grossi, destinato ad illu. Sabaudie ducem et illu. r. d. episcopum ad causam excessuum et novitatum factorum in civitate per quosdam ducales commissarios per consilium Chamberiaci deputatos ad causam indulgenciarum Sancti Spiritus, fiat mandatum ad rationem pro quolibet die trium florenorum. Et equidem d. Chivallerii, qui apud Chamberiacum fuit destinatus.

(223) *Martis xxja [xxa] aprilis.* — Sindici quatuor; — H. Burdignin, de Sancto Michaele, Roget, R. Nycolay, de Mara, Paquet, Fernex, Lyonardi, Vaudo, Pichon, Bueti, Grueti.

(*Cride.*) — De macellariis fiant cride quod unusquisque servire debeat precio declarato, sub pena confiscacionis carniū et privacionis officii per unum annum integrum.

Veneris xxijja aprilis. — Sindici quatuor; — Roget, Paquet, Bueti, Lyonardi, Pecolat, Pichon, Burdignin, Grueti, A. Gule, Prepositi.

(*Fusterie plathea.*) — Ibidem n. sindici admodiaverunt platheam Fusterie n. Petro de Orseriis, sub salario quo habebat Petrus Anthonii de Rippa, per unum annum die prima maii incohandum.

Plathea Corraterie detur vicinis qui desiderant ibidem facere edificium.

Martis xxvijja [xxvijja] aprilis. — Sindici quatuor; — P. Fernex, Prepositi, Bueti, Mara, Grueti, Lyonardi, Pecolat, Roget, Pichon, Nergaz, Vaudo, Paquet.

Aymo Cugnet et Brune promiserunt super eorum differentiis stare ordinationi n. sindicorum et consilii.

Veneris xxixa [xxxa] aprilis. — Sindici quatuor; — P. Fernex, Roget, R. Nycolay, Pecolat, Paquet, A. Gule, Pichon.

Subnominati macellarii promiserunt servire toto anno de carnibus bovinibus pro iiiijor denariis pro libra et mutonalibus vij d. Ita quod quando habebunt carnes bovinales alte pinguedinis, taxentur per n. syndicos ut moris est, sub pena privacionis per unum annum.

Et primo promisit: Jo. de Gerdilli, G. Joly, Ja. Comitiss, A. Comitiss, G. de Ponte, H. Volandi, P. Chey, Jo. Coactaz, Fran. Mercerii, Jullianus Ricodi, P. Gardet, Lud. de Becio, Lud. Durandi, Mermetus Sermeti, Jo. de Gerdilli, i. Regis, G. Galleys, Jo. Bellecerfz, G. Balme, A. Thome, P. Mercerii, Ja. Sermodi, P. Pastoris, P. Jacobi, Ja. Bergerat, G. Regis.

Ultima aprilis. — Sindici: Levrerii, Nanto, Nergaz; — Bueti, Prepositi, Pecolat, A. Gule, Lyonardi, Jo. Nergaz, Mara, R. Nycolay, Paquet, (A. Gule).

(*Burgensis.*) — Jullianus filius Anthonii Bergerat, de Perlier, macellarius, parrochie Magdalenes, burgensis, viij ff.

Super exequuacione facta contra Paulum Barberii, citatum coram m. consilio residente, fuit conclusum quod detur favores possibiles et rescribatur domino de Maximeu.

(224) *Martis quarta maii.* — Sindici quatuor; — H. de Burdignino, Grueti, P. Fernex, A. Pecolat, Roget, de Sancto Michaele, Prepositi, Jo. Nergaz, Lyonardi.

Roletus Nycolay se obtulit daturum de plathea Molaris pro uno anno futuro, videlicet vij ff.

(*De gabella vini.*) — Super impositione gabelle vini si debeat continuare, videatur computus thesaurarii et viso provideatur.

Veneris vija maii. — Sindici quatuor; — Burdignin, Roget, Prepositi, Grueti, Lyonardi, Paquet, Mara, Nergua, Alardet, P. Fernex.

Conrardus Hugonis, prior confratrie pellipariorum, exhibuit computum visitandum per n. syndicos seu ab eisdem deputatos.

Evocetur consilium quinquaginarium pro gabella continuanda ad Martis proximam.

Martis xja maii, congregato consilio de quinquaginta electis in quo aderant sindici, et primo Petrus Levrerii, Petrus de Orseriis, Nergaz et Nanto, cum sequentibus nominatis; — H. de Burdignino, Alardet, Jo. Bueti, Roget, Jo. Mara, Paquet, F. Cartellerii, A. Millanesii, Byollesii, Fonte, Grueti, Pensabini, S. Jolyti, Jo. Bernardi, Pecolat, A. Gule, Lyonardi, H. Ferraz, Cadodi, F. Leamon, Jo. Velluti, Vaudo, Jo. Nergaz, P. Barberii, L. Curtet, Jo. Bruni, F. Galliard, Ro. Nycolay, Ja. Nepotis, H. Pichon, Prepositi, Versonnex, Jo. Ballieti, H. Bolardi, de Villario, de Ulmo, P. Vuydon, P. Ferney, P. Poterel, Everbaux, Chicand, A. Hospitis, Tacon.

(*Confessio.*) — In quorum supra presencia, prenominati n. sindici confessi fuerunt se habuisse a Francisco de Fogia bona que habebat de bonis Johannis Ducis, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(*Ordinacio.*) — Magistri Amedeus de Syrier, Jo. Spatule, lathomi, et Jacobus Bueti, carpentator, retulerunt visitasse spondam muri existentis inter domos Cugnet et Brune et dixerunt eandem esse refficiendam ut in rotulo. Et ita ordinaverunt prefati sindici, partibus presentibus.

(*De gabella vini.*) — Fuit ordinatum quod gabella vini continuetur et moderetur ad unum grossum pro floreno, et cridetur et plus offerenti expediatur, et reponantur pecunie in archa.

Veneris xiiiia maii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignin, Alardet, Roget, Bueti, Mara, Lyonardi, Vaudo, Pichon.

(*Burgensis.*) — Mermetus filius quondam Jacobi Somellier, de Vyeu in Salacio, serrallionus, burgensis pro viij ff.

(225) *Die xvij maii, Martis.* — Sindici quatuor; — Burdignyn,

Roget, Paquet, R. Nycolay, Versonnex, Grueti, Nergaz, A. Gule, Pichon, Alardet, Bueti, Prepositi.

(*Admodiatio.*) — N. sindici adinodiant Girardino filio n. Petri de Rippa platheam Molaris per unum annum integrum die duodecima maii nuper lapsa inchoatum et simili die finiendum, precio septem florenorum cum dimidio, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, presentibus quibus supra.

Glaudius Philippi, peste infectus, sua in domo clausus remaneat aut civitatem absentare habeat, nec presumat cum sanis conversari, neque hii de ejus familia, et hoc spacio dierum quadraginta, sub pena declarata.

Fiat convivium die festi Heucaristie Christi, ut moris est.

Si Johannes Bernardi juret implicuisse, pro civitatis negociis et de precepto n. sindicorum et consilii, xxvij solidos, juramento interveniente, eidem persolvantur.

Veneris xxja maii. — Sindici quatuor; — Alardet, Roget, Paquet, Nergaz, A. Gule, Lyonardi, Bueti, Prepositi, Burdignin, Vaudo, Versonnex.

De macellario vocato Beufzblanc, fuit conclusum quod privetur officio suo, per unum annum integrum ad formam edicti facti.

Solvat thesaurarius s. d. Grossi, ultra in rotulo contenta, locagium sui equi.

Die xixa maii. — Sindici iiijor. — Die suprascripta, consilium quinquagenarium extitit celebratum et de rebus subscriptis sermo factus, in quo aderant inferius nominati:

Et primo, P. Versonnex, Burdignyni, Lyonardi, Paquet, R. Nycolay, Pichon, Pecolat, Bachodi, P. Fernex, Le Lorrens, Ja. apothecarius, P. Jo. Bruni, Cadodi, de Ulmo, P. Panissodi, P. Rosseti, Alardet, P. Taconis, Prepositi, Roget, A. Gule, Ja. Nepotis, N. de Villario, C. Colini, A. patisserius, Bueti, Jolyti, H. Ferra, F. Cartellier, N. Vincencii, P. Barberii, de Fonte, N. Gentilis, Jo. Bernardi, Millanoys, C. Chicand, H. pictor, P. Poterelli, Balliet, B. Barberii, Pensabini, Leamon, P. Bessonnet, Jo. Nergaz.

(*De gabella vini.*) — De gabella vini sermone facto, fuit conclusum, majorem insequendo opinionem, quod Roletus Nycolay et de Ulmo

exigant ipsam gabellam cujus emolumenta reponantur in Domo communi in una archa duabus seris et clavibus munita, quarum una detur n. Petro de Fernex et alia n. Guilliermo Rogeti. Nec ab eadem archa pecunie extrahantur nisi in maxima et urgente neccessitate civitatis, eciam de quorum supra consensu et voluntate.

(*Auditores computorum.*) — N. et honorabiles Petrus Versonnex et Amedeus Gule, Sibuetus Alardet, Hudrioz Ferraz, de Fonte, Jo. Bernardi fuere deputati computorum auditores, junctis P. Levrierii et A. Pecolat jam per generale consilium deputatis, ad audiendum computos nobilis Ludovici de Lestelley, moderni receptoris emolumentorum civitatis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Bosco de somma in rotulo descripta.

(226) *Die Martis xxvj [xxv] maii.* — Sindici: Nanto, Nergaz; — Versonnex, Burdignin, Bueti, Roget, R. Nycolay, Grueti, Paquet, Fernex, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Pichon.

Convivium Heucaristie Christi fiat in conventu Rippe, ut moris est, de anno presenti.

Vini gabella gracio[s]e exigatur per deputatos.

De Porrallis et stipendiis dandis exactoribus gabelle vini, ad Martis proximam.

Veneris xxviii^a maii. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — Versonnex, Fernex, Roget, Bueti, R. Nycolay, Grueti, (Fernex,) Vaudo, A. Gule, Pichon, Burdignin, Paquet, Nergaz.

Visa lictera missiva per magnificum consilium Chamberiaci consilio episcopali transmissa, conclusum extitit quod loquatur r. d. vicario.

Sabacti xv maii, de precepto dominorum sindicorum, fuit r. d. Filliaci tradita lictera missiva parte civitatis destinanda r. d. Lausanensi episcopo.

Veneris iii^{ta} jugnii. — Sindici Orsieres, Nanto, Nergaz, in conventu Rippe; — Versonnex, Fernex, Lyonardi, Paquet, Burdignin, Bueti, Grueti, Pichon, Roget.

Fiat responsio Monathon et de Sancto Germano quod n. sindici preceperunt vigillibus capere rumorosos tempore nocturno.

Lune septima jugnii, hora septima de mane, consilium extitit celebratum, existentibus in eodem nobilibus et honorabilibus Petro Lev[r]erii, Petro de Orseriis, Henrico de Nante et Michaele Nergaz, sindicis civitatis, necnon Petro de Versonnex cum nominatis inferius:

Primo G. Roget, H. de Burdignino, R. Nycolay, A. Lyonardi, G. de Vuauo, de Sancto Michaele, Allardet, A. Gule, Jo. Nergaz, Jo. Mara, Grueti, Pichon, Pecolat, P. Fernex, Jo. Rosseti, Ja. Gerdillis, N. Gantini, Jo. Terex, Lud. David, Ja. de Verussis, G. Brie, Ja. Jordani, Lud. de Pratis, P. de Archa, A. Magnaz, Vuarambert, A. Millanoy, Joliti, Chanbet, Bachodi, Fusserii, H. pictor, Balliet, m. Henricus, Papriaux, N. Villaris, P. Fornerii, P. Andreas, Jo. Surdi, Pe. Rosseti, Jo. Rubini, Jo. Levet, Ja. Allamandi, P. Macheret, Martillet, Jo. Spatule, Bueti, S. de Villa, M. Meynens, Firlet, Ludovicus Bec, Grassie, Migart, M. Gilliard, Jo. de Paris, Prepositi, S. Arnaudi, G. Desie, S. Falquet, G. Patri, G. Bessonet, Jo. Blanchardi, Jo. Bochet, G. de Bosco, (Balliet,) G. Jacouz, M. de la Tire, G. Hugo, A. de Syrie, Jo. Donnex, Le Lorreins, G. Estienne, Jo. de Aquanygra, Philipot.

(*De gabella vini.*) — In quorum supra presencia, lictera missiva n. sindicis parte domini Vallis Ysirie destinata extitit perlecta. Quo tunc, magister Johannes Allemanis suam exposuit credenciam, que est: quod illustrissimus d. dux Sabaudie de proximo venturus est magnoque hanc civitatem amplectitur amore. Et, quia auribus suis innotuit in adventu suorum predecessorum varias ystorias in civitate fuisse factas non sine maximis expensis, hiis repulsis, suadet ut eidem aliquod donum fia(n)t, cujus occasione civitatem desiderio fervenciori tenebit affixam. Hiis auditis, de gabella vini pro pecuniis reperiendis minori incomodo fuit loquutum et conclusum exigi debere, conclusionem jam factam insequendo, Porrallis et Petro de Archa contradicentibus et omnibus aliis consencientibus.

(227) *Martis viii^a jugnii.* — Sindici: Levrierii, Orsieres, Nanto; — Versonnex, Bueti, Pecolat, A. Gule, Fernex, Ro. Nycolay, Prepositi, Lyonardi.

De vini gabella et stipendiis exactoribus ejusdem, fuit conclusum quod Veneris proxima fiat decisio.

Detur malvaticum d. presidenti Dyvone, ut civitati semper velit esse amicus.

(*De Sancto Gervasio.*) — Quia hii de Sancto Gervasio conqueruntur de rebus aptis ad ignem, cum precipue in casum neecessitatis careant seytulis seu seilliotis, fuit conclusum quod due duodene dentur eisdem pro deffensione et thuitione domus igne vastante.

(*Admodiatio.*) — Carrera tendens de longitudine prati Palacii cum plathea subtus Trium Regum, precio unius floreni, per unum annum hodie incohandum, Johanni Martini per n. syndicos fuit admodiata; qui promisit in forma etc.

Veneris xja jugnii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignin, Alardet, Roget, R. Nycolay, Lyonardi, Nergaz, Prepositi, Vaudo, Pichon, de Ulmo.

(*Exactores gabelle vini.*) — A. Pecolat, R. Nycolay et de Ulmo, vini gabelle exactoribus, pro eorum stipendiis, detur ducentum floreni parvi ponderis. Et exigant sine interruptione ad formam licterarum per unum annum integrum. Qui juraverunt in forma etc.

(*Leamon.*) — Pro processibus fulminatis super bullis apostolicis Leamon floreni sex dentur.

Martis xva jugnii. — Sindici: Levrerii, Nanto, Nergaz; — Roget, Lyonardi, R. Nycolay, Fernex, Grueti, Pichon, Nergaz, Pecolat, A. Gule, Bueti, Prepositi.

Rex archeriorum seu architenencium suo gaudeat privilegio, actento juramento per eundem prestito.

De cloacis existentibus in domo n. Mandallaz, de quarum fetore vicini et alii conqueruntur, fuit conclusum quod visitetur locus et inde provideatur.

Veneris xviiia jugnii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignin, Roget, Bueti, Fernex, Pichon, A. Gule, Lyonardi, R. Nycolay.

Balistariis dentur quinque centum quarroni pro ludo eorum perficiendo.

Lyonardi procurator communitatis habet bullam discussionum et cessionum.

(*De carronerio.*) — De carronerio fuit conclusum quod precium non augmentetur, et, si recuset solvere, de alio provideatur, et alium rependi impartitur licencia Jo. Nergaz.

Martis xxij jugnii. — Sindici quatuor; — Versonnex, Burdignino, Roget, Bueti, Grueti, Pecolat, Fonte, Lyonardi, Vaudo, R. Nycolay.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Maniglerii de summa in rotulo descripta.

(228) *Veneris xxva jugnii.* — Sindici: Levrerii, Nanto; — m. vicedompnus, P. Fernex, P. Versonnex, A. Pecolat, R. Nycolay, A. Gule, Lyonardi, Pichon, Nergaz, Grueti, Bueti, Mara.

Intrentur thesaurario summa suo in rotulo descripta ascendens ad summam lxxxxv florenorum et vj solidorum.

(*De Foyssie.*) — Visa minuta in qua n. Ludovicus de Lestelley suo privato nomine est obligatus n. Petro Foyssie, fuit conclusum quod evocetur ad Martis. Cui loquatur ut communitatem graciose tractare velit et processum franchiesiarum restituere.

De Paulo Barberii, conquerente eo quod fuit citatus per licteras dominicales coram illu. d. Sabaudie duce, fuit conclusum quod dentur favores possibiles, visis informacionibus per d. vicedompnum sumptis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus de summa in rotulo descripta pro termino festi Sancti Johannis Baptiste, pro suis stipendiis.

Die Martis penultima jugnii. — Sindici: Levrerii, Orsieres, Nanto; — Prepositi, Pichon, Nerguaz, Roget, (Nerguaz,) Fernex, A. Gule, R. Nycolay, Grueti, Mara.

Claudatur porta pontis Rodani post decimam horam et aperiat post secundam post dimidiam noctem.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Henrico Emonyni, hospitalario, de somma xxv florenorum parvi ponderis.

(*Jo. Nergaz.*) — Johannes Nergaz, olim rector hospitalis pestifferi, hinc et per totum mensem jullii proximum computum reddere teneatur, omnibus postpositis etc.

Die ultima jugnii. — Sindici quatuor; — Burdignini, Pecolat, A. Gule, Bueti, Malbosson, Hospitis, Fonte, Jolyti, Pensabini, R. Nycolay, Papriaux, Ja. Nepotis, H. pictor, Le Lorrens, Grassie, Pichon, Cadodi, Ja. apothecarius, m. P. patisserius, Byollesii, P. Jolyti, Malliardi, N. de Villario, Bessonet, H. Ferraz, C. Colinet, Tallichet, Lyonardi, Nerguaz, Fusserii, P. barbitonsor, Prepositi.

In quorum supra presencia, exposuerunt n. sindici illustrissimum Sabaudie ducem de proximo venturum ad hanc civitatem; cujus occasione donum eidem aliquod esse fiendum, ut civitatem commendatam suo in pectore et corde teneat affixam et habeat. Deque dono et ystoriis fiendis astantes ibidem sua habeant reserare vota. Quibus auditis, et vocibus prius emissis, extitit conclusum quod de dono et ystoriis — fiant sex in locis magis eminentibus — consilio remictatur ordinario.

De erragiis fuit conclusum quod exigantur, neccessitate urgente, ut omnibus apparere potest.

Veneris secunda jullii. — Sindici quatuor; — Burdignin, Bueti, Roget, Fernex, Lyonardi, Nerguaz, A. Gule, Pichon, Grueti.

Fiat pavementum in locis neccessariis per totam civitatem.

(*A. Gervasii.*) — Si Andreas Gervasii velit quod supersedeatur in causa contra n. Petrum de Versonnex, restituantur eidem vadia sua, et non alias.

(*Thesaurarius.*) — Thesaurarius pro negociis impresenciarum occurrentibus unum accipiat clericum cujus solvantur stipendia, cum nullus suis sumptibus militare teneatur.

(229) Admodiatio introgii salis.

Anno Domini millesimo quingentesimo septimo, indicione decima cum eodem anno sumpta, et die ultima mensis jugnii, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis debitis proclamacionibus ut moris est, candela accensa et extincta, nobiles et honorabiles Petrus Levrerii, Petrus de Orseriis, Henricus de Nanto et Michael Nergaz, sindici et procuratores civitatis Gebenn., admodiaverunt et admodiant honesto viro (viro) Amedeo Magnaz, presenti, tanquam plus offerenti, introgium salis marini et salsagonum per unum annum integrum die crastina incohandum

et simili die finiendum anno prius revoluto, cum honore et onere assuetis et supportari solitis, sub firma sexcentum et quadraginta florenorum parvi ponderis, solvendorum in manibus receptoris civitatis terminis assuetis; cum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc.; submictens se et bona sua omnibus curiis etc.; renuncians etc. Actum Gebenn., in eodem claustro, presentibus ibidem egregio Anthonio Lyonardi et Petro Bertheracti, testibus etc.

Montyon.

Caucio dicti introgii.

Anno et indicione superius proxime exaratis, et die secunda jullii, in consilio ordinario, prenomatus Amedeus Magnaz, firmarius dicti introgii, cavet de solvendo summam sexcentum et quadraginta florenorum per Johannem Magnaz, ejus filium, ibidem presentem; qui promisit in forma etc.; et ipse Magnaz eundem servare indempnem, cum promissionibus, renunciacionibus et aliis clausulis opportunis; presentibus Henrico Pichon et A. Lyonardi, testibus.

Montyon.

Martis vj jullii. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Vaudo, Pichon, Lyonardi, Nergaz, Grueti, Borjali.

(*Molestacio.*) — Quia hii de Chamberiaco non cessant juridicionem ecclesiasticam infringere, fuit conclusum quod destinetur A. Pecolat apud Chamberiacum, facturus demonstraciones illu. et re. d. Gebenn. episcopo et principi, cum licteris credencie, una dicto illu. et alia d. domino de Maximieu, cum instructionibus mencionem facientibus de excessibus in hac civitate factis.

Veneris ixa jullii. — Sindici Levrerii, Nanto et Nergaz; — G. Roget, R. Nycolay, Paquet, P. Fernex, G. de Vaudo, H. Emonini, A. Lyonardi, A. Gule, Prepositi.

Franciscus Morens exhibuit quandam quictanciam signatam per Johannem Turci, petens sibi intrari sommas in eadem descriptas, et qua quictancia se juvare intendit; fuit conclusum quod fiat collacio cum libris dicti Turci, quia videtur fuisse apposita una chiffra valens centum florenos.

Auditoribus computorum et cuilibet eorundem floreni duo dentur pro pena sumpta per eosdem.

De adventu domini ducis, audito abbate sociorum, remittitur ad Martis.

Fiat satisfacio n. Petro Foyssie, et reddat que habet.

(230) *Martis decima tertia jullii.* — Sindici : Levrierii, Nanto, Nergaz; — S. Alardet, Roget, Bueti, Mara, Grueti, Prepositi, Vaudo, Pecolat, H. Emonini, A. Gule, Nergaz.

Rediit Pecolat a Chamberiaco cum licteris duabus destinatis (destinatis) n. sindicis et consilio, tam parte illu. et r. d. Gebenn. episcopi et principis quam d. de Maximieu. Et, auditis que peregit, fuit conclusum quod monstrentur d. Filliaci.

Die Veneris xvja jullii. — Sindici quatuor; — Burdignino, Alardet, Roget, Paquet, Lyonardi, Vaudo, Pecolat, Emonyni, Nergaz, Ro. Nycolay, Borjali.

Solvat thesaurario Baudichon sommam civitati debitam, alio non apparante.

Rescribatur r. d. Lausanensi episcopo per n. Petrum Versonnex pro juridicione manutenenda.

De Lespa, Chambet et Magnaz, firmariis introgii salis, fuit conclusum quod compellantur omnes cum fidejussore.

De abbate et sociis petentibus licenciam impartiri exigendi larvarias seu charavarias et confirmare thesaurarium per eosdem electum, fuit conclusum quod graciose interteneantur quousque post adventum domini et graciose loquantur.

Die Martis xx^a jullii. — Sindici quatuor; — Alardet, Bueti, Roget, Mara, Paquet, Prepositi, Pecolat, Nergaz, Emonini, A. Gule.

De adventu illustrissimi domini ducis, pro dono fiendo, fuit conclusum quod reperiantur pecunie et ad cras evocetur consilium quinquaginnarium.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Ansermi Reynaudi, de Six, de Sancto Leodegario, excofferius, burgensis admittitur pro xij ff.

Audita querimonia facta per spectabilem et magnificum dominum vicedompnum contra Anthonium Bullifroz, barbitonsorem, ad causam locacionis domus ipsius magnifici domini, n. sindici pronunciaverunt quod ipse Bollifre teneatur solvere eidem hinc ad xv dies proximos septem florenos et vij grossos. Et ipse Bullifroz gratis etc. confitetur debere eidem sommam suprascriptam, quam solvere promittit termino prescripto, cum submissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus Michaele Lyonardi et n. Ludovyco de Lestelley, testibus etc.

De putheo existente ante Dominam Nostram Graciarum, fuit conclusum quod refficiatur cathena et Amedeo Magnaz detur sex floreni super uno burgense percipiendi.

Reverendo patri ministro provincie Sancti Bonaventure detur unum turtur cum duabus amphoris seu coquaciis vini, et visitetur per n. syndicos, erga quem fiat instancia ut de uno docto predicatore, sciente inter lepram et lepram discernere, providere dignetur pro Quadragesima proximo futura.

Donum illu. d. duci fiendum suo maneat in esse, et fiant barrillia duo prout conclusum exitit.

(231) Vaudo, Jo. Nergaz, Peyrolerii, Ro. Nycolay, A. Pecolat.

Quia egregius Monathon, in quorum supra presencia, confessus est se juvasse licteris dominicalibus de quibus supra habetur mencio, n. sindici, tocius communitatis nomine, dixerunt ea fuisse facta ipsis insciis, et nunquam fuerit de eorum voluntate easdem licteras acceptare velle pro communitate et particularibus personis. Et, actenta confessione, protestati sunt contra eundem de dampnis etc. Et testimoniales que decernuntur.

Die xxja jullii. — Sindici quatuor; — P. Taconis, P. Fernex, Prepositi, Lyonardi, Grueti, Paquet, Borgalli, Parvus Johannes, Pichon, Vaudo, Bueti, Cartellier, A. Gule, Versonnex, Henry Amblard, P. Jo. Bruni, P. de Ripa, Per. Peyrolier, Cadodi, Auctemant, Roget, Nergaz, C. Chicand, Jo. Balli.

In quorum supra presencia, de pecuniis reperiendis pro dono fiendo illu. d. duci Sabaudie, fuit conclusum quod fiat in veysella argenti, et mutuo ab omnibus habentibus usque ad quinquaginta seu sexaginta

marchos accipiatur, quibus se obliget privato nomine thesaurarius, et n. sindici eundem servare promictent indempnem.

(*Registratur alibi.*) — || Anno Domini millesimo quingentesimo septimo, indicione decima cum eodem anno sumpta, et die vigesima mensis jullii, cum pridem honestus vir Laurencius Neyrodi, civis Gebenn., confessus fuerit debere priori et confratribus confratrie Annunciacionis beate Marie virginis merceriarum centum novem florenos et vij grossos, causa finalis computi et arresti inter ipsum et consiliarios dicte confratrie facti, constante instrumento per providum Hudriodum Feracti, notarium, recepto ut in eodem legitur et signato, sub anno Domini m^o [iiii^c] nonagesimo secundo, indicione nona et die prima mensis aprilis. Ipsique prior et confratres ex post cesserint et remiserint honorabili Johanni Nergaz, priori et procuratori tunc hospitalis pestifferi per communitatem erecti, et suis successoribus, prescriptam sommam centum novem florenorum et septem solidorum, prout constat alio instrumento per Johannem de Sonnex, notarium publicum, recepto et signato, sub anno Domini m^o quingentesimo septimo et die prima mensis januarii. Decesseritque dictus Laurencius Neyrodi, relictis et sibi superstitibus Jana ipsius uxore, tutrice, ut asseritur, Jacobi, Bernardi, Nycollarde, Jane et Mauricie, suorum liberorum a dicto quondam Neyrodi succeptorum. Hinc propterea fuit et est quod, in mis subsignati etc., personaliter constituta prenominata Jana, suo et tutoris nomine dictorum liberorum, que gratis etc. confitetur debere honorabili Henrico Emonyini, priori et rectori dicti hospitalis pestifferi presenti et qui pro tempore fuerit, prescriptos centum novem florenos et septem grossos per dictum quondam Neyrodi debere confessatos, suum proprium de dicta somma debitum faciendo, citra tamen dicti instrumenti innovacionem. Quosquidem centum novem florenos et septem grossos solvere promictit, ejus medio juramento subque expressa obligacione omnium bonorum suorum etc., videlicet decem florenos hinc ad proximum festum beati Michaelis archangelli, et alios decem florenos in subsequente festo, et sic de anno in annum decem florenos in quolibet festo beati Michaelis archangelli usque ad complementum solucionis dicte somme, cum dampnis etc.; promictens etc.; submictens se et bona sua omnibus curiis etc.; renuncians etc. omnibus juribus in favorem mulierum introductis et introducendis que hic pro expressis habeantur.

Et promictit ratificari facere per ejus liberos quamprimum fuerit requisita etc. Acta fuerunt hec Gebenn. in Domo communi, presentibus Michaelae Lyonardi et Claudio Guecti, vigillibus, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Montyon. ||

(232) *Die xxvij Martis jullii*¹. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Bueti, Lyonardi, Grueti, R. Nycolay, A. Gule, Paquet, Prepositi, Vaudo, Jo. Nergaz, Borjali.

Dentur civitatis parte illustrissimo d. Sabaudie duci in ejus primo adventu duo barralia seu carratel argenti, quo civitas et inhabitantes amore fervenciori amplectatur, juridicioque et libertates maneant illese; que barralia ascendant ad quinquaginta seu lx marchos argenti².

Illustrissime d. duchisse, ejus matri, detur unus ciphus copertus auro deauratus et illu. et r. d. episcopo equidem, ascendentes ad ix marchos argenti fini.

Veneris penultima jullii. — Sindici quatuor; — P. Versonnex, Paquet, Bueti, Lyonardi, A. Gule, R. Nycolay, Grueti, Mara, Vaudo, Jo. Nergaz.

Franciscus Morcelli admictitur in custodem vinearum et fructuum existencium apud Coctaroz. Qui juravit in forma.

Martis 3^a augusti. — Sindici quatuor; — Burdignino, Roget, Paquet, Fernex, Vaudo, A. Gule, Pichon, Prepositi, Bueti, Grueti.

De pavisserio petente sibi solvi pro quolibet die quo vacabit pavementum pro civitate faciendo, videlicet quinque grossos monete et coadjutoribus tres, fuit conclusum absolute quod pro qualibet jornata eidem detur quatuor solidi, et suo socio, in arte experto, equidem quatuor, aliis vero coadjutoribus videlicet hominibus tres solidi et mulieribus duo solidi solvendi per thesaurarium civitatis. Et hoc edictum volunt inconcusse observari.

¹ La première édition des *Franchises*, soit de la traduction française due à Michel Montyon (1455), est sortie des presses de Jean Belot, à Genève, le 27 juillet 1507. — Voir M. D. G., t. II, pp. 304-307.

² Voir Bonivard, *Chroniques de Genève*, éd. Revilliod, t. I, p. 314.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Stephani Bossuti, de Magno Bornando, parrochie Sancti Gervasii, burgensis viij ff.

Veneris vja augusti. — Sindici quatuor; — Burdignyni, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Grueti, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, Pichon.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Petri de Rua, de Marinens de Six, hospes, parrochie Sancte Crucis, viij ff.

De exactoribus gabelle vini venalis sermone facto, et quia Anthonius Pecolat obdormivit in Domino, fuit conclusum quod liberi loco patris succedant in exactione gabelle. Qui ibidem presentes promiserunt bonum computum reddere et exactissimam diligenciam facere; et cavent unus per alium etc.; cum renunciacionibus et clausulis opportunis, presentibus quibus supra etc.

Nycolay, conexactor dicte gabelle, dixit reddere computum de hiis que recipiet et recuperabit, et non alias.

(233) *Martis xa augusti.* — Sindici : Levrierii, Nergaz, Nanto; — Roget, Bueti, Paquet, Vaudo, Nergaz, Versonnex, Lyonardi, Pichon.

Conquestus est medicus commorans prope Domum communen de scanno per Petrum Poterel, pelliparium, noviter edificato, cum sit, ut dicit, in ipsius prejudicium et multum sibi obesse asserit; quo audito, conclusum extitit quod visitetur et inde provideatur.

Veneris decima tertia augusti. — Sindici : Levrierii, Nanto et Nergaz; — Roget, R. Nycolay, Grueti, Prepositi, Lyonardi, A. Gule, Pichon, Burdignin, Versonnex.

Detur aurige pro quolibet vuyagio lapidum vj quarti, et arene xij d,

(*Burgensis.*) — Gonardus filius quondam Artemand Arnaud, de Basilia, parrochie Sancti Gervasii, pelliparius, burgensis admissus pro et mediantibus viij ff.

Conficiatur inventarium instrumentorum et jurium civitati pertinentium per nobiles Petrum Levrierii, Michaellem Nergaz, Amedeum Gule, Jacobum Paqueti et secretarium.

Visa et perlecta lictera missiva per dominum de Maximieu transmissa ad causam scanni constructi per Petrum pelliparium, fuit conclusum quod visitetur et inde provideatur.

Martis xvija augusti. — Sindici : Levrierii, Nanto; — Burdignino, Roget, Fernex, Grueti, Versonnex, Paquet, Nergaz, A. Gule, Bueti.

(*Burgensis.*) — Gladius filius Johannis Daux, de Lausana, excoferius, parrochie Sancte Crucis, burgensis pro viij ff.

R. d. prothonotario Sabaudie detur sex faces cum malvatico et nectare, cum ollobostris de quatuor libris dragie.

Veneris xx^a augusti. — Sindici tres; — Roget, Grueti, Vaudo, A. Gule, Paquet, Burdignin, Prepositi.

De Arva sermone facto, fuit conclusum quod compellantur possessionum tenementarii ad faciendum turnas; et fiat pons ad habendum arenam, seu aliud instrumentum aptum ad habendum.

Admodiatio ponderis bladi.

Anno Domini m^o quingentesimo septimo, indicione x^a et die decima septima mensis augusti, factis debitis proclamacionibus per preconem civitatis, ut moris est, nobiles et honorabiles || Petrus de Orseriis ||, Petrus Levrierii, Henricus de Nanto et Michael Nergaz, consindici civitatis Gebenn. et sindicario nomine, admodiant pondus bladi cum suis pertinentiis tanquam plus offerenti etc., videlicet jus civitati pertinens, hinc ad unum annum proximum hodie incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, nobili Petro de Carro, civi Gebenn., precio et (234) nomine precii quaterviginti et decem florenorum parvi ponderis solvendorum terminis assuetis, jus civitatis in manibus receptoris ejusdem, et r. d. episcopi et principis in manibus receptoris ejusdem, e. Petro de Sancto Germano pro eodem presente; promictentes ipse partes etc.; submictentes etc.; cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis. Datum Gebenn. in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus provido Anthonio Lyonardi et Michaelle Lyonardi, vigillibus, testibus etc.

Montyon.

Anno, die et anno in admodiacione descriptis, Franciscus Morens promisit, ejus medio juramento super sanctis Dei evangeliis etc., in presencia n. Petri Levrierii et Henrici de Nanto, sommam civitati debitam de qua est obligatus, n. Ludovico de Lestelley seu G. Gal-

liardi solvere, aut se in domo episcopali reddere, sub pena xxv librarum etc. quas dat etc.; cum promissionibus et renunciacionibus opportunis; presentibus Michaeli Lyonardi et Johanne de Nanto, vigilibus, testibus etc., in claustro Sancti Petri Gebenn., non derogando instrumento obligacionis etc.

Caucio ponderis bladi. — Anno Domini m^o quingentesimo septimo, indicione decima et die decima octava mensis augusti, in mis notarii etc., constitutus n. Petrus de Quarro, firmarius ponderis bladi, promittit, ejus mediante juramento etc., solvere firmam in admodiacione descriptam terminis assuetis in manibus n. Ludovici de Lestelley, receptoris emolumentorum dicte civitatis. Ad cujus preces se dat et constituit fidejussor et principalis insolidum egregius Aymo Chambet, notarius, qui promisit in forma etc., cum promissionibus, renunciacionibus et clausulis opportunis; renuncians juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem; submittentes se ad exigendum more debitorum fiscalium. Datum Gebenn., in Domo communi, presentibus n. Amedeo Gule et Jacobo Paqueti, testibus etc.

Montyon.

Admodiacio cujusdam arche civitati pertinentis.

Anno Domini m^o quingentesimo septimo, indicione decima et die decima octava augusti, in mis notarii etc., constitutus personaliter n. Ludovycus de Lestelley, receptor emolumentorum civitatis, admodiat et in admodiacionem tradit Stephano Philippi, burgensi Gebenn., tanquam plus offerenti, unam archam existentem ante Dominam Nostram pontis Rodani, spacio trium annorum die prima instantis septembris incohendorum et simili die finiendorum etc., precio trium florenorum et decem solidorum solvendorum terminis assuetis. Et cavet per honorablem Dominicum Vuarambert, quem promittit servare indemnem etc.; cum promissionibus et renunciacionibus opportunis; presentibus ibidem in Domo communi (presentibus) Amedeo Gule et Jacobo Paqueti, testibus; renunciantes juri dicenti presertim principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem etc.; presentibus quibus supra.

Montyon.

Sabacti xxj^a augusti. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — Roget, Bueti, R. Nycolay, Lyonardi, Nergaz, (Lyonardi,) A. Gule, Grueti, Paquet, Versonnex, (Nergaz).

(Excessus). — De excessu facto herina die in cimisterio Sancti Petri et capcione filiorum n. G. Roget et cujusdam alterius, qui, ut fertur, promiserunt se representare hodie in domo episcopali, fuit conclusum quod de hujusmodi debato sumantur informaciones et loquantur n. sindici r. d. prothonotario de Sabaudia.

De consindico Levrerii, impresenciarum detento in domo episcopali sermone facto, fuit conclusum loqui debere eidem prothonotario, et inde fiat relacio.

Destinentur n. Petrus Versonnex et Ludovycus Montyonis apud Chamberiacum, facturi demonstraciones de facto consindici Levrerii, detenti in domo episcopali.

(235) Martis xxiii^a augusti. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — Roget, Bueti, Grueti, Prepositi, Paquet, A. Gule, Versonnex, Lyonardi, Pichon.

Evocetur abbas civitatis cui fiant demonstraciones opportune ad causam abbacie, ut a ceptis desistat.

Veneris xxvij^a augusti. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; — Versonnex, Roget, A. Gule, R. Nycolay, Nergaz, Bueti, Grueti, Vaudo, P. Fernex.

Procurator civitatis certa agibilia labores impendere habeat, et, in fine anni, de laboribus per ipsum sumptis condigna fiet satisfacio.

Martis ultima augusti. — Sindici: Nanto, Nergaz; — n. H. de Burdignino, n. G. Roget, Bueti, Paquet, A. Gule, P. Fernex, Lyonardi, Pichon, Nergaz.

Compellatur d. Andreas Thome, et interim vadimonia custodiantur.

De confrariis et prioribus earundem, fuit conclusum quod videantur computa et ab eisdem graciose exigantur pecunie.

Die Veneris 3^a septembris. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nergaz; —

Versonnex, Roget, R. Nycolay, Grueti, Bueti, Paquet, Prepositi, Vaudo, Borgalli, Burdignyni, Pichon.

Quia r. d. Lausanensis episcopus, administrator episcopatus Gebenn., de proximo venturus est, conclusum extitit quod detur malvaticum et ypocratum. Cui gesta in facto consindici Levrierii propalentur, et providere dignetur, cujus interest materiam concernentem juridicionem et franchisesias civitatis amplecti. Utque providere dignetur crebras n. sindici erga eundem faciant instancias.

Accipiantur pecunie tradende thesaurario pro satisfaciendo cuidam vendere volenti argentum pro dono illu. d. duci fiendo; que pecunie consistunt in archa vocata archa gabelle vini.

De scagno, audita relatione per carpentatores facta, fuit conclusum quod per n. sindicquos r. d. vicario fiat relacio.

Ille mugnerius bladum ponderans remaneat et solitum prestat jumentum.

Clavis crote consindico Nanto fuit remissa que erat Levrierii.

Die Martis vij^a septembris. — Sindici: Orsieres, Nanto, Nerguaz; — Versonnex, Burdignyni, Roget, Vaudo, Prepositi, Grueti, R. Nycolay, A. Gule, Nerguaz.

Loquantur n. sindici r. d. Lausanensi pro egregio Petro Levrierii, pro relaxatione obtinenda et franchisesiarum manutencione.

Videatur instrumentum confectum ad causam excorcherie et viso provideatur.

(236) *Veneris x^a septembris.* — Sindici: Orsieres, Nanto, Nerguaz; — Roget, Paquet, Bueti, Mara, R. Nycolay, Vaudo, Lyonardi, A. Gule, Prepositi, Pichon.

Visis et perlectis in quorum supra presencia lictera missiva cum instructionibus ad causam detencionis egregii Levrierii, consindici, fuit conclusum quod consindicus Nerguaz, Prepositi et Montyon destinentur Chamberiacum, loquuturi illu. et r. d. episcopo et principi de rebus in instructionibus descriptis, quas dicunt bene stare. Utque res ipsa ocus suum sorciatur effectum, r. d. Lausanensi episcopo et administratori episcopatus de hiis omnibus fiat sermo, quem propicium et amicis intimis, docente experientia, agnovimus.

Martis xiii^a septembris. — Sindici: Nanto, Orsieres; — G. Roget, Paquet, Mara, Lyonardi, Jo. Bueti, P. Fernex, A. Gule, Grueti, Borjali, G. Vaudo.

Accipiantur pecunie in archa in qua includuntur pecunie gabelle vini, pro perfectione doni fiendi illustrissimo d. nostro duci Sabaudie.

Detur sculteto et secretario Friburgi, ambassiatoribus, malvaticum cum vino, ut moris est.

Perficiantur ystorie prout ordinatum extitit, et sine mora onus habentes vacare debeant.

(*Friburgenses*). — Auditis que exposuit scultetus Friburgi ad causam detencionis egregii Petri Levrierii, fuit conclusum quod n. sindici loquantur d. prothonotario, vicario generali episcopatus Gebenn., quoniam de eodem conqueruntur ipsi ambaxiatores, et exposita per eos ipsi d. vicario ad intelligendum dentur, ne civitas maneat onerata¹.

Die Veneris xvij^a septembris. — Sindici: Orsieres, Nanto et Nerguaz; — Versonnex, Roget, Bueti, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Borjali, A. Gule, Pichon, P. Fernex, Paquet.

(*Levrierii*.) — Reversi a Chamberiaco, consindicus Nerguaz, Prepositi et Montyon exposuerunt quemadmodum illu. et r. d. episcopus et princeps contentus est, supplicacionibus et precibus sindicorum et communitatis inclinatus, ut equidem justicia et equitas suadent, franchisesias civitatis servare illesas, morem laudabilem suorum predecessorum secundo. Pro quarum observacione rescripsit binas licteras directivas r. d. prothonotario vicario, necnon sindicis et communitati, continentes in effectu relaxationem consindici Levrierii in domo episcopali impresenciarum detenti. Ita tamen quod fidejubeat usque ad sommam duorum millium scutorum auri; qua prestita, mox relaxetur. Et, hiis auditis,

¹ Dès le 2 septembre, l'avoyer et conseil de Fribourg avaient écrit deux lettres, adressées l'une à l'évêque de Lausanne, comme administrateur de l'évêché de Genève, l'autre à l'évêque de Genève ou à son vicaire, pour obtenir la mise en liberté de Pierre Levrier, devenu bourgeois de Fribourg le 16 mars 1507 (Archives cantonales de Fribourg, *Grosses Bürgerbuch*, fo 196); la première de ces lettres, dont la minute se trouve aux Archives cantonales de Fribourg, a été imprimée par le Dr Berchtold, *Fribourg et Genève*, dans *Archives de la Société d'Histoire du canton de Fribourg*, t. II, p. 107. — Voir aussi Bonivard, *Chroniques*, éd. Revilliod, t. I, p. 314.

dixerunt opus laudabile fecisse et memoria dignum, suamque commissionem ad effectum perduxisse. Et, eodem die, ipse Levrierii fuit relaxatus.

Burgenses omnes qui borgesiam solvere recusant compellantur gracie per thesaurarium.

(*C. Chicandi.*) — De Colino Chicandi, petente dari terminum ad solvendum restam gabelle vini, fuit conclusum quod detur terminus trium septimanarum.

Martis xxja septembris. — Sindici quatuor; — Roget, Versonnex, Burdignyn, Mara, A. Gule, Prepositi, Lyonardi, R. Nycolay, Grueti, Nerguaz.

De sociis civitatis illu. d. nostro Sabaudie duci in ejus primo adventu obiam ire debentibus, fuit conclusum quod, pro convivio fiendo, unicuique solidi duo dentur.

Et abbati civitatis et monachis ire debentibus eques, videlicet florenos xxv, dare non recuset thesaurarius.

(237) *Veneris xxiiija septembris.* — Sindici quatuor; — Burdignyn, Roget, Bueti, Grueti, A. Gule, Nergaz, Lyonardi, Prepositi, Vaudo, Paquet.

(*Mandatum l.*) — Fiat mandatum egregio Guigoni Prepositi de quaterviginti testonis mutuo concessis pro dono faciundo illu. d. duci Sabaudie.

Die Martis xxviija septembris. — Sindici quatuor; — Burdignyn, Versonnex, Prepositi, A. Gule, Lyonardi, Bueti, Grueti, Vaudo, R. Nycolay, Pichon, Nergaz, P. Fernex.

Quia banneria civitatis vetustate jam consumpta est et penitus destructa, fuit conclusum quod fiat nova banneria pro honore et decore ipsius civitatis.

Fiant cride de infectis epidimie et hospitibus, ne infectos retrahere habeant suis in domibus, sub pena bampnimenti xv dierum.

Die Martis va octobris. — Sindici quatuor; — Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Fernex, Burdignyni, Grueti, Nergaz, Versonnex, Pichon.

De Hospitis, qui fuit destinatus apud Ruppem, Castelletum de Credoz,

Rumilliacum subtus Curnillion et Bonamvillam, fuit conclusum quod detur eidem duo floreni.

Intrentur thesaurario iij ff. ij g. ij d. qui sibi debentur pro causis in rotulo descriptis.

Die Veneris viija octobris. — Sindici quatuor; — Versonnex, Roget, Bueti, R. Nycolay, Paquet, Pichon, Fernex, Prepositi, Lyonardi, Nerguaz, A. Gule.

De adventu illustrissimi d. Sabaudie ducis, fuit conclusum quod non supersedeatur, sed de personagiis pro ystoriis provideatur.

Martis xija octobris. — Sindici quatuor; — Burdignyn, Roget, Bueti, R. Nycolay, Fernex, Prepositi, Vaudo, Lyonardi, Nergaz, A. Gule, Pichon, d. Chivallerii.

De Francisco Morens qui communitati in somma centum florenorum est obnoxius, fuit conclusum quod solvat nunc medietatem debiti et aliam medietatem in festo Nativitatis Domini.

Apperiatu hospitalis, causante peste impresenciarum regnante et pullulante.

Venerabilis vir dominus Petrus Oryendi, habitator Acquiani, fuit constitutus rector hospitalis pestifferi quamdiu benefecerit etc., qui juravit in forma.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Henrico Emonyni(ni), hospitalerio, de somma quinquaginta florenorum auri parvi ponderis, pro satisfaciendo officariis in eodem degentibus et moram trahentibus.

(238) *Veneris xva octobris.* — Sindici quatuor; — Burdignyni, Roget, R. Nycolay, Vaudo, A. Gule, Fusserii, de Fonte, Balliet, P. Pocterelli, Pensabini, Ny. Gentilis, Paquet, Nerguaz, Ja. apothecarius, Ny. de Villario, Le Lorrens, Hospitis, Joliti, P. Jehan Bruni, C. Chicandi, Le Rosset, P. patisserius, Byollesii, Grassie, Lyonardi, Pichon, Grueti, Prepositi, Fran. Leamon, Jo. Bernardi, Baudichon, Loys Curtet, (Pensabini).

Die suprascripta fuere evocati quinquaginta electi et sermo factus extitit de pecuniis existentibus in crota seu archivis Domus communis exactis et exhigendis de gabella vini novissime imposita; si debeant,

actentis urgentibus necessitatibus impresenciarum occurrentibus, dari thesaurario pro satisfaciendo hiis qui pecunias mutuo tradiderunt pro dono illu. d. duci Sabaudie fiendo et oneribus hospitalis supportandis. Et, in quorum supra presencia, nemine discrepante, fuit conclusum, non obstante conclusione de dictis pecuniis facta, quod extrahantur ab archivis, et creditoribus fiat satisfacio qui necessitatis tempore civitati serviant; et onera dicti hospitalis facilius supportentur.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Francisci Mistralis, parrochie Magdalenes, macellarius, burgensis pro viij ff.

Die supradicta, dictus d. Petrus Oryendi extitit notarius creatus per Franciscum de Leamon, presentibus n. Hugonino de Burdignino, Petro de Fernex et Ludovyco de Lestelley.

Die Martis xix^a octobris. — Sindici quatuor; — Versonnex, Roget, Bueti, Paquet, Vaudo, Nerguaz, A. Gule, Pichon, Prepositi, Burdignyn.

(*Burgensis.*) — Henricus filius quondam Johannis de Furno, de Chan- cie, parrochie Sancti Germani, patisserius, burgensis admissus pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis de Lonnaz, de Sancto Cirico, hospes, parrochie Magdalenes, burgensis viij ff.

Admodiatio macelli de Longemale.

Anno Domini m^o quingentesimo septimo, indicione decima cum eodem anno sumpta, et die vigesima prima mensis octobris, in nostrum notariorum etc., constituti personaliter nobiles Petrus Levrerii et Michael Nerguaz, consindici civitatis Gebenn., et egregius Monathon pro illu. et r. d. nostro Gebenn. episcopo et principe, qui admodiant et in admodiacionem tradunt Ludovyco Durandi, Francisco Mistralis, Petro Jaquemodi, Petro Pastoris, Jaquemeto Sermodi, Glaudio Barme, Glaudio Chambet et Amedeo Thome, macellariis, presentibus etc., macellum de Longemale cum octo scannis in eodem existentibus et pertinentiis solitis, ad et per tres annos proximos hodie incohandos et simili die finiendos etc., sub firma cujuslibet anni dictorum trium annorum centum et viginti florenorum parvi ponderis, solvendorum medietatem in principio anni et aliam medietatem in fine anni per ipsos et quemlibet ipsorum insolidum. Promictentes prenominate partes etc.

manutenere, et ipsi firmarii et quilibet ipsorum solvere etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in Domo communi dicte civitatis, presentibus provido Stephano Jolyti et Johanne de Nanto, vigille, testibus etc.

Montyon.

(239) *Veneris xxij^a octobris.* — Sindici quatuor; — Grueti, A. Gule, Bueti, Vaudo, Lyonardi, Nerguaz, Paquet, Roget, P. Fernex, Prepositi, Versonnex.

Die suprascripta, in domo Fratrum Predicatorum Palacii, consilium extitit celebratum presentibus quibus supra. In quo n. Guillermus Roget dixit quod de quinquaginta florenis Allemanie hospitali seu rectori ejusdem debitis fiat satisfacio hinc ad nundenas Pasche proxime futuras.

Detur aurifabro ut perficiat quod per ipsum ceptum est viginti quinque floreni parvi ponderis.

Die Martis xxvij^a octobris. — Sindici : Levrerii, Orsieres, Nerguaz; — Versonnex, A. Gule, Bueti, R. Nycolay, Vaudo, Prepositi, Nerguaz, Pichon, Fernex, Paquet.

(*Laudimium levatum.*) — Laudimium Johannis de Passie fiat gratis, actentis gratis serviciis etc.

(*Monaton.*) — Nobiles sindici loquantur consilio episcopali de causis appostolicis quas egregius Monaton habere satagit in prejudicium tocius reipublice.

Die Veneris xxix^a octobris. — Sindici : Orsieres, substituti Fernex, Bueti; — P. Versonnex, Lyonardi, Paquet, Pichon, Roget, Grueti, A. Gule, Jo. Nerguaz.

De relicta Magnini petente per n. syndicos solvi quindecim florenos in quibus est monita auctoritate curie metropolitane Viennensis de expensis factis contra n. Petrum de Versonnex, fuit conclusum quod Lyonardi appunctuet cum clerico meliori modo quo fieri poterit. Cui conclusioni non consentit Jacobus Paquet.

(*Nanto.*) — Dentur consindico Nanto centum fassine. Cui grossi dari soliti persolvantur.

Admodiatio alarum.

|| Anno Domini m^o quingentesimo septimo, indicione decima et die vigesima sexta octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis debitis proclamacionibus ut moris est, candela incensa et extincta, nobiles Petrus de Orseriis, consindicus, et substituti Petrus de Fernex et Johannes Bueti admodiant honorabili Guilliermo Danelli, presenti etc., tanquam plus offerenti etc. videlicet jus alarum et rivagii civitati pertinens, cum pertinenciis solitis, per unum annum integrum die crastina incohandum et simili die finiendum anno prius revoluto, sub firma ducentum et septuaginta quinque florenorum parvi ponderis, solvendorum terminis solitis; cum dampnis etc.; promictentes etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn. in eodem claustro, presentibus Guilliermo Curti, dyamanterio, et Jacobo Paqueti, testibus etc.

Montyon. ||

Ibidem, et presentibus quibus supra, supranominati consindicus et substituti admodiant gribellum cum pertinenciis Petro Joliti, apothecario, per unum annum die crastina incohandum etc., precio octo florenorum parvi ponderis solvendorum terminis assuetis etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis etc.

Montyon.

